


NO A  
3 - 396



17 v to 7 - 22.



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

17 vto - 7 - 22.



Del Colegio de la Congr<sup>g</sup> de Jesus de Granada. B.B.<sup>g</sup>

L I C E N C, A S.

R. 9635

C Ompendium hoc historiæ Catholicæ  
Iberniæ à D.Philippo Osullevano Bearro  
Iberno elaboratum euolutum, ac perlegi;  
quod quidem laudatorem dignum potius, quam  
censorē postulabat: nam præter quā quod opus  
hoc à pluribus quæstum à nullo vñquam ne  
inceptum quidē accepi, mirificè continet veram  
relationē Catholicæ Ecclesiæ consentaneam, &  
elegantि dispositione, pulchro stylo, vigilantissi-  
ma inuestigatione, methodo sublimi, resolutione  
mirabili abditissima, & grauissima quædā Chri-  
stianæ pietati maximē profutura ostēdit ab obli-  
uionis polyandro clara eruditiose suscitata:  
Catholicæ ergo religioni, ac pijs affectibus au-  
thor tantoperē insudans non vulgari laude dig-  
nissimus extat, hōcque opus eius ut typis man-  
darum omnes mundi plagas felicissimē per-  
fūstret, Vlysippone in conuentu D. Francisci  
5. Kalendas Iunij anno 1621.

F. Antonius  
en sodalit. rimiqvni o. magi  
a Conceptione.



**V**Ista a informação pode se imprimir o liuro intitulado, Compendium historiæ Catholicae Iberniae; & depois de impresso torne conferido com seu original para lhe dar licença para correr, & sem ella não correrá. Lisboa 28. de Mayo de 621.

O Bispo Inquisidor geral.

**P**Ode se imprimir este Compendio da historia Catholica de Ibernia. Lisboa 28. de Mayo de 621.

Viegas.

**O**Padre Sebastião do Couto veja este liuro, & escreua o que lhe parecer. Em Lisboa a 3. de Junho de 621.

A.Cabral.

I.Ferreira.

**V**I este Compendio da historia Catholica de Ibernia composto por D. Philippe Osulcean, & não tem cousa que impida darselhe licença para o imprimir. Lisboa no Seminario dos Ibernos aos 7. de Junho de 621.

Doct. Sebastião do Couto.

**Q**Ve se possa imprimir este liuro vistas as licencias que tem do Santo Officio, & Ordinario. Em Lisboa a 7. de Junho 621.  
I.Ferreira. A.Cabral.

**E**Stá conforme com o seu original, em São Francisco de Lisboa 22. de Setembro de 621.

F.Antonio da Conceição.

**T**Aixão este liuro em doze vintés em papel, em Lisboa 22. de Setembro de 621.

Moniz.

I.Ferreira.

DOMINO PHILIPPO  
AVSTRIA CO IIII.  
Hispaniarum, Indiarum, aliorum  
regnorum, atque multarum ditio-  
num regi Catholico, monarchaeque  
potentissimo.

PHILIPVS OSVLEVANVS.

 Oc meum Ibēnicarū rerum  
compendium tuae [monarcha  
potentissime] Catholicæ ma-  
iestatis præsidio multis de cau-  
sis audeo committere. Taceo, à  
me, qui honorifico stipendio à patre tuo rege  
longè munificentissimo donatus in tua clas-  
se arma fero, hoc officium in animi grati  
significationem tibi potissimum deberi.  
Supersedeo, te suscipere, tutarique causam  
tui militis oportere. Omitto tua, tuiquè  
patris, & aui, monarcharum maximorum  
ampla, & magnifica beneficia in Ibernicam  
gentem

gentem collata. Illud unum tacitus nullo  
modo præteribo. Tu Christiani nominis  
tuendi firmissimū propugnaculum es: Iber-  
nia pro Christiana pietate, sacrosancta quæ  
Fide seruanda grauissimis calamitatibus  
cumulis obruitur. Tu diuini cultus, atque  
religionis Apostolicæ splendorem ubique  
gentium amplificare, & longè, latèque pro-  
pagare, Ecclesiæque Romanæ fines proten-  
dere conaris: illa nunquam ab ea lege, quā  
Christus redemptor noster tulit, Apostoli  
sacri promulgarunt, Romanique Pontifi-  
ces colendam præcipiunt, descivit. Tu tar-  
tareæ hæresis pesti semper obuiam is: illa  
hæresis furore vehementissimo profigatur.  
Tu Catholicis es confugium: illa ad te,  
tanquam ad asylum confugit. Tu præcæ-  
teris regibus Catholicus optimo iure nomi-  
naris: illa inter septentrionis ingente erro-  
rum perturbationem Catholicæ perflat.  
Huc accedit animi tui pietas eximia, &  
virtus egregiè mirabilis, qui in ipso reg-  
nandi

DOMINI  
**PHILIPPI**  
**OSVLEVANI**  
 BEARRI IBERNI.

Compendij historiæ Catholicæ Iberniæ.

TOMVS PRIMVS.

Ad Catholicum lectorum epistola.

**A**metis superioribus sacerdotiis, & hac etiā tempestate, Catholicæ lector, multæ, variæque tes regni Iberniæ fuerūt memoratu, & laudē dignissimæ; illæ tamen vel à nullo memoriae prodite caligine altissima mersa in tenebris delitescunt, vel Ibernicis tantum litteris mandatæ intra domesticos parietes continentur, à nemine satis latino sermone celebratæ. Ita qui temporum nostrorum Ecclesiasticas historias contexerunt, aut eam insulam omnino taciti præteruerunt, aut de ea quām paucissima, & leuisima tradidit, cum tamen pro Christiana pietate tuenda pertulerit labores grauissimos, & omnium opinione maiores. Inde quidam externi scriptores merito queruntur, nullum extare Ibernicum historicum, qui patiæ suæ res in lucē emissas exteris gentibus cognoscendas ob oculos proponat; idquæ magis mirandum est, A quod

nandi exordio monarchiam tam præclarè capeſſere cœpisti, omnibus Catholicæ Fidei desertoribus regnorum tuorum aditu interdicens: atque Batauos, & alios nefariorum dogmatum assertores de Christiana lege malè ſentientes ad obedientiam Ecclesiæ debitam armis reducendos eſſe statuens: ut diuina nostri Seruatoris Fides nō modò in illis regnis, quæ à tuis maioribus tibi tradita ſunt, ſeruanda, & decoranda videatur; ſed in alijs etiam regionibus, in quibus impiorum hominum ſcelere violata funditus corruit, rurſus opera, & industria tua, fælicissimisque auspicijs erecta, restau- rata, & ad priſtinum ſplendorem reſlituta ius ſuum, dignitatemque breui recuperata ſperetur. Quas ob causas hanc Catholicæ Iberniæ historiam, quæ in tenebris haec tenus delituit, regiæ tuæ maiestatis tutela fretus in lucem emittere putau. Vale rex inuitissime.

Philippus Osulleuanus.

quod etiā hodie multi Iberni sacri, & seculares viri ingenio excellētes in Theologię, Philosophię, Iuris virtusque, & ceterarū scientiarum studio florent Verum (ni ego coniectura fallor) vis präsentis ēpestatis, & concursus multiplicitis calamitatis hoc conatu nostros homines prohibet. Fluctibus enim tam turbulentissimis, tantaque rerum omnium perturbatione sumus conuulsi, & labefactati, vt scribendi ociū nequaquam suppetat. Vnde de nobis repeti potest carmen illud, quod Ouidius de se s. Trist. canit.

eleg. 13. *Des, licet, ut valido pectus mihi robore fultum,*  
*Famare fert Anyti quale fuisse rei:*  
*Fracta cadet tanq; sapientia mole ruina:*  
*Plus valet humanis viribus ira Dei.*  
*Ille senex dictus sapiens ab Apolline nullum*  
*Scribere in hoc casu sustinuisse opus.*

Accedit etiam, vt necesse sit, aut foedè mentiri, quod est contra leges historiæ; aut eos lœdere, penes quos est in Ibernia rerum imperium, vitæque & necis potestas. Tantum verò periculum quotus quisque est, qui subire veller? Quibus efficitur, vt nostri inuictissimi martyres, qui cruciatibus ingentibus affecti pro lege Christi Redemptoris animam strenue profuderunt: nostri maximè pīj confessores, qui factidorum carcerum situ, & squalore afflitti ad Empyrea regiæ splendorem demigrarunt: nostri eloquentissimi concionatores, qui tartareorum dogmatum rabie repugnarunt: nostri fortissimi, & clarissimi duces, militesq; magnanimi, qui maluerunt in acie cadere acriter, & animosè prælantes, quam Hæreticis, scelesto hominum generi obtemperare: nostre fēminæ, quæ virili animo prædicta nunquam Hæreticorū terrori succubuerunt: nostri pueri, & infantes, quorum vitæ Hæreticum ferrū minimè pepercit;

digna

digna laude priuentur, & quibus sepulchris eorum corpora conduntur, eisdem etiam fama, & memoria obrnatur. Quæ me causa subigit, vt hanc historiam scribendā suscipiam, onus profectō, quod postulat & maius ingenium, & ocium, quam meum, qui communī patriæ meę tempestate sum iastatus. Tamen summos, & ornatisissimos Iberniæ viros, qui Religioni Catholice bello, pacēque magnam virtutem præstiterunt; ab obliuione hominum, & interitu statui vindicare: quādoquidem præstantes viri post corpus in cineres versum litteris, quasi immortalitate quadam donati viuunt, vt idem poeta egregie testatur.

*Carmine si viuax virtus, expersusque sepulchri*

*Nostitam seræ posteritasq; habet.*

*Tabida consumit ferrum, lapidemque vetustas,*

*Nullaque res maius tempore robur habet.*

*Scripta ferunt annos: scriptis Agamemnona nosſi:*

*Et quisquis contra, vel simul arma tulit.*

*Quis Thebas, septemque duces sine carmine nosſet,*

*Et quidquid post h.e.c, quidquid & ante fuit?*

*Dij quoque Carminibus (ſi ſas eſt dicere) ſiunt,*

*Tantaque mageſtas ore canentis eget.*

Altius autem paulo initium ſumam, insulæ naturam, gentis originem, mores, Religionem, & casus, maximè ab ortu præsentis Hæretis commemorans. Nequè quas res magnam, & fortiter nostri hostes, & Catholicæ Religionis gesserint, & quemadmodum ab eis noſtrates homines fuerint vieti, facebo, eorum prosperos casus diligentius referendo, quam ſunt ab ipſorum scriptoribus haſtenus traditi: nullibique illos indignis cōuicijs, aut iniuria atſiam, aut debita laude fraudabo, modò æquo animo ferant, ne vera silencio tacitus inuoluam. Vale Catholicæ lector.

DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI

B E A R R I I B E R N I .

T O M I . I .

L I B E R . I

*De Iberniæ situ, & natura.*

C A P V T . I .

*Iberniæ varia nomina referuntur.*

**G**olus, Grolus, Gallus, Galus, ob idque cognomento Miles: vnde corrupta voce multe cœperit Milius, & Milesius nuncupari. Huius frater in Iberniam insulam vel errore, vel vi tempestatis delatus ab insularijs iniustissimè fuit occisus. Cuius rei nuncio à comitibus relato, Milesij principis filii cōparata classe in Iberniam fecerunt expeditionem. Quorum aliqui cum nauibus, hominibus, cæterisque rebus naufragio perierunt. Tres sospites in diuersa littora regni appulerunt: incolis bello perempti, fusis, fugatis, vel subactis, totam insulam in suam potestarem redegerunt, & genus antiquum Ibernorū, qui usque in hunc diem permanent, procreatunt. Quis autem fratrum fuerit natus maximus, & si inter aliquos minimè conuenit, cuius

tamen

*De Iberniæ situ, & natura.*

3

ramen Eberum, seu Iberum fuisse, obtinet opinio constantissima chronicis etiam Hispanæ suffragantibus. Ex quo insula quoque Iberus ut in vetusto libello, qui Æthici Cosmographia inscribitur, & etiam Iberia non accepit. Vetustas verò, quæ non modò res, sed etiā vocabula solet variare, illi nomen indidit Iberno, indequè huic Iberniæ, & indigenis Ibernis. Indidem Iberne dicitur apud Claudianum. Vnde sit ab I. Latina ter tia vocali, & non ab aspirationis nota, & littera Pythagorica H. Y. Iberniæ nomen exordium sumere aliquorum cœca conjectura reiecta. Ibernica lingua vocatur hæc insula Iera ab Iera Regina ( sic placet Ibernicis chronicis ) quæ antè Hispanorum fratrum aduentum insulæ sceptro fuit potita. Vnde forsitan Græcis Insula sacra fuit nominata, apud quos ea vox rem sacram significat. Hinc Ierna, & Ierni Latinis nonnullis scriptoribus vocitantur. Ex quo prius ab Anglis, deinde ab alijs gentibus Ierlāda, Irlanda, & Itlandia fuit nun cupata, id est Ieræ terra, nam Anglorum sermone dictio Land significat terram. Alius fratrum dicitur Giraldo Cambrensi Hermon, alijs Herimon, & Iuerione. Vnde, ni me conjectura fallit, insula vocatur Iuerione in Iterario Antonij Augusti. Exstat & Iuuernæ nomen apud Solinum, Melainque cosmographos, & Iuuenalem poetam.

*Arma quid ultra.*

*Littera Iuuerna promonizens.*

Dicitur & Insula sanctorum ob ingentem vini diuorū, quibus olim floruit. Alia nomina quibus à domesticis historicis, poetisque celebratur non est, quid repeta mus. Vnum ostendam, Scotiam fuisse dictam.

CAP.

A 3

Eberus. annia. see  
Iberus. gallicus.  
Æthicus.  
Iberia.  
Ibernus.  
Ibernia.  
Iberne.  
Clau dianus.  
Iera.  
Insula sacra.  
Ierna.  
Ierni.  
Calepi no, & Ne brisensi.  
Ierlāda.  
Irlanda.  
Irlandia.  
Irlandia.  
Câbren sis.  
Hermit.  
Herimo.  
Iuerione  
A. Aug.  
Iuuerna.  
Solinus.  
Mela.  
Iuuena lis.  
Insula Sæctorum.

## CAPVT. II.

Iberniā fuisse dictam Scotiam, & Ibernos Scotos autoritate aliquorum probatur.

**F**uisse huic insulae Scotiae, & Iberniis Scottis non men, potest colligi auctoritate multorum. Imprimis satis argumento videtur Claudiani carmen,

Scotorum cumulos fleuit glacialis Iberne.

**Aethic.** Idem clarissime docet Aethicus sic Iberniā describendo. *Ibernia Insula inter Britanniam, & Hispaniam longiore ab Africo in Boream spacio porrigitur, cuius partes priores intenta Cantabro Oceano Brigantiam Gallicam ciuitatem in Circum sibi occurrentem spacio interuerso procul spectant, ab eo praecipue promontorio, ubi Secane fluminis ostium est, ubi Velabri, Luce-nique consistunt. Hac priore Britannia spacio terrarū angustior, cali solisque temperie magis utilis à Scotorum gentibus colitur.* Hac ille, quæ pluribus Beda venerabilis confirmat, ex quibus pauca luet hic describere. *Ibernia, inquit, duas lactis, ac mellis insula, nec vinearum expers, piscium, volucrumque, sed & ceruorum venati insignis.* Hac autem propria patria Scotorum est, ab hac egressi, ut diximus, tertiam in Britannia Britonibus, & Pittis gentem addiderunt. Hac Beda. Huic assertioni non nihil virium adfert pater Richardus Conuens è Societate Iesu referens hanc verba ex Henrico Canisio: *Scotia, quæ & Ibernia dicitur, fertilis sanctiorum insula, & stellarum numerum prope aquans patrocinij sanctorum, in multorum salutem produxit VVironem. Cui rei Cambrensis verbenebras auferunt. Quoniam igitur Ibernienses ab ipsis, ut aiunt, originalem lineam ducunt à Gathelo, & Scota, Gatheli,*

**Canisius** apud **Conu.** Conuens è Societate Iesu referens hanc verba ex Henrico Canisio: *Scotia, quæ & Ibernia dicitur, fertilis sanctiorum insula, & stellarum numerum prope aquans patrocinij sanctorum, in multorum salutem produxit VVironem. Cui rei Cambrensis verbenebras auferunt. Quoniam igitur Ibernienses ab ipsis, ut aiunt, originalem lineam ducunt à Gathelo, & Scota, Gatheli,*

## De Iberniæ situ, &amp; natura.

4

Gatheli, & Scoticum & nati sunt, sic & nominati. Mox addit. Scotia quoque pars insulae Britannicae dicitur aquilonaris, quia gens originaliter ab ipsis propagata terram illā habitare dignoscitur. Itaque quemadmodū ab Iberno Ibernia, sic etiā a Scota quādam Ibernicę gentis genitricē Scotia eadem insula fuit nuncupata; cumque Iberni septentrionali parte Britannia potirentur, ei Scotia nomē indideūt. Sic illa Maior, hæc Minor, vel Noua Scotia vocatur. Qui plura cupit, adeat adnotaciones Richardi Stanhursti in Giraldum Cambrensem rem hanc latissimè disputantis Ex quo versiculos istos de diuino Partitio describere putau, quos ille ex veteri quodā scriptore sibi referat esse desumptos.

*Qui iussione Domini  
Mīsus ad Iberniam,  
Qua plena erat idolis  
Dura ceruice incredula,*

*Qui tenebras idolatria  
Scotica gentis abstulit,  
Et prædicauit hominibus  
Fidem præclaro lumine.*

Ecce Scotica gentis, inquit Stanhurstus, pro Ibernicę gentis. Hæc de Scotorum nomine tam prolixè cumulauimus, quod multi multa de Ibernia sub Scotorum nomine dicta in vetustissimis monumentis ad Scotiam Minorē, quæ Albion, vel Albania dicitur, & est pars Britannicę, transferant, multosque viros illustres Ibernię genitrici abiudicent nominis ignoratione decepti, ut Iohannem Dunensem Scotū doctorem subtilem, Sedulium Scotū, & alios pené innumeros, qui procul dubio sunt Iberni.

## CAPVT. III.

## De Iberniæ situ, &amp; figura.

**Q**uantum ad Iberniæ sitū attinet, cā inter Occidentis insulas annumerat Aethicus, in cuius

A 4.

se-

sententiam Cambrensis pedibus iuit. Pomponius vero Mela in Septentrionis insulatum fastos refert. Vtque mea quidem sententia non incongrue ratiocinatur: nam inter septentrionalem plagam, occidentemque solem jacet, vnde Oceano mari cincta, in decimo climate sita iuxta nouam viginti trium climatum tabulam a iunioribus astronominis conditam, apud patrem Christophorum Clavium relata, sub altitudinis gradu quinquagesimo, septimo, plus, minus. Quo loco longissimae dies, cum sol, Cancrum attingit, horis circiter octodecim constare perhibetur. Ab oriente hyemali obuiam sibi Britanniam respicit remotam vnius diei nauigationem ex ea parte, quae dicitur Anglia, parte vero, quae vocatur Scotia, propinquiorem: Hispaniam trium dierum nauigatione dissitam ab Austro in Circium ventum sibi occurrentem spectat, Cantabrico, Galletiacoque pelago intenta, patique spacio contra Septentrionem abest ab Islandia insula: sed ab Occidente apertissimo, & diffusissimo pelago finitur. Pelagus Iberiam, & Britanniam interluens Solin tradenti esse anno toto undosum, & inquietum, pauculisque diebus aestuviis nauigabile, fidei nihil habendum. Nam contra docet experientia, & mare illud anno toto nauigari, & Solinum de Ibernia parum certi accepisse. Figura esse ouata, quae insulam aptius describunt, aiunt. Cui consentaneum videtur, quod aliquibus Ibernicis poetis Muikinis, id est insula nulla dicatur, quod procul nauigantibus speciem suis tantis spectandam ostendere videatur. Quo sit ut longior sit, quam latior.

CAP. IV  
De Ibernia magnitudine.

**A**crius est inter autores de eius magnitudine certamen. De ea loquens Cornelius Tacitus, Tacitus spaciū eius (inquit) si Britannia comparetur, anguis in Vitis, nostrī maris insulas superat. Hanc cōlecturā secutus Agric. Gulielmus Neubricensis Anglus ait. Est autem Ibernia, ut acceperimus, inter insulas secunda a maiori Britannia magnitudine. Cas. V. Cæsar Imperator in Commentarijs rerum a se gestarum ita refert. Ibernia dimidiō minor, ut existimat, quam Gall. Britannia, sed pari spacio transmissus, atque ex Gallia est in Britanniā. Contra Solinus de Britannia faciens verba, multis, Solinus, inquit, insulis, nec ignobilibus circumdatur, quarum Iuverna ei proximat magnitudine. Cambrensis, & Stanihurstus Cesarī Ābrensis assentuntur, putantes Britanniam esse Ibernia duplo sis maiorem. Ego vero, qui de hac re homines vtrius Stani que regionis peritissimos consului; ab illis disideo, statuens Iberiam magnitudine præstare vtrique regno Anglia, & Scotia, Britannia tamen, quæ regnum vtrumque Scotiam, & Angliam cōtinet, minorem quidem, non tamen dimidiō minorem esse. Quod ita confirmo. Britannia Scotiam, & Angliam comprehendens millibus passuum Anglicis oītingentis in longitudinē, & in latitudinem circiter ducetis, Cambrense teste, vel alijs authoribus, in latitudinē trecentis porrigitur Ibernia vero in longitudinē trecentorum, & triginta milium passuum Ibernicorum protendit: & lata centies sexages mille passibus patet. Iam vero milliaria Ibernica Anglicis esse longiora, satis est exploratum, annuente etiam Stanihursto. Nam unum milliarium Ibernicum duofere Anglica, & Italica reddit. Vnde Ibernia in longitudinem

*Julius Agricola*, qui fuit Romanorum praefectus in Britannia, tradens Britanniam esse mille passibus octingenties longam, & trecenties latam, tandemque esse Iberniæ longitudinem, sed longitudinem ducentis millibus passuum minorem: cuius opinionem memorie prodidit Plinius Secundus libro quarto Naturalis Historia capite decimo sexto.

Metuntur vero Cambrensis, & Stanislaus hanc Iberniæ longitudinem à Brandanicis montibus ad Insulam Columbinam, quæ Torach dicitur, & latitudinem Dubhlinna usque ad Patrij montem, & mare Connachticum: sed utramque male. Ego igitur peritissimorum regionum opinionem à veteribus traditam secutus, longitudinem Bea insula, in qua sum ipse natus, in mare maximè prorecta Hispaniam versus, vel Carrinno promontorio, & Clochstacano in Vltoriam sito contra Scotiam diffinio. Latitudinem vero Binnedino promontorio Angliam aspiciente millibus passuum septem ultra Dubhlinnam, & Insula Vacæ Albæ ultra montem diui Patrij in Connachtico mari termino.

## C A P V T . V .

## Iberniæ variae diuisiones recententur.

**I**Ta se haber insula integræ sumpta, quæ nunc in suas partes distribuenda est.

## I. DIVISIO.

**D**ivisit eam Sylvester Giraldus Cambrensis veteres Iberniæ scriptores secutus in regiones quinque Cam: maximas & dimidiam regionem, quæ Midhia nominatur Contra Richardus Stanislaus Dubhlinnensis in quinque tantum regiones maximas esse distinguendam, & earum unam esse Midhiam conatur, eo nixus argumento, quod ipse nunquam audierit, quin Midhia efficiat partem quintam, nec alia repetiatur præter has quinque Momoniam, Lageniam, Connachtam, Vltoriam, Midhiam. At cui re tribuam, ut Iberniæ sit doctior Cambrensis, quam Dubhlinnensis? Quid est, quod non animaduertat rem lippis, & tonsoribus notissimam, in Momonia duas partes maximas, quas vocant Quintas, contineri, & eam esse duplo maiorem singulis tribus partibus alijs, & Midhia quadruplo? Momonia meridiem spectant: Vltoria Septentrionem respicit: Lagenia ad orientem solem, & ad occidentem Connacta sita est. Itac quas Midhia, quasi media iacet. Momonia rursus partibus quinque dividua habentur. Ex sunt Tomonia Septentrionem versus strata, si aboluta est eotunum opinio, qui illam ad Connachtam pertinere confirmabant. Eam quidem Stanislaus Momonijs annumerat, sed tamen Clariam in illius medio sitam Connactam adserbit, quippe qui solitus est summa, & ima miscere. Vrmonia secunda Momoniarum regio, quam idem præposterus homo Lagenia adiudicat, respicit Orientem, Tasmonia in Austrum porrigitur. Hermonia solem Occidentem spectat, Memonia media collocatur.

## II. DIVISIO.

**P**rettereundam minimē puto partitionem illam, qua regnum totum in conuentus seu tribus distribuuntur, constituta causa, cuā alia, tum iudiciorum etimostriū, quā dicuntur sdececrimonia, quōd in singulis tribubus tertio quoque mense soleant haberi Anglorum more.

## III. DIVISIO.

**E**sse alia totius Iberniæ distributio memoratu digna, tributi exigendi causa antiquitus constituta. Ea recensetur in eo politico libello de Ibernia magnatibus, ciuitatibus, Catholicaque religione delendis ab Anglis diligentissimè condito; nec minore industria dū abscondito, qui tandem anno millesimo sexcentesimo decimo tertio incidit in manus equitis Iberni, qui in domo Robertri Cœcillij Angli consiliarij regi familiariter agebat, & ab eodem equite nocte una totus est descriptus, & inde communicatus cum Ibernis, qui patrī, Fidei Christianæ suumque excidium legendo, sero ignorantiam suam, & præteritos errores intellexerunt, maximē, quōd habebatur ratio nulla Ibernorū, qui vel Anglis opitulati sunt, vel ab illis originem trahunt, aut ciuitatum, quā in amicitia manserunt. Huius libri præcepta in hunc usque diem Angliae consilium in Ibernos sequitur, eius author fertur tuisse idem Robertus Cœcilius Anglus Sarum comes regius consiliarius, homo maximē callidus, qui Pontificis Maximini nomen, & Catholiquorum genus gloriissimum cane peius odit. Ait ergo Cœcilius urbis Dublinæ monumentis proditū esse, in Ibernia cōtineri particulas terra,

quas

quas Angli suo sermone vocant ploulandas quadraginta mille nongentas viginti, 43920  
& ex toto hoc numero in 00000  
Momonis sexdecies mille, 16000  
in Lagenia nouies mille, 09000  
quadringentas, 09400  
in Ultonia nouies mille, 09000  
in Connaepta septies 00000  
mille, ducentas, 07200  
singulas vero particulas constare centum viginti iugeras, & iugerum metiendum esse per circa vnius, & viginti pedum. Nec amplius Cœcilius divisionem hanc prosequitur, aut explicat, nec docet, quot particulas terræ Midhia contineat: verum ex illis, quæ ceteris regionibus assignat, clarè pater, illi superesse bis mille, trecentas, & viginti 00000 particulas. Qui numeri quinque in 02320 unum redacti reddunt 00000 diuisum. 43920

Qui vero curiosius diuisiōnem hanc examinare vellet, multa in presenti repetere posset ex his, quæ Varro, Collumella, Frontinus, Vrbicus, & alij Latini, de re agraria felici stylo considerunt, ad quos nos longiorem disputationem missam facientes, diuisiōnē Ibernicam his mensuris solita breuitate declaramus.

Arvorum (sic nuncupo feraces, & cultos agros appellatos Anglis ploulandas) quadraginta tria millia, nongenta, viginti in Ibernia Cœcilio authore computantur, 43920  
Ibernorū instituto aruum centum viginti iugera continet. 00120  
Iugera quatuor actibus quadratis consistat.

00004  
Actus

Actus quadratus habet per-	
ticas quadraginta.	000 40
Pertica redditur cubitis decem,	
& nouem, cotidemque digitis,	
vel cubitis viginti, minus di-	
gitis quinque: nam illam rusti-	
cic metuntur, singulis cubi-	
tis singulos digitos addentes.	000 20
Cubitum componit pes unus cum	
dimidio.	0000 1
Pes palmis quatuor clauditur.	000 0 4
Palmus finitur digitis quatuor.	000 0 4
Digitus constitutus quatuor hor-	
dei granis secundum latitudi-	
nem dispositis.	0000 4

Hordei granum mensuratum minima geometris est. Verum ne haec quidem est exactissima totius insulae partitio. Cum enim fuerit causa exigendi tributi ex cogitata, nec aequum sit, ut sylvestris, & incultus campus tanto ære prematur, quanto cultus, & fertilis ager, inde effectum est, ut in sylva, montibusque iugerum unum magnitudine superet decem, viginti, triginta, pluraque iugera feracissimæ, & vberimæ glebae. Namque in hac terra diaisione inuenienda non interualli, sed fructuum est habita ratio. Ac ita cum inculta, monrosaque loca magis indies hominum industria subiecta subiiciantur arato, & vberiorem frugum prouentum ferant, haud obscurè colligitur, maiorem esse nunc arariorum numerum, quam cum fuit, cum haec diaision fuit à veteribus constituta.

## IV. DIVISIO.

A	Liam diaisionem adserit Cambrensis, assertens,
	quinque illas præcipuas Iberniæ regiones singu-
	las constare cantaredis triginta duobus, Midhiam vero
	sexdecim, & ita totam insulam septuaginta sex: canta-
	redum vero esse terræ spatium continens centum pa-
	gos. Ego vero non possum deducere, ut Cambrensi de
	cantaredis, & pagorum numero assentiar, maximè, cum
	diuersam opinionem in Ibernicis manuscriptis lege-
	rim. Ea sic habet: in duabus Momonijs contineri
	treuchas septuaginta,
070	Triucha
	in Ultonia triginta quinque,
035	ched,
	in Lagenia unam, & triginta,
031	
	in Connachta triginta
030	
	in Midhia octodecim,
018	
	& ita Iberniam totam constare treu-
	chis centum, octoginta, quatuor,
184	treucham vero esse spatium terræ
	complectens pagos triginta.
030	
	Iuxta hunc calculum, qui longè mo-
	derior est, quam Cambrensis nume-
	rus, fuetunt in insula tota quin-
	que millia, quingenti, & virgin-
5520	ti pagi:
	& Midhia, quæ pars eius circiter undecima putatur, co-
	tinuit in octodecim treuchis pagos quingentos, & qua-
	draginta, cum populosissima Heluetiorum res publica
	quadrinagesimos pagos, & oppida duodecim olim tenuerit,
	ut docet Cæsar Imperator lib. i. de bello Gallico.
Cæsar.	

## V. DIVISIO.

**Q**uartuor sunt Iberniæ vrbes vetustate, & fama magis  
inlycæ; Dubhlinna in Lagenia magnitudine, ci-  
uium numero; structuræ adficiorum, copia templo-  
rum, mercis varietate, frequentia gentium exter-  
arum, Liffei fluij leni cursu præterlabentis amoenitate  
insignis. Quam imitantur alia tres in Momonijs sitæ,  
Manapia, quæ dicitur & Gaterfordia, Coreacha, Lom-  
nacha; Hanc Siminatus amnis non solum Ibernia maxi-  
mus, sed celererrimus quibusque feré conferendus ad  
incœnia diuisus in duos alueos interfluit, & alluit, inde  
se in spacio portu mari inuolnens, locam, pulcherri-  
mamque reddit. Coracham Lius flumen alueo triplici  
circumit, & interfluit leni cursu fusus in portum nau-  
ibus capiendis, & à tempestate defendendis idoneum, mil-  
libus passuum decem longum. Manapia tranquillitate  
portus externis nauibus non raro pleni nequaquam ha-  
betur obscura. Sunt verò aliæ ciuitates non pauca, sed  
nouiores, oppida etiâ insignia plura, & situ loca, & na-  
tura, opereque non immunis, quæ omnia longum fu-  
set, nominatim recensere.

## VI. DIVISIO.

Dubb-  
linn.  
niger  
aluenus.

**H**æ sunt Iberniæ diuisiones sœculares: Ecclesi-  
stica illa est, quod Archiepiscopatus sunt quatuor,  
Ardmacha Primatis Sedes, Casilia, Tuemia, & Dubh-  
linna: & Episcopatus erant triginta sex, qui nunc sunt ad-  
minorem numerum redacti.

## CAPUT. VI.

De Iberniæ salubritate, fertilitate,  
& amoenitate.

**H**æc de insula situ, magnitudine, partibusque  
dixisse sufficerit: de temperatione, fertilitate,  
amoenitate paucā breuiter perstringamus.

## Salubritas.

Est illa quidam mirificè temperata, nec æstate Leo-  
nis æstu homines in latebras fugante; nec hyeme A-  
quarij algore ad focos cogente: æstate auræ placido spi-  
ritu permulcente nihil adusta; hyeme propter cœli,  
solique reporem, & aeris crasitudinem vehementia fri-  
goris minime infesta: semper adeò salubris, ut ibi sint  
minus ægri, quam alibi, & medicorum ars, & industria  
non tam necessaria.

## Fertilitas.

Est gleba fertilis: arua frumenti vario genere, præ-  
sertim tritici affluenter feracia: Montes, atque saltus  
longe pabulosissimi pecore, armento que abundant. Syl-  
va feris complentur. Fretum circumiacens piscibus  
scatens Hispanos, Gallos, Belgas pescatores accit. Flu-  
uiatibus piscibus exuberant flumina. Conchilium  
multa genera sunt. Aujum vis ingens. Apium longa  
examina, & inde mellis, & cera affluentia. A leporum,  
& cuniculorum incurvisbus virentes frugum gladioli

multis in locis non sine molestia defenduntur. Ceruorum conferti greges. Hic equi perniciē, robore & animositate præliando, & onera portando sunt aptissimi. Accipitres præter cæteros optimi. Molossi, vel venatori canes viribus velocitate, odio in feras, fide in Dominos, corporum elegantia longe maxime insignes. Argenti, ferri, plumbi, aris stanni, argenti viui metallæ effodiuntur: aurique venas latere, & gemmas inueniri multi suspicantur. Portibus tutissimis, atque spaciofissimis insula vindique ambitur.

## Amœnitas.

Hic diffusæ, & apertissimæ planicies sternuntur lacubus nauigabilibus medijs nascentibus: fluuijs pellucidis, atque piscosis rigantibus: Hic nemora, & sylæ frequentes quidem, densissimæ, & impeditæ, sed tamen cœdæ, & fructiferæ occurunt. Pingues coles se se leñiter tollunt. Nec tamen desunt montes ardui, & asperrimi, sed herbidi, & in quorum verticibus non modo liquidi fontes, sed etiam paludes interdum sunt. Flumina modo per planicies, modo intra nemora tranquillo cursu delata ad capiendum salmones, tructas, anguillas, & id genus pisces accolâs inuitant: nec minus aucipiū, & venatio delectat. Celebrissima flumina sunt Sinius, Boëus, Bannus, Siurus, Forus, Bearius, duo nomine Magna, Ernius, Moeus, Lius. Lacus diffusiores aqua suaves sunt Neachus,

Dergetus, Ernius, Lenus.



## CAPVT. VII.

Iberniam esse arcem, & propugnaculum, unde Hæretici possent debellari, & alia regna conseruari, demonstratur.

**Q**uæ retulimus hactenus de Iberniæ situ, portubus, lacubus, syluis, & cibariorum libertate, cum ita sint, ut nos scriptum reliquimus, haud obscure id colligitur, quod notius fuit Romanis olim obtinentibus imperium, quam nunc est ijs, qui rerum domînio potiuntur: hoc est Iberniam esse orbis terrarum arcem, & propugnaculum, aut certè Septentrionis, vnde gentes aliae Monarchiæ, & Catholiciæ religionis hostes debellari, & obtineri, facile possent! Id animaduertit Iulius Agricola, vir militaris artis, atque ratum administrandarum scientia clarus Praefectus à Romanis Britanniæ, que Scotiam, & Angliam comprehendit, difficilis Britanniam, & etiam Galliam posse subigi, & subactas propugnari, Ibernia non obtenta, hac vero occupata, non tanto negotio domari, domitasque teneri. Quæ Agricolæ opinio, ut litteris mandata posteritati consecraretur, digna visa fuit Cornelio Tacito, qui Agricolæ vitam, resque gestas scribens, ita refert.

Quinto expeditionum anno naui primum transgressus (scilicet Agricola) ignotas ad id tempus gentes crebris simul, ac prosperis pralijs domuit, eamque partem Britannie, que Iberniam aspicit, copijs instruxit in spem magis, quam

Agricola

Tacitus  
in vit.

Agricola

ob formidinem: Siquidem Ibernia medio inter Britanniam, atque Hispaniam sita, & Gallico quoque mari opportuno valentissimam imperij partem magnis iniucem vīsibus miscuerit. Spacium eius, si Britanniae comparetur, angustius, nostri maris insulas superat. Solum, calumque, & ingenia, cultusque hominum haud multum à Britannia differunt, melius aditus, portusque per commercia, & negotiatores cogniti. Agricola ex pulsum seditione domestica unum ex regulis gentis excepterat, ac specie amicitia in occasionem retinebat. Sape ex eo audiū legione una, & modicis auxilijs debellari, obtinerique Iberniam posse; idque etiam aduersus Britanniam profuturum, si Romana vbiq[ue] armas, & velut ē conspectu libertas tollereatur. Hæc ille

Gildas Ceterum cum Romani Iberniam in suam potestam non redegerint, haud diu Britanniam potuerunt satis sustinere, auxilijs ex Ibernia missis pulsi, ut Galdas sapiens. Beda ve Sapiens, & Venerabilis Monachus Beda sunt autho- nérabilis res.

Cæcilius Idem verò, atque Agricola sensit homo callidissimus Robertus Cæcilius, Comes Sarum, Angliae reginæ consiliarius, & pluribus probauit in eo libello, quem de Ibernia sustinenda, & incolis, atque religione Catholica delendis scriptum manu reliquit.

Sed quid autoritatibus opus est, vbi ratio manifestissime persuaderet? Anglicis, & Belgicis nauibus, quæ in Occidentis Indias solent facere vela, capere mercatorū naues, & Catholici regis Clasi thesaurum vehenti insidiari, ac etiam in India sedes occupare, qui Ibernia potiretur, meantibus, vel remeantibus commode posset occurrere vegetis, & integris viribus, illasque breui deletas hoc auso prohibere; maxime, cum Ibernia sylvis, & construendarum nauium materie, hominibus rei nauticæ peritis, & vario genere commicatus abundet.

Europæ

Europæ quoque Piratæ, qui postquam Africæ portus amiserunt, Iberniam vnicum receptaculum frequentant ob optimos atque tutissimos portus, & commoditatem intercipiendi mercatorū naues, de medio protinus tollerentur. Quinimo Scotia, quæ satis angusto sinu ab Ibernia dirimitur, & Anglia, quæ cum Scotia continetur, facile possent ex Ibernia debellari: Nec Bataui, vel Holandij, & qui sunt ali, Belgæ rebelles Angliæ auxilijs, & ceteris, quæ per Anglicum fretum importantur, destituti, diutius resistere, & suas hæreses defendere possent. Ita tota Europa Catholica religione tranquilla, & florentissimā frucretur.

### C A P V T . VIII.

#### De Iberniæ mirandis.

**E**X Iberniæ mirandis rebus hic paucas silencio præterite non putavi. Imprimis illa magnifica laude est insula prædicanda, quæ nullam serpentem, nullum venenatum animans progignit, & impotata venenosa viuentia vi quadam salubri, & occulta vita priuat. Puluere etiam Ibernico, ligno, ceterisque rebus illico virolo extingui, est memoria proditum. Iberni peregrè profecti, cum euenit, ve inter angues in solitudine deserti testo non protegantur, si forte ex Ibernia itipites, vel baculos gerant, quibus circulos circumscribant, intra eos orbes nō minus ruto, quam intra munitæ arcis mænia se dormire posse credunt: in ipsaque circuli linea, vel circumferentia Ibernico ligno descripta exanimes sepes fuisse repertos accipi. Sed & nullo munimine defendant Ibernis viperas

minime posse veneno officere traditur. Id habeo compertum, Burdigalæ in Ibernorum seminario viperam fuisse calcatam, & obtritam nudis pedibus à pueri Iberno, qui ex Ibernia recens profectus illam anguilam fuisse existimauit. Hinc oritur non absurdâ Quæstio, utrum hæc vis sit insulæ in prima rerum creatione ab authore naturæ insita, an postea diuinitus indita? Ab illa parte stat authoritas Solini, qui memorat in Ibernia nullos angues fuisse. Ego vero contra censeo, & Solinum de Ibernia nihil certum habuisse, & post eius tempora hoc beneficium in hanc insulam à Deo fuisse collatum precibus Diui Patriitij præsidis insulæ, qui accepit à Deo præsidis, & præsulis insignia, librum, qui Euangelia Sacra sancta continebat, & bacuum, quo angues insulam infestantes funditus deleuit. Ita perhibent Ibernici libri, ita testantur authores, qui Diui vitam litteris mandarunt.

In ea Momoniarum parte, quæ Lageniam continet, lacu vndique cingitur insula patua, fanis, & solemnibus circuitionibus sacra, quam feminæ nefas est adire. Insula viuentium nominatur, quod in illa nemo animam efflare traditur: Moribundi tamen tot cruciatibus afficiuntur, ut malint in continentem facto functum deferri, quam agere vitam tantis doloribus concussam. In Ultonia Neachus est lacus, in quo arbores nasci feruntur, quarum pars, quæ terra cingitur, ferrum, quæ aqua ambitur lapis, quæ supra aquam crescit, lignum est. In Bearra principatu tres cespites virides, & iuncosi solent nare diu ante patrum nostrorum memoriam, & Saturni diebus præcipitante sole sece conferre in illam stagni oram, quæ proximo facello propinquior est. Indidemque redire diebus solis sub vesperum, etiam si ventus aduersus

sus spiret. Adiacent Iberniæ ad meridianam plagam intra spatiū trium leucarum insulæ duæ nomine Scalagæ. Quarum maior Sancti Michaelis Archangeli præsidio, & circuitionibus consecrata, vnde Pelago, præruptis, & acutissimis scopulis ambitur, ut non difficilior sit ē nauī descensus, quam per asperas rupes ascensus ad petræ verticem: ubi iuxta pellucidum fontem perennis aquæ sunt fana. Supra Archangeli Sacellum, & Xixtum, vel vallum modicum, quo dicitur, nullæ aues, quarum vis ingens insulam frequentant, possunt volare. Sed alarum vnu destituta, inque terram delapsæ illa pedibus transuent. Dum verò in Xisto Archangelo dicato, & supra Sacellum pedibus incedunt volatu defestæ, eas capere, vel occidere, nefas nostri ducunt.

Septentrionem versus in Vrbis Lomnachæ portu sequitur Iniscatha insula proxima continent, finibus quidem angusta, sed longe amoenissima, quondam Episcopali solio, vel Cathedra, & templis vndecim nobilis, nec obscura Diui Sinani sepulchro, ex quo qui scrupulum, vel lapillum gerat, hunc interim submergendum non esse, creditum est, modo Catholicus sit de Orthodoxæ fidei articulis non ambigens.

Adhuc ad Arcticum cœli cacumen magis accedunt insulæ tres nomine Ara, quæ vix leucæ spatio ab Ibernia absunt. Earum maxima vulgo vocatur Ara Sanctorum, quod in illam olim magna religiosorum, atque sanctissimorum hominum multitudo secederent, ut commodius diuinarum rerum meditationi vacarent, & se Dei cultui addicerent, diuorumque libitina esset, quorum sepulchrals completa nobilitatur.

Fontium mirandorum, qui aqua gelida sparsa, & epota ægros in pristinam valetudinem restituunt, longum fuisse nomina percurrente. Plane beneficam, atque salutarem hanc vim non censeo adscribendam esse naturali efficientia fontium, sed patrocinio Diuorum, quibus fontes dicati sunt, & quorum auxilium ægroti implorant, crucis, atque fontes circumdecentes. Hic aues ex conchis cuidam ligno mari diu fluctuant hærentibus naturæ conspicuntur, Quæ vulgo Durridinæ, & Bernaculæ nuncupantur.

## CAPVT. IX.

In horum, quæ diximus patrocinium aliquot authores citantur.

**P**lures Iberniæ laudes, & res admiratione dignas superioris ævi scriptores in monumenta retulere. Qui, quamvis suis temporibus benignè sunt excepti; nobis tamen forsan non nulli minime fidem habuerint propter diversum tumorem ab æmulis veritatis late dissipatum. Quippe tam misera conditio ne est ætas nostra, ut impudentia pudorem inuadat, mendacium in sacram veritatis arcem irrumpat, audacia, & petulantia nihil sanctum, nihil inviolatum relinquit. Idcirco, ne vel amore patriæ, vel alia priuata, vel publica causa ad mentiendum deducti, fuisse videantur, haud superuacaneum arbitror, ut nostram sententiam veterum authorum testimonij confirmemus. Venerabilis Beda vir syncretus ita Iberniam describit in principio Ecclesiastica historiæ.

Beda  
lib. i. c. 1.

Eft

Eft autem Ibernia insula omnium post Britanniam maxima ad Occidentem quidem Britannia sita, sed sicut contra Aquilonem ea brevior, ita in meridiem se trans illius fines plurimum protendens, usque contra Hispania Septentrionalia, quamvis magno aurore interierante, peruenit.

Et inferius.

Ibernia autem, & latitudine sui status, & salubritate, ac serenitate aerum multum Britannia praedita, ita, ut raro ibi nix plusquam iridiana remaneat: nemo propter hyemem aut fena fecerit estate, aut stabula fabricet iumentis: nullum ibi reptile vivet soleat. Nam sive illo de Britannia allati serpentes mox, ut proximante terris natrio odore aeris illius ad tacti fuerint, intereant. Quin potius omnia penè, que de eadem insula sunt, contra venenum valent. Denique vidimus quibusdam à serpente percussis rasa folia codicum, qui de Ibernia fuerunt, & ipsam rasuram aqua immisam, ac potui datam talibus protinus totam vim veneni graffantis, totum in statu corporis absumpsiisse, ac sedasse tumorem. Dives lactis, ac mellis insula, nec vinearum expers, piscium, volucrumque, sed & cervorum venenu insignis. Hac autem propria patria Scotorum est. Ab hac egressi, ut diximus, tertiam in Britanpia Britonibus, & Piclis gentem addiderunt.

Hac ille, cui suffragatur Sylvestris Giraldus Cambrensis ita de Ibernia locutus

Gleba præpingui, ubique frugum prouentu felix terra est, & facunda: frugibus arua, pecore montes, nemoreosa feris abundant.

Et alibi.

Terra terrarum hec omnium temperatissima, non Cancræ calor exstans compellit ad umbras; non ad focos Capricorni rigor urgenter inuitat. Nigres hic raro, & tunc modico tempore durare videbis. Ex omni tamen vento non minus subsolari, Fauonioque, & Zephyro, quam Circio, & Boreali quandoque brumescit;

Cambr.  
c. 6.

cap. 9.

## Tom. I. Liber. I.

brumosicit: ex omni quidem modicè, & ex nullo immoderatè: sicut astino, sic & hyemali tempore herboſa virescunt pascuae. Vnde ad pabulafana ſecari, nec armentis unquam ſtabula parari ſolent. Aeris amanitatem, temperieque tempora ferè cuncta tepeſcunt: Aeris quoque clementia tanta eſt, ut ne nebula inficiens, nec ſpiritus hic pefilens, nec aura corrumpens. Medicorum opera parum indiget iſula: Morbidos enim homines preter moribundos paucos inuenies. Inter ſanitatem continuam, mortemque supremam nihil ferè medium.

Inferius addit.

Item nemo indigenarum hic natus terram, aeremque ſalubre non egressus illa triū generum ſpecie febricitauit: ſola vexantur acuta, eaque perrato.

Gulielmus Neubriensis Anglus ita de Ibernia reſtatur.

Hanc autem ſingularem pre cunctis regionibus habet à na-  
tura prærogatiuam, & dotem, ut nullum gignat venenatum ani-  
mal, nullum reptile noxiū. Quinimo certa, citaque mors eorū  
eſt ad primum Iberniæ aeris attractum, ſi forte aliunde adue-  
hantur. Porro quidquid inde aduechitur, contra venena valere,  
probatum eſt.

*Ap. 2. p.* Petrus Apianus Mathematicus in ſua Cosmogra-  
in enarr. phia ait. *Irlandia eſt insula facunda, & ſalubris ſerpentibus, & vene-*  
*Europa nosſ reptilibus carens: equos mittit ferendis oneribus aptiſſi-*  
*mos.*

Hæc in probationem eorum, quæ alſeruimus, re-  
tuliffe ſuſfecerit. Ad rem longe mirabi-  
liorem pergamus.



DO-

DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARRI IBERNI,  
TOMI. I. LIBER. II.

De Purgatorio Diui Patritij.



Vpereſt adhuc omnium memorabilium  
terum Iberniæ maxima, de qua principe  
loco fuiffet agendum, niſi ſcorſim hic fufus  
enarrandam eſſe duxiſsem. Ea eſt Diui Pa-  
tritij Purgatorium.

C A P V T. I.

Promittit author ſe relaturum hiftoriam  
hominis, qui à Purgatorio Diui  
Patritij reuerſus eſt.

**I**N Purgatorio Diui Patritij multorum homi-  
num animas ob peccata, quæ corporibus inclusa-  
admiscerunt, cruciati, compertum eſt. Vnde quam  
falsus, & impius ſit error eorum, qui peccato-  
res homines, ſed in gratia Dei obeuntes Purgato-  
rium manere negant, hoc vnum ſatis eſt argumen-  
to: praterquam quod diuinis litteris apertissime col. *Liber*  
*Ibernic.* ligitur. Ego quidem legi, & in quodam Ibernico li. *D. Dion.*  
*bro*, & apud Diuum Dionysium Carthuſianum *Carthuſ.*  
*in*

in opere de quatuor Nouissimis, & de iudicio animæ historias hominum, qui Diui Patritij Purgatorium visserunt, & cursus ad nos gradum reuocarunt, quas silencio nunc inuoluo. Vnam referam historiam, quam ante hac nunquam, quod ego sciam, latinitate donacatum inter literarios meos inuenio. Itaque, cum agerem in Curia Catholicæ regis florentissima, cum non nullis viris eruditis, & acerrimis antiquitatis indagatoribus mihi non ingrata familiaritas intercessit. Ex eis unus mihi accommodauit libellum manuscriptum, qui Ramonis D. Ramo Vicecomitis nobilis Hispani profectionem in Diui Patriarchæ Hie-  
de Pere tritij Purgatorium, ibi casus, insidemque redditum con-  
llos. cinebat. Fuit autem ipse codicillus, inscriptione fidem faciente, ab eodem Vicecomite compotus lemosina lingua (ita vocatur priscum idioma eorum Hispaniæ populorum, qui hodie sua lingua Catalani nuncupantur) & opera Fratris Francisci Ximenis è Franciscana Minorum religione Episcopi Elnæ, & Hierosolymitanæ Patriarchæ cum alijs codicibus in vnum volumen redactus. Quod volumen typis mandatum Ruscinone quod oppidum hodie Perpinnana dicitur, in Cœnobio Diui Patriarchæ Francisci Seraphici, vbi & Vicecomes est sepulchro conditus, adhuc extare, fertur. Ex hoc libro fuit Vicecomitis historia per interpretem non satis expolitum in Castellanum sermonem, qui sua elegan-  
tia, & propagatione apud Hispanos principatum sibi vendicat, translata. Quam & mihi quidem latinitate libuit donare, quia res est memoria dignissima, cum auditu incunda, & mirabilis, tum peccantes ad melio-  
rem vita frugem sequendam, Numinis obsecranda precepta, peccata vitanda, Purgatoriij cruciatus timendos mitificè exhortans. Ita vero statui vertere, ut quæ vi-  
deantur superuacanea, & ad rem minime pertinentia  
præter-

prætermittam, ea potissimum, quæ Vicecomes ex aliorum sententia refert: nonnullas etiam periodos ex locis mutem, cum stylo minimè limati interpretis, in quem incidi, Mineruam meam, quamuis rudem non oporteat adstringi: nec verbum verbo, sed sententiam sententie reddam; latinis phrasibus non Hispanis vñ-  
rurus: nihil autem addam: denique opusculum totum magis concinnatum, & elegans (ni fallor) relinquam.

## CAPVT. II.

*Hispanus Vicecomes reuersus à Diui Pa-  
tritij Purgatorio historiam suam  
refert.*

**I**N nomine Sanctissimæ, & indiuiduæ Trini-Viscõde de Pere-  
tatis. Amen.

Ego Ramon Dei gratia Perellosum, & Ro-  
darum Vicecomes, Seretæ Baro fui apud Caro-  
lum Gallie regem, quo cum pater meus suus  
clauicularius, & militiae præfectus moriens me  
reliquit, ab ineunte ætate educatus. Huius tanti  
principis curia multorum nobilium, tum indi-  
genarum, tum alienigenarum frequentia cele-  
brabatur. Horum ego multis de rebus mirandis,  
scitique dignissimis, quæ per orbem terrarum  
dispersæ extant, crebro differentes audiui: & ea  
lustrandi mihi vehemens cupidio incessit, ideo,  
credo,

credo, quod est in omnibus natura insitum, ut res externas abstrusas, atque reconditas expetat scire, sed que certius habeant, quod oculis testibus experientur, quam quod aliorum sermone perfertur. Igitur hoc studio flagrans, ope Numinis fretus me fortunae casibus obtuli, donec adiens maria longinquas terras penetrans per Christianorum, & etiam infidelium ditiones peragrans varia miracula viderim. Quæ omnia in præsentiarum recensere, minime est cordi. Ea solū repetam, quæ ad professionem meam in Purgatorium Diui Patritij explicandam spectant. Neque vero omnia, quæ in Purgatorio vidi, promulgabo, sed ea, quæ referre mihi concessum est. Quemadmodum vero illud Purgatorium fuerit primum inuenitum, & quæ me præcipua causa impulerit, ut id viserim, prius exponam.

### Quemadmodum Purgatorium Diui Patritij fuerit primum inuentum.

**D**IUOS Patritius cum in Ibernia insula Sacrosanctum Christi Iesu Euangelium antiquitus promulgaret, quamvis Philosophiam suam diuinam, cæloque collapsam vitæ quoque integritate, & miraculorum multitudine confirmaret; indigenæ tamen erant adeo obstinati, ut longo tempore parvum profuerit. Quam obrem

obrem ut eos ab indomita feritate ad melioris vitæ frugem verteret: à gentili superstitione ad diuinæ veritatis cognitionem duceret: à malorum Dæmonum seruitute in Christianam libertatem assereret: & instrueret bonis moribus, de perpetuis Auerni pænis, de ingentibus Purgatorij cruciatibus, de summa Beatorum quiete, & tranquillitate creberrime verba faciebat. Ceterum ne his quidem fieri posse potuit obstinata genti suam sententiam probare. Quippe diabolica fraude decepti plerique respondebant, dedecere se, tam mobili, & inconstanti animo esse, ut alienigenæ testimonio ducti à maiorum institutis, à prisca consuetudine antiquiore hominū memoria ad nouam, atque superioribus saeculis inauditam religionem desciscerent; præsertim, cū Diuus Patritius ea, quæ dicebat, non ostenderet: Ac ita se prius illi fidem non habituros, quā illam felicitatem, atque calamitatem oculis cernant. Quam ob cæcam hominum obstinationem Diuus opinione omnium maiorem cæpit animo dolorem. Consulendo tamen saluti gentis sibi commissæ minime defessus, pro ea domino maiora ieiunia, crebras preces deuouet. Quibus Deus benignissimus annuens, illi (sicuti solebat) comparuit, donauitque librum Euangelia sancta continentem, & stipitem, qui Iesu Christi baculus appellatur, & meritò

meritò cum ab eo fuerit fideli seruo datus. Vtroque verò libro, & baculo significatur esse Patrium Iberniæ Apostolum, & præsidem, quemadmodum in ipsius vita memoria proditur. Prætereà in locum auium, magnaq; solitudine vastū cum duxit; vbi obscuram specum illi indicans, qui, inquit, à peccatis, quæ sacerdoti panderit, absolutus, & eorum dolore affectus hanc speluncā fuerit ingressus, reatus veniam impetrabit, & illa extrema, quæ peccatores coguntur perpeti, videbit. Creatoris indulgentia tanta Diuus vehementer lætatur, præsertim, quod ostensa specu hominibus parum credulis se fidem facturum putabat.

Est autem hæc specus in insula, quæ lacu magno, profundoque ambitur. Eam Diuus foribus clausit, valloque circumduxit, & iuxta construxit ædem destinatam Canonicis regularibus (quorū religionis extant in Ibernia complura monasteria sumptuosa, maioraque hoc cænobio) Canonicorum Præfecto (Prior vocatur) antri claves commisit. Quibus constat, non immerito Purgatorio Diui Patritij nomen inditum fuisse. In id, cum Patritius vixit, multi sunt ingressi causa criminis purgandi, quorum nonnulli, qui nutantis fidei fuerunt, amplius non exiterunt. At illi, qui firma, & immutabili fide muniebantur, reuersi retule-

retulerunt, se Orcum vidisse, ingentes cruciatus esse perpessos, magnam quoque requiem, & fœlicitatem oculis lustrasse. Quorum testimonia Diuus iubebat notis excipi, in monasterio custodiari, & calato populo præstitatis diebus exponi. Nefas autem est, quemquam antrum introire, nisi ad expianda peccata, & ingressurus hæc agere consuevit. Principio à Pontifice, vel Episcopo, cuius finibus Purgatorium continetur, illud ad eundi potestatem petit. Solet Antistes facultatem petenti ausa primū non levibus argumentis dissuadere, rei periculum proponendo, præsertim, quod aliqui fuerint ingressi, & nunquam reuersi. Si tamen hominem sentit incæptis constanter insistere, litteras illi ad monasterij prefectum dat. Is etiam eum non minus ab incæptis conatur auertere, exorans, ut alia potius suscepit pœnitentia, peccata expiat, quam animi corporisque salutem è discriminis deducat. Sin illum à sententia non potest deterrere, in templū ductum precibus, & pœnitentia præscripto tempore facit incumbere. Deinde curat finitimos sacerdotes conuenire, Sacrum Missæ, quod cum illo versu, *Requiem æternam dona eis domine, pro vita defunctis offertur, cantu, & solemnitate celebrari, hominē viatico Sacrosancti Corporis Dñi refici, aqua sacra, quæadmodum à Diuo Patritio fuit institutū,*

spargi, pompa sacerdotum canentium litanias, populi sequentis ad ostium Purgatorij adduci. Vbi iterum periculorum memoriam renouas, hominem rogat, ne intret. Quem tamen, si constantem comperit, sanctissimæ Crucis signo muniens (quod & reliqui sacerdotes ad unum faciunt) aperto ostio intromittit, & obseratis rursus foribus, orantem relinquit. Postero die ad eandem horam rediens, si, aperta ianua, hominem offendit, eadem pompa in monasterium reducit, hospicioque exceptum retinet, dum illi placet. Sin hora solita in antro illum non conuenit, anima, & corpore esse damnatum, habet sibi persuasum.

Primus autem huius cœnobij post Patriitum Præfectus, quem vita probitate insignem fuisse reor, conclave sibi constitui fecit à canonicorum dormitorio disiunctum, ne, quod esset senio confectus, & dentibus præter unum vetustate orbus, à iunioribus ludibrio læderetur, neu minori obseruantia, quam pro honore coeretur: neu ad iram crebrius incitaretur. Iuniores canonici, qui illum crebrius visabant, iocantes interrogabant, quādiu vellet, vitā perducere. Tum ille mallem, inquietabat, filij charissimi, si Deo placeret, ex hoc mundo discedere, quam in eo diutius cōmorari. In celo summa tranquillitas, & vita laborū omnīū, & cu-

rarum

rarum expers, hic nihil præter dolorē, miseriam, & calamitatem. Ij vero, qui virū sanctū hæc per- contrabantur, cū ille anima egisset, audierunt An gelos canere, & eum nomine appellantes dicere. Beatus moreris, osq; tuū, quod opiparas epulas, & delicatos cibos non libauit, est felix: quippe aqua, & hordeaceo pane tantū viuebat, & ea raro capiebat. Tempus est, vt profectionis meæ ratio nem breuiter exponam.

Vicecomes Hispanus rationem reddit, qua  
est deductus, ut Purgatorium adiret.

D. Juan  
Rey de  
Aragon. C Vm Carolus Galliæ rex, cuius fidei à patre  
meo moriente commissus sum, naturæ ius  
soluissest, contuli me ad Iohannem Tarra-  
conensis Hispaniæ regem, cuius fui iure gentium  
cliens, & subditus, quod eius regni finibus posses-  
siones meæ continentur. Is me maximi semper  
fecit, tantumque amavit, quantum ullus unquam  
regum clientem dilexit. Ac ego quidem paria cū  
rege feci mutuo erga eum amore. Fui primū eius  
equiso: deinde ab eodē tritemibus tribus præfe-  
ctus Clementi Pontifici Maximo suppetias mis-  
sus. Post Clementis obitū cum successori eius Be-  
nedito decimo tertio Papæ militarem regis im-  
perio, de regis ipsius interitu mihi fuit allatum.

aliqua

Quo tristissimo nuncio vehementer percussus, flagrabit studio cognoscendi, quo in statu foret anima regis, quasue si in Purgatorio forsitan esset, pœnas sustineret. Igitur ea, quæ de Diui Patritij Purgatorio sœpe audieram, memoria repetens, illud animo statui visere motus causa, cum experiendi, an ibi de rege aliquid certi haberem, tum scelerum meorum veniam à Deo adipisci.

*Vicecomes, quando sit profectus, & quæ  
venerit ad Purgatorium, refert.*

**I**am verò, quam arduam, atque difficultem rem suscepimus, quam iniuitis, atque repugnantibus, cum alijs, tum illis, quibus plurimum debebam, id oneris mihi imposuerim, quaque iterfecerim, donec Purgatorij antrum fuerim ingressus, breuiter despiciamus. Princípio quidem ratus officio me non satisfacturum, si Summo Pontifice inscio peregre proficerer, illi consilium meum expōlui, & ab eodem, ut discedendi mihi potestatē faceret, pétui. Sed ille tantopere mihi repugnauit, ut vix repererim, quicquammodum iussis eius resisterem. Id vnum mihi propugnaculo fuit, quod quo magis me iubebat, ab incæpto desistere, cōtra eo summissus, &

abiectius ego illum rogabam, vt mihi per eum incæptis liceret insistere. Itaque, cum assiduæ, & importuniſſimæ efflagitationes meæ Pontificis Maximi Benedicti Decimi tertij imperium 1328.<sup>Anno 225</sup> vicissent, eiusdemque benedictione roborarer, Auēnione, ubi tunc erat, proficiscor anno post ortum Domini vigesimo octavo supra millesimum tercentesimum, mense Septembri eo die, qui nomine Diuæ Virginis Sacer refertur in fastos, sub vesperum. Primum in Galliæ curiam Parisios perueni. Vnde discedenti mihi Rex Galliæ commendatitias litteras dedit ad Angliæ regem generum suum, à quo sum benigne exceptus, & litteris traditis in Iberniam dimissus. Cum in urbem Dubhlinnam Ibernia caput venissem, comitem Marchæ Richardi Regis Angliæ patruellem, & in Ibernia proregem conueni. Qui regis, & reginæ litteris lectis honorificentissime me recepit. Itineris vero mei ratione perspecta, toto conatu suadet, ne ulterius progrediar, ob oculos proponens summum Purgatorij discrimen, quod multos viros sustulerat. Cum tamen nihil persuasionibus efficere posset, ad Ibernæ Primatem in Drohadantam urbem me Drohmittit. Is est Ardmachanus Archiepiscopus, danta cuius imperio in sacris Iberni omnes ad vnum vocatur & Pon-

& Comitis Marchæ litteris, alacriter, & huma-  
niſſime me ſuſcepit. Meo tamen conſilio cogni-  
to, etiam, atque etiam petit, vt à conatu deſiſtam,  
ſignificans, quam ſit factu diſſicile, id, quod con-  
ſtitueram, exequi: multos Purgatorium ingreſſos  
nunquam rediuifſe. Sed, cum meam conſtan-  
tiam, atque firmitatem exploraffer, me peccatis  
abſolutum ad Onellum regem diſmittit: à quo  
ego donis ornatus perueni in pagum, qui Pro-  
teccio, vel Asylum nuncupatur. Huius pagi do-  
minus, & eius frater in me ſatis comes extiterunt,  
meque cum comitibus meis, & alijs, qui Purga-  
torij videndi cauſa ē varijs regionibus confluxe-  
rant, pontonibus in iſulam, vbi eſt Purgato-  
rium, traiecerunt.

Tari-  
muinn.

*Vicecomes ſeſeparat ad ingrediendum  
Purgatorium, & intrat.*

**I**N Monasterij autem templum productus  
cum instituti mei rationem reddidifſem, &  
multis adſtantibus à Priore interrogatus in  
Purgatorium me credere respondiſsem. Tum ille  
ita exorsus. Per diſſicilem, atque periculofam, in-  
quit, rem ſuſcepisti, quamque pauci tentarunt,  
nedum ſunt aſſecuti. Fateor equidem facilem eſſe  
Purgatorij deſcenſum; ſed reuocare gradum, hoc  
opus,

*De Purgatorio Diui Patritij. 20*

opus, hic labor: Quippe ſcrobis iſtius cruciatuſ  
fidem ſuperant, quibus viri alioquin conſan-  
tes ſuccumbentes iacturam animæ, corporiſque fe-  
cerunt. Idcirco ego te moneo, vt voluntatem im-  
mutes, aliam pænitentiam acturus. Sunt enim  
quam plurima vitæ iſtituta (quod te latere mi-  
nimè puto) quibus Deo ſeruire, culpamque com-  
pensare poſſimus. Quorum vnum, ſi duriora cu-  
pis, eſt, monaſtice vitæ alligari, & conueniſ, qui  
pietate, & peccatorum dolore concitati hæc li-  
mina viſent, administrare. Quod quidem, cum  
Deo gratiſſimum eſt, tum longe tolerabilius,  
atque facilius, quam ante obitum ea ſubire extre-  
ma, quæ poſt interitum nullus fert, niſi inuitus.  
Ad hæc reſponſum præbens, eo mihi, in qua-  
mentum eſt, vnde nunc non expedit pedem re-  
ferre, quo priuſquam veni, iam pridem decreue-  
ram, nulli terrori, nulli periculo, nullis malis ce-  
dere, quin Purgatorium adirem, dum in animæ  
meæ perniciem nihil molirer, Deiue præcepta  
non transilirem. Ita moueor, & peccatorum meo-  
rum conſientia, & ſtudio regem meum vi-  
den- di. Ob id te etiam, atque etiam oro, ne mihi tan-  
dem ingreſſum intercludas. Tum ille, ſi delibe-  
ratum, inquit, tibi eſt, à ſententia non deſciſcere,  
oportet, vt huius loci ritus peragas, quemadmo-  
dum eſt à Diuo Patritio conſtitutum; & ab ante-

omis.

C 4

ceſſoribus

cessoribus meis obserua:um. Omnia, inquā, quæ imperaueris, quoad facere possum, præstabō. Ig-  
tur testamentum cōdidi, duobus filijs meis, quo-  
rum natu maior Ludouicus, & alter, Ramon no-  
mine gaudebat, & cæteris comitibus, quid agerēt,  
si ipse à scrobe non reuerterer, præscripsi. A mo-  
nasterij p̄fecto, & à Domino Asyli pagi quæsi-  
tus, vbi velim sepeliri, si forsū in Purgatorio vi-  
ta defungeret, & cadauer reperiretur, id eorum  
arbitrio permittens, respondi terram esse cōmu-  
ne hominum sepulchrūm. Alia die Sacerdotibus  
vicinis, & cœnobij religiosis conuocatis, Sacrum  
Missæ, quod pro mortuis offerri solet, cantu, mu-  
sicaque celebratur. Quo peracto, reliquisque cæ-  
remonijs absolutis, Sacerdotes in ordines digesti,  
pompa, quæ processio vocatur ecclesiasticis, Asyli  
Domino cum sacerdotalibus sequente, ad Speluncæ  
ianuam me conduxerunt, & precibus, quæ Lita-  
nia nominantur, cantatis, aqua sacra spargunt.  
Mox foribus apertis, ita Prior coram omnibus  
rursus affatur. En locus, quem vis ingredi. Cæ-  
terum, si meam amplectereris sententiam, confi-  
lium mutares: Namque multi huc ingressi am-  
plius non extiterunt, quod non satis constanter  
Deo confisi sint, nec in mortali corpore sustinue-  
rint eos cruciatus, quos peccatores post obitum  
iniquo animo ferunt. Sin tibi fixum est id, quod

animo

animo constitueristi, exequi, audi, dum breuiter  
expono, quæ tibi sint euentura. Primum Dei  
legati tibi occurrent, teque agendis instruent.  
Deinde Cacodæmones varijs artibus decipere  
conabuntur, iam indulgendo, iam minitando,  
iam saeuendo. Eorum autem crudelitatem euad-  
es incolmis, hæc verba repetendo. *Christe fili  
Dei vivi miserere mei peccatoris.* Ita ex his, qui sunt  
ex Purgatorio reuersi, accepimus, sibi contigisse.  
His auditis, ego cunctos osculatus, & valere iu-  
bens ingredior antrum. Post me intrat Anglus  
eques Taresi Dominus. Illico interdicto nobis  
colloquio, quod vel propter hoc mors traditur  
irrogari, & foribus sera confirmatis, Prior cum  
populo reuertitur.

*Vicecomes primas partes Purgatorij de-  
scribit, & quid religiosi venientes  
obuiam ipsi dixerint, explicat.*

**E**go vero intus inclusus cum antri magni-  
tudine, quod vlnas quatuor longū esse pu-  
to, specularer, cōperi interiorem partē ré-  
flexam, paululumq; extensiorem ad ingredientis  
leuā versus. Quā cū vestigiū figere tentasse, solū  
adē debile, pedisque mei pōdere tremens sensi,

vt

ut mihi visum fuerit, hominem non posse sustinere. Idcirco veritus, ne in inopinatum aliquod, & incognitum profundum haurirer, pedem retuli, & fidei Catholice, constantiaeque præsidio vallatus, flexis genibus preces sum conatus effundere, mysterij nihil aliud existimans subesse. Cæterum hora circiter una transacta, cœpi cunctis artibus contremiscere, madescere sudore, dolere corde, atque naufragare; perinde, acsi in longa navigatione marina iactatione vexarer. Ijs me perturbationibus concussum somnus oppressit, sed tursus excitauit immanis sonitus ingentis tonitru, quod non ipse solus audui, sed quotquot in insula fuerunt, sunt experti, eo magis attoniti, quod dies erat clara, & serena. Nondum repenti ni tonitru terrore vacabam, cū me alias nouus, & pristino maior paor inuasit. Namque somno non prorsus oculis discusso, improviso per vlnarum lex altitudinem labauit. Quo subito casu experrectus omnino fui adeo expauefactus, ut non prius fuerim mei compos, quam verba illa, quæ à præside cœnobij didici, protulerim, Christe fili Dei vñi miserere mei peccatoris. Igitur hinc spatiösius, & luce perfusum antrum vidi, quod mihi percurrentisolo (iam enim socium amiseram) quo magis progrediebar, eo profundius, atque vastius occurrebat. Nec tamen prius procedendi

finem

finem feci, quam in locum alta caligine mersum ingressus omni lucis splendore fui destitutus. Sed citò tenebris traiectis deueni in aulam amplam quidem, sed non maiore claritate nitentem, quā est apud nos hyeme vespertinum crepusculum, nec continuo pariete ambiente, sed solidis columnis fornicato vertice coeuntibus nixam. In hac postquam sèpius huc, illuc ambulauit, putans nihil iam itineris reliquum esse, sed, operis tam mirifici, quod mea quidem sententia humanum artificium, & ingenium superabat, structuram, elegantiam, & pulchritudinem admirans. Quam meam cōtemplationem interruperunt viri duodecim candidis vestibus induiti, qui mihi quidem religiosi videbantur, aulam ingredientes, meque benigne salute impertientes. Cum propinquius accessissent, unus, qui cæteris forsitan præerat, ita me omnium nomine affatur. Laudibus perpetuis Deus optimus maximus efferatur, cuius nutui, & imperio cuncta subiçiuntur, qui tibi tantum, tamque incredibilem, & inauditum animum fecit, ut ausus sis hoc descendere peccata purgatu. Rem hercule arduam, perdifficilemque suscepisti, sed ingenti præmio compensandam. Namque si institutum præstiteris, summus ille misericordiarum Deus piacula hactenus commisla tibi condonare dignabitur. Sin malorum spirituum pauori-

pauoribus, & cruciatibus perterritus, vel promissis deceptis succubueris à suscepso munere desistens anima, corpusque, quibus constas, æternō supplicio plectentur. Quare ne inopinatus ab hostibus circumueniaris, huic nos deuenimus nunciatiū varijs te diabolos pollicitationibus, minis, & terroribus aggressuros, & in hoc loco post nostrum redditū primum signa tecum collaturos. Ergo hic tibi opus animo constanti, pectoroque firmo. Quo si fueris prædictus omnes hostium vires facilē negocio contundes dulcissimum Iesu Christi nomen corde venerando, & ore proferendo. Quoties vero fueris stadium cum aduersarijs ingressus, nos dominum orabimus, ut ferat tibi opem diuinam. Vale. Quibus dictis illico discesserunt.

*Vicecomes, quos viderit cruciatus,  
ordine enarrat.*

**P**Ost religiosorum redditū ego solus in aula relictus, cum impendentes difficultates animo mecum voluntarem, ingens strepitus omni belli classico, & humano sonitu maior meas aures improviso verberavit. Mox innumera Dæmonum vis varijs formis horrendissima, & confertissimis ordinibus irruens aulam impleurit.

pleuit. Omnes ad unum me saluere iuſſerunt, nihil quo solet honor exhiberi, prætermittentes, & obtulentes, me magnis erroribus, & dementia captum, quod in loca viuis inuia descenderim: tantā meam audaciam dignam esse morte: nihilominus se rationem habere meorum erga se meritorum, quod super terram studio summo, diligentiaque semper eorum imperata fecerim: ob id me seruatueros, ad Purgatorij ianuam comitatueros, in columem ad mea dimissuros, diuq; frui in mundo magnis delicijs permisuros. Sin minus conditionem accipiam, sed stygia regna lucter adire, me mortem oppetitum, & post obitum innumeris calamitatibus afficiendum. Ego vero calliditatem, & dolos eorum præclare intelligens, nec conditionem accepi, nec aliquid respondi. Quam ob meam patientiam illi ira perciti ringentia ora, minitantesque vultus in me vibrant. In media aula magno rogo constructo, subitoque accenso me imponunt pedibus, atque manibus ligatum: per ardentes flammas ferreis vincis, illuc trahunt, simul elatis clamoribus mihi terrem iniicientes. Sed ego memor mandatorum, quæ, & viri duodecim, & monasterij præses mihi dederunt, Iesu nomen inuocavi. Quo fuit totus ignis extinctus, Diaboli plerique in diversa dissipati se fugæ mandarunt. Ego vin- culis

culis fractis illæsus euasi, eo quidem in reliqua  
etuenta audentior, quod primo congressu, sine  
villo negocio, nomine domini hostes profligauer-  
rim.

### I. Campus cruciatuum.

**N**ihilominus non pauci Manes in aula mä-  
serunt, qui me inde rapuerunt per iter lô-  
gum, vepribus, & sentibus aspergium, —  
tenebrosum, malignis spiritibus refertū, & infestū  
aduerso vento tam acriter inflante, ut mihi qui-  
dem usum aurium intercipere, corpusque pene-  
trare videretur. Cum ad solis exortum versus no-  
parum processissemus, unde non procul abesse  
orbis extreum putabam: querellæ, gemitus, at-  
que fletus ex proximis locis auribus meis obstre-  
punt. Cuius rei causam, cū propius peruenissem,  
sum clarissimus expertus, lamentabilis, & mæstissimo  
spectaculo ob oculos proposito. Namq; ingressi  
sumus diffusum, atque patentissimum campum,  
cuius limites videndi acie pertingere non pote-  
ram, totum incendio flagrantem, totū virorum,  
& fæminarum varijs cōditionibus copiosissimū.  
Horum plorati, lamentis, dentium stridore, plan-  
ctibus locus ille personabat. Nec mirum, iacebat  
enim humi proni, & nudi. Eorum pedes, atque  
manus ferreis clavis candentibus torrenti terræ  
infige-

infibebantur: dorsis horribiles visu dracones in-  
sidebant, succubentium ceruices hiante ore, den-  
tibusque laniantibus rodentes. Agmina frequen-  
tia Diabolorum solicite locū lustrabant, afflictos  
sæuis verberibus cædentiā, eisdemque præsentia,  
& strepitu pauorem incutientia. Ob quod miser-  
ri alij voces in æthera diffundebant: alij præ do-  
lore solum mordebat. Easdem etiam pœnas de  
me sumere, nisi reueterer, Diaboli fuerunt mina-  
ti. Cum vero me clavis fodere tentassent, fui de-  
fensus illa verba repetendo, *Iesu Christe fili Dei viui*  
*miserere mei peccatoris.*

### II. Campus cruciatuum.

**H**inc fui delatus in aliud campum, cuius  
latitudinem quidem oculorum intuitu  
comprehendebam, longitudinem tamen  
non, ignibus etiam torridum, innumerabilem  
pene hominum ex varijs gentibus plenum, qui,  
sicuti priores vrenti solo clavis adstringebantur.  
Insuper alij alio cruciatus genere torti. Nam  
aliorum viscera pungebantur aculeis: alijs, fœ-  
dissimæ visu serpentes colli venas, & arterias  
scindebant: aliorum pectora lacertæ, talpæque  
ardentes longo, & acuto rostro fodiebant,  
cordaque per lacerum corpus extrahebant:

Demonia omnes flagellabant. Quare tam magnus, & funestus erat miserorum luctus, quam mente potest percipi. Mihi Manes optionem faciunt, utrum hæc extrema ferre, an redire malim? Ad quod ego presso ore obmutui: cumque illi supplicio me machinarentur afficere, conatu fuerunt deieci, me Iesu nomen solito more proferente.

**III. Dolorum Campus.**

**F**Vi ductus in alium campum miseria, dolibusque funestissimum. Erat ibi ea hominum copia, quæ nullo nostro calculo numerari potest. Omnes humili prostrati ignitis clavis per totum corpus trahiebantur, vocem raucam, haerentemque faucibus edentes: quemadmodum ijs facere solent, qui ultimo mortis transitu præ dolore mugiunt: violenti quoque venti impetu, diris dæmonum icibus creberrime quasi.

Mihi spiritus impij faciunt eligendi potestatem, pedemne referam, an has pœnas pendam? Cumque me tacentem utrumque respuere intellexissent, plectere moluntur, frustra tamen diuinum nomen inuocantem.

**III.**

**III. Pœnarum campus.**

**I**n aliud tamen campum impulerunt, pœnis exquisitissimis horridum, vario, multiplicique igne adustum, hominibus vberrimum: Alij, vel collo, vel brachijs, vel pedibus vinceti catenis ex calybe confectis in flaminas suppositas suspenduntur: alijs craticulis cremantur: non pauci verubus transfixi ad ignem torrentur, metallo liquefacto, & ardentiissimo superinfuso. Suos quisque patiebatur Manes. Nec ullius est tantum ingenij flumen, tanta dicendi, scribendi, vis, tanquamque copia, ut possit tanti mceroris, supplicij, cruciatus, faciem luctuosissimam referre, nedum exornare. Væ peccantibus. Hei non agentibus in hoc mundo poenitentiam. Omnia huius vitæ tristitia, labores, paupertates, exilia, carceres, opprobria, miseria, calamitates, vulnera, & mors ipsa nihil sunt ad Purgatorij penas.

*Vicecomes regem suum alloquitur.*

**I**n hoc campo multos viros, atque foeminas mihi notos, & consanguinitate coniunctos offendit. Hic Regem meum Iohannem conueni. Qui interroganti mihi, quam ob culpam ibi

**D**

*coerce-*

Doña  
Aldonſa  
de Car-  
los.

coerceretur, alioquin mecum multa locutus, ad hoc interrogatum id vñū respondit, huius sœculi principes, atque magnates summopere oportere, nemini iniuriam facere in alterius gratiam, quātumcumque familiaris. Ibidem quoque vidi quendam religiosum crudeles poenas dantem, propter quoddam graue peccatum. Ob quod abfuit parum, ut æternis Auerni supplicijs puniatur: re namque vera de illo fuisset actum, nisi ante obitum magno cordis dolore, multis lachrymis, & acerrima poenitentia scelus expiasset. Obvia etiam mihi fuit Doña Aldonſa Carolea mea cognata, cuius interitus antea eram nescius, quia me proficidente in viuis agebat. Hæc eo potissimum torquebatur, quod faciei comendæ, fucatisque coloribus depingendæ nimium studebat. Omnes tamen (Deo sit gratia, laus, atque gloria) erant in via salutis. Ego vero fui ab his cruciati- bus Domini nomine protectus, frustra Diabolis obnientibus.

Hæzen  
est Purga-  
torii de-

scriptū.  
Sequens  
vero de-  
scriptio  
an est In-  
fernū.

### Tænarum vallis, & rota.

**I**udem maligni spiritus in vastam vallem me deuenire coegerunt. Vbi magna est rota tota flāmis ardens: cuius axi, summæ curuaturæ, & radijs omnibus ferrei mucrones igniti conser- tissime

### De Purgatorio Diui Patritij. 26

tissime sunt impacti. Ex singulis autem micro- nibus animæ singulæ pendebant vehementissime cruciatæ, rota à Diabolis rapidissime circumuersa, & incendio ignis nigri, quasi sulphurei undequaque flagrante. Me quoque carnifices in hanc rotam imposuerunt. Sed appellato Iesu no- mine statim ex illa cecidi illæsus.

### Tænarum fornax.

**C**æterum trahor inuitus, atque renitens in alium campum, vbi magna molis domus occurrit humo fumans tota, non aliter, quā fornax, circumiectisque locis tenebrarum nubes offundēs. Hic prius flentum voces, plangoremq; audiui. Cum propius perueni. Vidi totam domū liquido, feruentique metallo, auro, argento, ferro, plumbo, & alio vario impletam, folijs rotundis, atque spississimis mistis, & hoc balneo (ita Furis dicebatur) innumeros nudos ablui, & aduerso vento durissimo traiici.

### Tænarum flumen.

**H**uius atrocitate poenæ stupefactus vali- dissimo venti flatu rapior vna cū Dæmo- nijs, & cæteris trans monte ad flumen pro- fundum,

fundum, fœtidum, gelidissimumque, quo innu-  
meri pene cum halitu grauissimo, & frigore,  
tum dæmonibus eos, qui fugere conabantur,  
vasto gurgite mergentibus, excruciantur.  
Quod ego periculum declinaui Iesu nomen  
proferendo.

*Dolorum puteus.*

**D**Ein à Furijs nequissimis ad Orientem  
versus raptus aspexi procul ingentem sul-  
phurei ignis flammā longè altius ascen-  
denter, quā ego intuitu consequi valebam, infi-  
nitos pene viros, atque fœminas misere exustos  
secum efferentem: cumq; vis flammæ minueba-  
tur, animas rursus cadere in ignem. Quandò pro-  
ximè perueni, vidi flammat illam ex magno  
puteo, qui mihi Orcus videbatur, effundi. Tunc  
Furiæ exorsæ. Hic, inquit, puteus os est Auer-  
nī, domicilij nostri, quo eos hospicio recipimus,  
qui in mundo nostra imperata fecerint. Idcirco,  
cum tu nobis diligenter seruieris, reliquum erat,  
ut in hoc profundū detruedereris, iacturā animæ,  
corporisque facturus. Cæterum tam fidi ministri  
sortem pié miserati tibi potestatem redeundi fa-  
cere decreuimus. Quam æquissimā cōditionem  
si respuis, hic tibi nobiscū carcer erit communis.

*Ad*

Ad hæc ego tacitus nullum præbui responsum.  
Quamobrem Eumenides in puteum me præci-  
pitum dederunt. Ac ego quidem, quo magis  
hauriebar, eo vehemētius perterrebar, propterea,  
quod vastior, profundior, visuque terribilior  
puteus semper occurrebat. Iamque metu, & pa-  
tuore percussus animo linquebar, diuini nomi-  
nis oblitus de me ætum putabam. Denique ta-  
men ope numinis adiutus consternatum ani-  
mum reuocaui, Iesumque clamaui: & illico flam-  
ma, rapidissimoque vento ex imo profundo ve-  
nientibus obuiam in sublime repulsus exterius  
ad puteum cecidi solus, diu mentis incompos, &  
vbi nam essem, ignarus.

*Pons calamitatis.*

**A**lij tamē Diaboli ex puteo egredi ita me  
alloquuntur. Quid agis hic vir probe? So-  
cij nostri hunc esse Erabi puteum, tibi sig-  
nificant, in illū te præcipitantes. Quod de more  
facimus causa hominibus imponendi. Cæterum  
nos reuera in Tartareum puteum te coniiciemus.  
Moxque me pauidum procul ferunt ad flumen  
longissimum, profundissimum, horrendissimo fœ-  
tore infestum, ignis sulphurei flammis spumans  
Dæmoniorum turbis confertissimis scatens.

*D 3*

Cuius

Cuius ripæ arctissimo ponte iungebantur. Tum rursus sic affantur. Oportet te, vel hunc pontem traijcere, vel reuerti. Nos quidem hoc tibi consulerimus, non illud: Quoniam præsens pæna, sicut est vltima, ita erit & ineuitabilis. Namque vbi tentaueris pontem traducere, ventorum impetu è medio ponte in flumen fueris deturbatus. Quamobrem, ne onus viribus impar, temere suscipias, periculum prius animo perpende. Ac mihi quidem rem attenta mentis acie intuenti tres difficultates negocium facessere videbantur: prima, pons ipse lubricus ex gelu confectus, & angustissimus, secunda pontis, & riparum fluminis vndique præscissarum prærupta altitudo ingentem terrorem afferens: tertia, fortissimi venti vis. Nihilominus singularia erga me beneficia Dei, qui me multis è casibus durissimis eripuerat, memoria repetens, pontem aggredior. Quo magis progredior, è ampliorem, & tutiorum reperio, & tandem incolmis traijcio, summo Eumenidum luætu, & mcerore dolentium intentum me venisse: quod ipsis deinceps impedi me potestas sit adempta.

*Vicecomiti interdicitur, multa, quæ in  
Purgatorio vidit, referre.*

Est

**E**st autem mihi interdictum, multa, quæ in hoc Purgatorio vidi, referre. Quæ Deo favente semper silentio tacitus inuoluam. Illud audeo confirmare, omnes homines, qui cruciatus Purgatorij vidissent, æquo animo laturos omnes huius vitæ dolores, & miserias ea lege, ut Purgatorium vitarent. Namque calamitates humani mundi voluptates, atque deliciae sunt, si cum Purgatorij supplicijs conferantur. Vnde potest colligi, quanti intersit, peccata non admittere, quod optimum est; & quod proximum huic est, pœnitentiam in mortem non differre. Quamque sit Deo gratum peripientibus Purgatorij pænas pijs officijs subuenire.

*Vicecomes paradisum, & voluptatem,  
quam ipse cæperit, describit.*

**A**mne trajecto, cum procederem Deo gratias agens, vidi procul alta, munitione mœnia, quæ ianua micans, velut auro exornata, variataque multis, atque lucidissimis vñionibus cladebat. Cum verò propius accessissem intra milia passuum duo, animaduerti, fores patere: suauissimam fragrantiam foras diffundi: perinde, ac si omnia terrarum orbis aromata intus exurerentur: & obuiam mihi egredi immensam

sam pene hominum copiam mirificis ordinibus  
instructam, vestibus ex aurea palma induitā, cru-  
ces accensasque faces gettantem. Is beatissimus  
cōetus me incredibili gratulatione, comitateque  
recepit, & secū in regiā illam duxit, diuina quadā  
dulcedine, fidemq; superante Deo laudes canens.  
Dein Archiepiscopi duo mecū deambulantes, il-  
lam loci faciem, quæ omnē meam expectationē  
vicit, mihi ostentant. Imprimis grato mihi fuit  
spectaculo ipsa terra apertissima, & patentissima,  
cuius fines cōspectu nō poteram pertingere, luci-  
dior ipso sole, viridibus pratis, & amoenis hortis  
crebro intexta, innumeris arboribus in quincun-  
cem digestis fructus suauissimos ferētibus cōsita,  
rigata puri liquoris riulis strepentibus placido  
murmure: floribus fragrantissimis vestita: opere  
topiario exquisitissimo decorata; gratis ambula-  
tionibus ingeniose dimensa. Ipsi deinde homines  
non mediocriter me suo cōspectu recreabant, in  
suo quisque ordine, vt religiosi collocati, & varijs  
dignitatibus cohonestati. Ibi Papæ, Cardinales,  
Archiepiscopi, & alij innumeri pro munere, quo  
quisq; functus erat viuus, fulgebant. Fēminarum  
quoq; agmina copiosa suis in subsellijs sedebant.  
Regū coronis redimitorū visu magnopere oble-  
ctabar. Omnes erāt syderibus fulgentiores: & vt  
inter stellas aliæ sunt alijs splendidiores, ita & in

eo cōuentu alijs alijs pro meritis candore præsta-  
bāt. Omnes magna felicitate fruebantur, ingente  
lētitia perfusi non sua tantū quisq; beatitudine,  
sed & singulorum contubernialium prosperitate  
gauisi: nouoque quodam gaudij genere affecti,  
quod ego Tartareos spiritus vicerim. Interdu-  
bini, trini, vel quo volebant numero, deambula-  
bant: non nunquā colloquia instituebant: nunc  
choreas ducebant: nunc quoq; mira cantus dul-  
cedine personabant: semper Iesum creatorē, atq;  
redemptorem efférunt laudibus. Itaq; nihil hu-  
iū fortunati loci aspectu pulchrius: nihil odore  
suavius: nihil fructu iucundius: nihil melodia  
gratius: nihil rerū omniū varietate, & præstantia  
admirabilius vnquā mente cogitaram: Hic nulla  
æstus intemperatio: nulla frigoris violentia: nulla  
cæli inclemētia: nulla corporis ægritudo: ani-  
mi nulla perturbatio: demique nihil, nisi quies,  
atque tranquillitas.

Postquā loci amicitas me refecit, Archiepiscopi verba faciunt: Hic est terrenus ille Paradi-  
sus, vnde primi generis nostri parentes ob spre-  
tum Numinis præceptum fuerunt electi. Quo-  
rum etiam peccato posteri inquinati Dei hære-  
ditate abdicabamur, donec immensus ille re-  
rum conditor, æterni patris filius humana natu-  
ra se induerit, & homo ex Maria Virgine  
natus

natus piaculi parentum nostrorum pñnas luerit, nullius ipse peccati labe infestus, & inter alia sacramenta baptismum, cuius lauacro ab originali lue abluiuntur, instituerit. Quia vero iterum, qua sumus fragilitate, in vitia sæpius labimur, ne omnino pereamus ad infernum condemnati, sacramentum poenitentiae sanctitur: qua si proslus in vita critina minime compensamus, Purgatorium, quod vidisti, nos manet. Sed in hoc quoque id subsidij conceditur, quod, quo maiora suffragia post obitum superstites nobis ferant, eo citius cruciatibus redimamur, vel leuiores patiamur: cum vero aliquis è carcere dimittitur, comitatus similis huic, qui te exceptit, illi obuiam exit.

Adhæc in editum montem mecum præfules ascendunt: vbi iussus ab illis cœlum aspexi, quod aurei, & argentei coloris gratissimi mihi videbatur. Tum illi, hæc est, inquiunt, Cœli porta, ynde ad nos cœlestē Mana, cibus, quem dominus electis destinavit, omni Nectare, & Ambrosio iucundior, mittetur. Quæ verba vix finierant, cum ingens splendor instar flammæ descendit, totum illum locū cooperiens: cuius radijs caput meum penetrantibus incredibilem quandam dulcedinem in visceribus sensi, & inexplicable, ac maius opinione omnium gaudium animo cōcepī. Mox Antistites, expertus es, inquiunt, quæ felicitas iustos,

iustos, quæque calamitas impios manet. Tempus est, vt ad mortales redeas, apud quos operam da, vt reliquam vitam sic agas, vt denique beatitudinem cōsequi merearis. Nihil autem redeunti tibi nocebit, minimum è pauorem injicit. Ac ita me satis inuitum, reluctantem, lachrymasque præ dolore fundentem porta Paradisi emittunt.

### Vicecomes à Purgatorio redit.

**I**gitur qua fueram ingressus, eadem reuersus nullo terrore, vel horrore affectus, Diabolis ex itinere sese fugæ mandantibus, locis pænarum relictis, in illam aulam, vbi viros duodecim religiosos offenderam, perueni: & ibi ijdem me præstolati felici itineris mei euentu Deo gratias agunt, mihique gratulantur, affirmantes me præteritis peccatis esse purgatum, oportere vero futura cauere: & ad specus ostium properare, quod hora, qua præfectus cenobio fores pateferet, appropinquabat. Hic quoque meum scium conueni, & ambos religiosi crucis signo munitos, & impertitos plurima salute dimittunt. Socius autem noctis laboribus, atque cruciatibus ita quassatus, & lassus erat, vt redire non potuerit, nisi à me subleuatus, & adiutus. Cum paullum progressi fuissimus, iam neque exitum, neque

neque viam vilam reperiebamus. Quare vehementer exterriti, & anxij fixis solo genibus Dominum orare cœpimus, ut quemadmodum in præteritis periculis nos piè seruauit, ita, & illis angustijs eriperet. Ergo precibus occupatos, & longa vigilia, crebrisque Dæmonum conflictibus, quos memini, fatigatos altus sopor est amplexus. Quo postea fuimus excitati magno tonitruo, minore tamen priore, in illam primam specus concavitatem, vnde antea cecideramus, subito elati, iuxtaque ianuam attoniti relieti. Iamque Prior, sacerdotes, & reliqui aderant, portam apertientes, qui nos maximo gaudio, & summa gratulatione amplexi in templum, ubi Deo gratias egimus, reduxerunt. Inde venerabili monasterij praefecto, & eius religiosis salutatis per Angliam Parisios veni. Hæc fuit mea proœctio in Diui Patriij Purgatorium.

## CAP T. III.

*Philippus translationem suam censuræ, & correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ, & sacræ Inquisitionis subiicit.*

**H**æc ego Philippus Osulleuanus, sicut dixi, transtuli, eaque, & cætera à me dicta, & dicenda, meque ipsum censuræ, iudicio, & correctioni Sanctæ

## De Purgatorio Diui Patriij.

31

ni Sanctæ Matris Ecclesiæ, & sacræ Inquisitionis subiictione. Hæc Vicecomitis historiæ si aliqua in parte creditu difficultis videtur, adeat studiosus veritatis Diuum Dionysium Carthusianum, qui in opere de quatuor nouissimis, & de iudicio animæ de alijs, qui ex hoc Purgatorio reuersi sunt, similes historias refert, & rem fusè secutus argumentis, atquæ difficultatibus responderet. Ac ille, & alij authores plura, & multa Purgatorij crucia menta tradunt. Quod, & Virgilii canit,

*Non mihi si lingua centum sint, ora que centum,  
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas,  
Omnia pænarum percurrere nomina possem.*



D O-

DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARI IBERNI.  
TOMI. I. LIBER. III.  
*De Ibernorum origine, nobilitate, & sermone.*

**S**Vperioribus libris duobus Iberniā, nī falor, satis descripsimus, & eius res memoratu digniores promulgauimus. Historiæ series postulat, vt Ibernorum originem, nobilitatem, linguamque repetamus.

CAPVT. I.

*Veteres Iberni unde trahunt genus?*

**A**B orbis exordio, vel saltem ab vniverso aquarum diluio quæ gentes Iberniā coluerint, Ibernicæ linguae monumentis vetustissimis prodit, & Giraldus etiam Cambriæ breuiter memorat. Quam rem, quia, & maioris estocij, illique libri nobis nō suppeditunt, & ad præsens institutū non est valde necessaria, hic omitto, gentis Ibernicæ tantum genus relatus. Itaque temporibus illis priscis in Hispania dominata, & potentia polluit Brigus, cui filius fuit Bellus. Belli filios duos Ibernicæ libri memorant, Golum natu maiorem, ob rerū gestarum claritatem cognomine militem

*De Ibernorum origine, nobilitate, &c. 32*

militem Hispanum (vnde ab alijs Milius, & Milesus nominatur) & Ithium mainorem. Ithius consensu nauis in Iberniā appulit, vbi ab indigenis occiditur, veritis, ne insulæ florentissimæ nuncio per aduenam diuulgado, ipsi ab alijs gentibus oppugnarentur. Sed eius comites aliquot, qui fuga salutem petuerūt, ventis vela dantes, & ducis interempti, & insulæ famam in Hispaniam attulerunt. Ob id Militis Hispani filij patrii necem vltori cōparata classe in Iberniā faciunt expeditionem. Aliqui casibus varijs desiderantur. Tres fospites insulæ littoribus naues applicuerunt. Quorum maximus natu erat Iberus, vel Ibernus Candidus, Secundus Erimon, natu minimus Eberginus. Qui inter cæteros eo detulerunt Iberum Fusco Ieris fratris sui filium, & Luthum Ithij patrui filium, totamque insulam armis subegerit. Et quia Eberginus litteris deditus in cælibatu vitam transegit, ex illis quatuor Iberno Candido, Erimone, Ibero Fusco, & Lutho antiquissima Ibernorum nobilitas, quæ usque in nostra historiæ tempus perstat, traxit originem, à diversis sui generis authoribus diversa nomina fortia. Iberi, & Iberni ab Ibero Candido, Miliadæ à Milite Hispano, Gatheli à Gathelo, Scotti à Scota nuncupantur.

Eos autem docet Giraldus Cambrensis ex Hispania in Iberniā traieisse anno ante obitum Divi Patritij, Camb. huius insulæ præfidis millesimo octingentesimo, idest apud S. ante Virginis partem millesimo, tercentesimo, quadragesimo secundo: & bis millesimo, nongentesimo, quinquagesimo nono, ante hunc annum Christi millesimum, sexcentesimum decimum octauum, quo hæc scribo. Per hæc annorum secula gens Ibernorum floruit Iberniæ sceptro potita, non paruis rebellionibus eorum, qui orti sunt ex subasta gente, & contentionibus

Gilda  
sapientis.  
Beda ve  
nerabilis

Cabren  
sis.

tentionibus exterarum gentium, maximè Danorum, Scotia quoque occupata, & Anglia non semel deuicta, ut Gilda sapiens, Venerabilis Beda, Cambrensis, & alij sunt authores. Vnde vetustiores nobilitate Scotti vsq[ue] in hunc diem Ibernicè vulgo loquuntur. Ut verò alias regiones ad institutum minus spectantes omittamus, in Ibernia sola Cambrensis memorat centum, octoginta, vnum Reges ab Hispanorum progenie oriundos floruisse, insula torius, ut nuncupant, Monarchs, nam de singularum partium regulis, qui plurimi fuerunt, & regibus obtemperabant, non loquitur.

## C A P V T . II.

## Ibernorum familiæ, &amp; nomina.

*Ita nos: 10 Nov.  
O'Donel. Tutea in  
in Hibernia impa  
signatus expunxit  
aut apud Hebreos  
se. Mac e idem  
quod apud Hebreos  
bon. trabez. Abra  
Abenuna. Abenw.*

**I**Taque prima, & antiquissima generis Ibernicè nobilitas ex quatuor illis principibus Iberno Candido, Erimone, Ibero Fusco, & Lutto genus ducit. Quæ processu temporis distinctæ varias in familias abiuit, ab aliquo rege, vel insigni viro ex maioribus appellatas, quemadmodum, & aliarum quoque gentium mos fuit. Familiarum vero nomina auspicantur, vel à quarta vocali O. ut Onellus, Odonellus, Osulleuanus, Omorra, vel à syllaba Mac, veluti, Maccartha, Macsuinnius Macguier. Cuius ea est ratio, quod Ibernis vocalis O. nepotem, vel vnum ex posteritate, & syllaba Mac, similiter filium, aut vnum ex familia significet. Itaque si nominis origo, & etymologia discutatur, Osulleuanus idē vult, ac Neps Sullevani Regis, vel ab eo oriundus, & Maccartha nihil est, nisi filius Carrha, vel genitus à Carrha. Nam apud Iberos hæc primitia, & diriuatiua

## De Ibernorum origine, nobilit. &amp;c. 33

diriuatiua nomina principio suo distinguuntur. Ita Ophelanus, & Makengasa à Phelano, & Engasa disinguuntur, contrà, ac Latinorum, Græcorumque consuetudo fert, quibus primitia, & diriuatiua nomina syllabis ultimis dissentunt, ut Æneas, Priamus, Neptunus, inde Æneades, Priamides, Neptunine.

## C A P V T . III.

## Ibernorum Principes, vel tituli, aut dignitates sacerdcales.

**S**i verò corum nominum significationem speches, iam inualet ea consuetudo longa sacerdolorum serie inuiolata, ut illa nomina pleraque sint dignitatis, & honoris, modo sine praenomine proferantur, nec in minori pretio, quam apud alias gentes, ducis, Marchionis, Comitis, Vicecomitis, & Baronis tituli, familia rumque, & populorum principibus addicantur. Itaque Osulleuanæ familiæ caput, & Princeps Osulleuanus, & Macsuinniæ, Macsuinnius nuncupatur. Cæteri verò praenominibus præpositis pronunciantur, ut Philippus Osulleuanus, Domnaldus Maclainnius, qui non earum familiarum principes, sed ex illis orti sunt. Ac fuerunt in Ibernia quidem, & Scotia huiuscmodi multi, nebulissimique magnates, ut Onellus, Odonellus, Osulleuanus, Oconchur, Orruarkus, Omorra : Maccartha, Macdiarmuda, Makengasa Macdonellus, Macalinus, & alij, quos partim inferius recensabo. Hi Ibernis, & Scottis Tertię appellantur eadē significatione, qua virti illustres ab Hispanis, & Italib[us] illustrissimę Señorię, & excellētię, ab Anglis Lordes à nostra ceteris Latinis dominationes illustres, & illustrissimae, atq[ue] excellentię nuncupantur.

## C A P V T . I I I I .

*Ibernorum magnatū inaugratio, & apud eos esse nouos aliarum gentium titulos.*

**I**Naugurantur verò Iberni optimates, vel alij ab alijs, vel ab illis, quibus more maiorū est consecrādi facultas data. Ad quod in locum inaugurationi constitutū conueniunt, lögis hominū agminibus, & solemnī pompa comitati. Ibi intersunt iudices, qui, cui candidatorū principatus debeatur, ex iure, legibusq; pronunciant. Mox consecrandi iurare coguntur, nonquā se contra fidē Catholicam aliquid machinaturos, aut permisuros, vt clientes, obērati, & suę dictiōni subiecti molitantur. Quin etiā, si necesse habeant, sanguinem pro ea effusuros, & mortē oppetituros: subiectos sibi in officio contenturos, & inter eos iustitiā exercituros. Inde à sacerdote sacrū Missā peragitur, & virga cōsecratur, quæ in sepētrū nouo principi traditur, qui certis, & cōceptis verbis ab eo, qui inaugurat, prolatis, vel Osulleanus, vel Orellus, vel alius creatur & appellatur, & à circumstantibus renunciatur, nec amplius proprio baptismatis nomine solet vocari. Sic vetustati placuit, nec hodie etiā displiceret, & si Marchionis, Comitis, Vicecomitis & Baronis dignitates, quas Ibernia diu respuit his antiquissimis titulis posthabitas, iā sint in magno vſu, & honore.

## C A P V T . V .

*Hic Ibernorum titulorum vſus apud alias gentes vetustissimus fuisse, probatur veterum scriptorum testimonij.*

Priscus

*De Ibernorum origine, nobilit. &c. 34*

**P**riscus autē ille mos imponendi magnatibus nō mina principatus & dignitatis Ibernorum proprius non est, sed cū gentibus alijs cōmunis. Namque exterarū quoque gentiū Reges, & Principes à sui regni principatus, vel generis authoribus sēpē nomen acceperunt. Quod, vt lector minimē ambigat, pauca breviter ex vetustatis historia sunt exēpla repetenda. Principio quidē Reges, & insignes homines, qui oppidū clarū condiderint, vel sūt nominis monumentū reliquerint, nominatos fuisse Saturnos Xenophō in equiuocis memoria prodidit. Ita Beroso Babylonio Reges Babyloniaz, vel Assyriæ Saturni nomine gaudebant à Nembrotho, qui primus Babylonie Saturnus, vel Rex à Noa praecepit regnauit. Is verò Nembrothus ipsius Noe prō nepos, Cami nepos. Chusi filius (vt ex Philone Iudeo in antiquitatibus Bibliaicis colligi videtur) & Babeli turris condendē, notissimi furoris author fuit.

Ægypti quoque Reges Pharaones pro dignitate dicebantur, si Menethoni Ægyptio Sacerdoti, qui eorum memoriam litteris cōsecrauit, est fides habenda, Pharaon primus Ægyptus, secundus Menophis fuit. Quos secutū est aliud Regum genus, & nomen, qui honoris causa Lartes vocabantur. Zetus primus, Renses secundus, Amenophis tertius, Amenophis quartus Lartes floruit.

Neq; Ptolomaeorū Ægypti regū notio est obscura, quí à Ptolomæo Lagi militis filio, qui post obitū Alexandri Magni Ægypto, potitus est, diriuatur. Quid memorem rem lippis, & tonsoribus notā, Romanos, Græcos, & Germanos Imperatores, & Cæsares à Cæsare, & Augustos ab Augusto vocari? Ita nobilis, & antiquā fuit Ibernorum principū consuetudo, qui dignitatū, vel titulorū nomina, à sui quisq; generis authore sumpererunt. Quod exēplis longè maximis, & honoriscentissimis à nobis explicatum

Xenoph:  
Berosus.

Noe.

Cam.

Chus.

Philo.

Meneß.

plicatum fuisse, aliquis forsan arrogantiæ verterit. Cui ego responsum velim, licere parua magnis exemplis explicari, præsertim, cum alia non suppetant, cum aliorum authorum, cum Ouidij Nasonis imitatione, qui cum ab Augusto in exilium mitteretur, domus suæ luctum Troiæ funeralibus conferens, ait.

*Si licet in paruis exemplis grandibus uti,*

*Tunc facies Troiæ, cum caperetur, erat.*

Ac Iberni quidem magnates, tamen si cum tantis Regibus, & Monarchis conferendi nullo modo sunt, nihilominus Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus minime fuerunt inferiores. Nam penes plerosq; fuit ius gladij, præficiendi suis finibus iudices, aliquasque constitutiones, & pragmáticas constituendi facultas, & vicinis indicendi belli, cum eisdemque pacis ineundæ potestas.

#### C A P V T . VI.

#### *D e nouis Ibernis.*

**S**atis, ni fallor, de veterum Ibernorum origine diximus. Ad nouos iam orationis nostræ cursum transferamus. Noui Iberni sunt illi, qui, vel ex Danorum genere in Ibernia manserunt. (Namque Dani Ibernos bello oppugnarunt, vt secundo tomo demostribo) vel postea in eam venerunt mercaturam faciendi causa, condendarum vrbium sedes ab Ibernicis magnitudibus, quibus vettigal pendebat, accipientes, vel eodem ex Anglia, seu aliunde sub Anglorum imperio traicerunt sive Galli, sive Hetrusci sive alij fuerint.

Hirufus notissima diuisione inter se distinguuntur, animo in Anglos, legibus & cōmuni loquēdi vsu. Antiquiores, atq; nobiliores nō solū Iberni, sed etiā Ibernici & habentur, & verè sunt; quorū numero principem locū obtinent

#### *D e Ibernorum origine, nobilit. &c. 35*

obtinent Giraldini, Burki, Battleri, Barrij, Rochei, Condones, Curtij, Lefsi, aliquæ plures. E quibus nobilissimi veterum Ibernorum more principatus, & honoris nomina sibi induerunt, Regibus Anglie inuitis, vt Macthomas, cuius successores fuerunt Desizæ, vel Desmonie comites, Macelliamus, Macmoris, Macpadri-gus, Macfheoris, Macpieris, Macmaus: & qua via possunt, malunt ad antiquos Ibernos, vel ad Hispanos, Græcos, Gallos, Hetruscos, Danos, aut alia gentes, quā ad Anglos referre sui generis originē, Ibernū sermonem vernaculari habent. Dum viribus valuerunt, Ibernorū veterum legibus, atq; moribus, non regū Anglia vixerunt. Itaque hi, & veteres Iberni Ibernici dicuntur.

Haud tamen defant multi ex his nouioribus Ibernis, qui haec tenus magis præstulerunt, sive Anglicos, quam Ibernicos esse, moribus Anglorū vsi, & vitroq; sermone, sed minus polito, & limato. Sed & hi, cum alijs rebus, cum hac portu[m] & cōm. Ibernicis consentiant, & ab Anglis dissident, quod semper sine Catholicam religionem professi, & Hæreticos Anglorum errores auerſati.

Ex his adhac illi qui Finegalda, vel Anglicam provinciam idest particulam Ibernię proximam, Anglia olim incolere ceperunt, ab Ibernis disiuncti, genus Anglicum, vel Anglo Iberni, & coloni hancupantur, & Anglorum moribus, & legibus vixerunt. Quorū lingua est Anglica vetus Ibernis verbis mixta, quæ ab Ibernis, & Anglis comitèt, & scitè loquentibus facilis subridetur, quā intelligitur. Hoc hominū genus, scilicet hos Anglo Ibernos Finegalda laudibus extollit Richardus Stanhurstus aliorum famam multorū in justis notis inurens. Sed tamen eius maximam gloriam tacitus præteriuit, quod nō Anglicas sectas, sed Catholicam religionē profiteatur, exterorū Ibernorū fidē, & constantiam imi-

ecum; & si tamen ih bello Anglorum partes sic secutum.  
CAPUT. VII. libri illi. capitulo  
*De Ibernorum sermone.*

**I**Bernica lingua est copiosa, simul, & sententiosa  
femata, dieteria, facetas, sales, felles brevibus ver-  
bis amplectens; adeo vetusta, ut aliqui existimant,  
eam in Nembrothicae turris perturbatione linguarum  
fuisse datam, alii tradant ex alijs linguis compositam, &  
diripiunt esse. Ego reor, non valde compostam esse, cu  
brevibus dictionibus constet. Id est exploratum a veter-  
ibus Ibernis esse in Iberniam translatam, siveque cha-  
racteribus scriptam: indeque ab Ibernis litterarum  
cognitionem, legendi, scribendique artem in Britan-  
iam, & alias regiones propagatam fuisse, Cæcilius  
Sarum comes longius probat. Alphabetum Ibernicum,  
& si à reliquis omnibus figura, & nominibus littera-  
rum dissider, ramea figura cum Graeco, & cum  
eodem, & Hebreo nominibus non nullam  
similitudinem habere videtur.

In ma-  
nuscrip-  
to.



DOMINI  
**PHILIPPI OSVLEVANI**

**BEARRI IBERNI**

**TOMI. I. LIBER. III.**

*De Ibernorum moribus, atque Religione.*

**R**Eliquum est, ut de Ibernorum moribus, & Re-  
ligione nonnulla presente loco perstringamus.

CAPUT. I.

*Stanhursti librum de moribus, & rebus  
Iberniæ esse fide, & autoritate  
indignum, ostenditur.*

**R**ICHARDUS quidem Stanhurstus Dubhlinnenensis  
ad moribus Ibernorum, & Iberniæ rebus librum  
edit, quem audio illi nunc animo esse retractare.  
Quod cum fecerit, pœnitens animus venia dignus  
fuerit, præstet cum composuerit illud opus iuuenis  
ævo viridi, & immaturo iudicio deceptus ab Anglis  
Hæreticis, inter quos fuit educatus, & à quibus genus  
trahit magis Anglus, quam Iberius. Qui nūgator Iber-  
ni sermonis inscius, perindeque in rebus Iberniæ hospes  
quas inepias, vel à mulierculis audiuit, vel Hæretici  
in Catholicos cōmenti sunt, vel ipse mentis incompos-

somniauit, eas de Ibēnīs non astimi iudicio, sed in gente petulantia litteris mandauit; non veritus summos, atque Catholicos viros lōdere; & Hæreticum, quem voluit, ad æthera laudibus efferre, dum Anglis suis Hæreticis gerit mōrem. Quare nunc senex ad bonam frugem conuersus, Sacerdos Catholicus effectus, iudicioque pollenti meritò dolet, quod Ingeniem longè maximè Catholicam, varijsque laudum generibus ornatissimam stylī aciem actus exercetur. Hoc cum in Catholicō Lusitanā Regno penitus intelligeretur, Stanislaus liber sacrae Inquisitionis Senatus consulo damnatus, & ignibus traditus fuit.

## CAPVT. II.

## De Ibernorū morib⁹.

**N**OS igitur, ut de Ibernorū morib⁹ quām verisimile paucā referamus, sunt homines animo ingenuo, & liberali, in litteris, & armis viræ presentis gloriam constituentes, feruientem, & opera mechanica exhorrentes, tractabiles, benigni, hospitales, alij in alios, & magis erga externos, & maximè comes. Quippe nihil illis gratius feceris, quām si in uitantibus coadixeris, & eorum mensas, etiam non invitatus frequentaueris. Exterum belli, & dissidij furore, & libidine capiuntur in suam usque perniciem, & internectionem, alij alios ita impetentes, ut domesticis armis, & discordijs vici, & eversi exteris, & Hæreticis viam apetiant. Sicut sene statuā elegantes, ita corporis, & anjīi robore prædicti, aptissimi bello, frigoris, caloris, sitis, famis patientissimi: calamitate invicti, quamuis enim possessionibus, & bonis deturbentur, aduerta for-

tuna

## De Ibernorū morib⁹, atq; Religione. 37

tuna p̄fendantur, arum barum cumulis obruti, animo tamen erecto, & celso, vultu in fracto, & ingente prosperioris cursus spe se letos esse præseferunt. Neque nobiles, & præstantes viros minoris ducunt, quod aduersis casibus gradu deicti omnium rerum inopia laborent.

## CAPVT. III.

Eorum obseruantia erga litteras, &  
litteratos.

**A**ud eos sapientes, & omne genus litteratorum hominum, maximè Theologi in honore summō habentur, usque adeò, ut etiam, si omnia bello exardeant, imaque, & summa misericordia, nefas tamē ducent in litteratorum bona facere impetum, aut ipsos vel levissima iniuria provocare. At ut alij quidem quæstus causa litterarum studia profitentur, ita multi nobilissimi Iberni nihil luci querentes, sed sciendi studio flagrantes se toto scientiarum cognitioni devouerunt. Vnde quidam tradit, Ibernos ideo diu strenueque contra immanem Principum Angliae Hæsim, & tyrannidem Catholicam fidem, Religionemq; retinere, quod sint disciplinis sacræ Theologiae dediti. Nostri Iuri periti Cesareum Pontificiumque ius calle re, nec Ibernorū Principum sanctiones, & locorum consuetudines ignorare debent. Historici Genealogiam gentis Ibernicæ, vel originem usque ad Adamum primum mortalium patrem, resque gestas litteris Ibernicis obseruant. Medici, Chirurgique tamen si non sunt exteris sapientia, & eruditione præferendi, nihilominus medendi felicitate excellunt.

Poetæ

Poeta metri Ibernici varietate, artificio, facetijs, argutijs omnes facile gentes, (quantum ego conjectura consequor) antestant, hoc tamen damnandi, quod multa falsa canant, & suo quisque Meccenati, primas deferant, vera, & vetusta violentes. Musici clari, maxime lyra & tympano. Nec mirum: nam, ut sacerdotibus ecclesiastica tributa, vel beneficia delinuantur, ita iudicibus, historis, medicis, poetis, musicis prædia vestigalia, vel alia præmia sunt constituta.

*C A P V T . I I I I .*

*De Ibernorum Religione.*

**D**E nostra Religione, constantia in Fide Catholica, obseruantia in Sacerdotes, longissimum foret omnia dicere. Tacendum omnino non potauit. Summi Pontificis Romani ductum quaquam Iberni deseruerunt, quantumcumque miseriatur pertulerint, & cruoris effuderint ab Hæreticis, & Barbaris, maxime Anglis vehementer impetiti. Quod ex longiore nostræ historia serie plenius apparebit. Non modo Episcopos, & Sacerdotes violare, sed etiam ad eorum nutrum, & imperium non omnia facere, summum nefas ducunt. Tempa miro cultu venerantur, & pro Asylis inuolata habent usque adeo, ut hostibus ad ea fugientibus veniam dent. Satis est exploratum in quodam Ibernicæ populo fuisse duas factiones vicinorum patui nominis, sed inexpibili odio, & inimicitia acerrimas. Qui, ubicumque siebant obuij, utrique alteros ferro dire, & crudeliter excipiebant, praterquam, quod diebus festis inducijs factis in unum templum cocentes pacifice sacrorum solemnis intererant. Ut breuiter dicam,

*De Ibernoru[m] moribus, atq[ue] Religione. 38*  
dicam, licet omnia alia cuertantur, Fidem tamen Catholicam pure, & syncrætæ retinent, nullam vñquam Hæresim accipientes, aut reddentes.

*C A P V T . V .*

*Ibernorum conuersio ad Fidem Catholicæ, in ea vetuslas, & firmitas, atque litterarum studia.*

**A**D Fidem vero iam olim sunt conuersi, sed summa difficultate, postquam Christianæ lutes non modo divinationes, & conciones audierunt, sed etiam argumenta conspicua, & experientia acceperunt. Namque tum, cum omnes deluse Genitilitatis erroribus acci tenebantur, floruerunt inter illos viri, & feminæ vaticinandi spiritu inflati, qui de Domino in mundum venturo, ex virgine nascituro, & humanum genus redempturo multa, quibus Iberni fidem habebant, prædicterunt.

Præterea regnante in Ultonia Conchute Rege, Conalus Carnius pugil nobilis animo, roboreque praestans peregre profectus exterarum rerum cognitione flagrans, postquam rursus in Iberniam reuictus est. Regi retulit, se Ierosolymis fuisse: vidisseque hominem, qui vocabatur Iesus, & Iudæorum Rex, forma plusquam regia, & diuina præditum, vita innocentia, & sanctitate excellentem, mirandarum rerum opificem, & omni virtutu ornamento fulgentem falsis criminibus argui, inique damnari, videribus affici, cruci affixum in Calvario monte interfici, & inhumari, sed iterum diuinatus reuixisse, & sepulchrum fuisse egræsum. Tum Rcx,

Rex, hic, inquit, revera est orbis totius Dominus, & opifex, quem in mundum fuisse venturum nostrorum vatum præsentionibus proditur. Inde non nullos, qui Romam, & alias Regiones Catholicas petierunt, sacro baptisnatis rore fuisse sparsos, eisdemque doctoribus alios accepisse fidem: & aliquos vita integritate, asperitateque, & miraculis fulsissime, inque Cœliti fastos, atque cœtum esse relatios perhibetur.

Non desunt, qui dicant Diuum Iacobum Zebedæum in hanc insulam venisse. Exteri scriptores testatur unam ex Ibernia Reginis, qua graui ægritudine laborabat, simul in Christum Dominum credidisse persuasu Piæ, vel Scotæ sceminae, & morbo fuisse leuata: Reginæ precibus Regem amplexum fidem, atque clientes multos Regum exemplum imitatos Christianam Religionem esse veneratos.

Satis tamen comperitur, omnes non esse ad veritatis agnitionem reducitos, donec circiter annum Christi quadringentesimum decimum octauum Diuus Patrius à Romano Pontifice Celestino Primo missus, eis Euangelium ceperit diuulgare: omnesque sacro fote lotos Christianos efficerit per annos quadragesima labores ingentes perfervendo, edendo multa miracula, templo complura erigendo, dies quadragesima ieiunio continenter transigendo, ægros liberando mortibus natura insanabilibus, cuijendo Regiones hominum corporibus hominibus trigesinta tribus utram restituendo, Purgatorijs penas ostendendo.

Ita mille, & ducenti circiter anni sunt, quam Iberni ad unum, Diuo Patrio præceptore Catholici effecti fidem colunt, sanctam, & inviolatam nullius Hæresis contagione inquinaram. Per hoc autem seculum Sacra Sapientia, & aliaturum literarum studijs, innumeris

*De Ibernorū moribus, atq; Religione. 39*  
viris doctis, atque sanctis ea insula claram, gymnasij, excellentibusque præceptoribus nobilitata. Ex ea quoque Monachi, Doctores, Concionatores egredi regiones alias ab immanni Hæresi, & errorum pestilentia, & fauibus Orci eripuerunt, caliginosas hominum mentes Christiana luce lustrando. Hic exteris hominibus pie, & Catholicè educandis, doctrina, & moribus imbundis erant collegia constituta, vestigalibus locupletata.

## CAP V T. VI.

*De celebrando rediuii Domini Paschate,  
& Pelagiana Hæresi Doctores Iberni  
sedem Apostolicam consulunt.*

**Q** Vando vero Doctores Iberni de grauibus Fidei questionibus minimè consentiebant, vel aliquid noui dogmatis peregrè allati audiebant, soliti erant Romanum Pontificem veritatis Orationem consulere. Refert quidem venerabilis Beda vir magnum fidei & authoritatis eorum multos aliquando laborasse ignoratione temporis celebrati Dominicanum resurrectionem, conferendique primam tonseram: & hac de re ad illos fuisse litteras missas ab Honorio Pontifice Maximo, & de eadem, Pelagianaque Hæresi cauenda scriptum à Iohanne Papa, qui Severino Honori successor succedit. Sed hoc quoque propositum nostrum plenius probat. Namque de tempore agendi Paschatis solemnia (de quo alia quoque Catholicæ gentes sàpè ambegerunt) & de Pelagiana Hæresi, ubi fuit in questionem disputationemque deducta, Doctores Iberni ad Sedem Apostolicam retulerunt. Ac in miseri

Beda  
lib. 2. c.  
19. lib. 3.  
c. 325. &  
alibi.

Beda  
lib. 2.  
c. 19.

miseri Pelagi error nullum in Ibernia patronum, vel assertorem inuenisse fertur, vel insula aditus interclusus, vel ab ea protinus explosus, vbi contagiosam facie aperuit, seque cognoscendum præbuit: & ratio communis, & ab Ecclesia visitata celebrandi rediuiui Domini festū ab Australibus Ibernis fuit semper obseruata: & à Septentrionalibus quoque, & Pictis, & Britonibus, qui Doctoribus Ibernis fidem acceperunt, amplexa, vbi Ecclesiæ Romanæ ritum cognoverunt. Quod ex Apostolicarum litterarum duplixi capite à Beda relato non obscure constat. Ita primum se habet.

Dilectissimis, & sanctissimis Thomiano, Columbano, Chramano, Dimano, & Balbano Episcopis, Chromano, Hermanoque, Lanstrano, Stellano, & Segiano Presbyteris, Satano, ceterisque Doctribus, seu Abbatibus Scotis, Hilarius Archipresbyter, & seruans locum sanctæ Sedis Apostolicae, Iohannes Diaconus, & in Dei nomine electus, item Iohannes Primicerius, & seruans locum sanctæ Sedis Apostolicae, & Iohannes seruus Dei conciliarius eiusdem Apostolicae Sedis.

Scripta, quæ perlatores ad sanctæ memoriae Seuerinum Papam adduxerunt, eo de hac luce migrante, reciproca responsa ad ea, quæ postulata fuerunt, filuerunt. Quibus referatis, ne diu tanta questionis caligo indiscussa remaneret, reperimus quosdam prouincie vestre contra Orthodoxam Fidem nouam ex veteri Heresim renouare conantes, Pascha nostrum, in quo immolatus est Christus nebulosa caligine refutantes, & quarta decima Luna cum Hebreis celebrare nitentes.

Hoc de Paschate in primo capite. Mox secundum de Pelagiana Heresi subdit Beda.

Et hoc quoque cognovimus, quod virus Pelagiane Heresios apud vos denuore invisit. Quod omnino hortamur, ut à vestris mentibus huiuscmodi venenatum superstitionis facinus auferatur. Nam qualiter ipsa quoque execranda Heresies damna est, latere

## De Ibernorū moribus, atq; Religione. 40

latere vos non debet: quia non solum per istos ducentos annos abolita est, sed & quotidie a nobis perpetuo anathema sepulta damnatur. & hortamur, ne quorum arma combusta sunt, apud vos eorum cineres suscitentur. Nam quis non execratur superbium eorum conamen, & impum, dicentium, posse sine peccato hominem existere ex propria voluntate, & non ex gratia Dei? Et primum quidem Blasphemia, & scuticiorum est dicere, esse huminem sine peccato, quod omnino non potest, nisi unus Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, qui sine peccato est conceptus, & partus. Nam ceteri homines cum peccato originali nascentes testimoniūm prævaricationis Ada etiam sine peccato actuali existentes, portare noscuntur secundum Prophetam dicentem. Ecce enim in iniurias conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Igitur, ut ex his duobus capitib⁹ Apostolicæ Epistolæ clare apparet, non omnes Iberni, sed aliqui tempus agendi Festum Sacrosanctæ Resurrectionis Dñi ignorabant: & Pelagianum delirium in disputationem deduxerunt. Ceterum non obstinato, non impio, non Hæretico animo sequi dogmata falsa statuerunt. Sed, ut fidi Catholici, veri sciendi cupidi, obedientes Ecclesiæ filii Sedem Apostolicam, Veridicūm Oraculum consuluerunt, litteris per legatos missis ad Severinum Pontificem summum, qui cum non respondisset morte præuentus, eius successor Iohannes Papa electus cum alijs, qui Sedis Apostolicae locum obtinebant, nodum soluit eisdem legatis ad Ibernos litteris relatis traditis. Cum vero extiterint Papæ plures nomine Iohannes, et opera pretium admonere, quis fuerit huius epistole author. Cumque Beda tradat, cum successisse proximum Seuerino Honorij successor, dubium non est, quin sit quartus, qui summus Pontifex creatus est Anno Dominici natalis sexcentesimo, trigesimo octauo

*Victori* ostauo, die decimo quinto Decembris, ut Victorius  
in Chro-  
nologia  
*Sūmorū*  
*Pontif.* Baldinus memoria mandauit.

## C A P V T . VII.

In eorum, quæ diximus, confirmationem  
testimonia referuntur.

*In vita S. Malachiae.* **Q**uæ diximus hactenus, quia sunt hodie plerisq;  
ignota, veterum scriptorum testimonijs, fides  
est nutantibus facienda. Namque veritatis cau-  
sam contra mendacium hominum temerita-  
tem tutari, est nostrum institutum. Itaque Sanctus Ber-  
nardus de Bencornensi monasterio, quod est in Ibernia  
scribens, ait.

Nempe nobilissimum extiterat ante sub primo patre Congelio multa milia sanctorum generans, mulierum monasteriorum caput, locus vere sanctus, secundusque sanctorum, copiosissime fructificans Deo, ita, ut unus filius illius sancta Congregationis nomine Louanus centum solus monasteriorum fundator extitisse feratur. Quod idcirco dixerim, ut ex hoc uno coniiciat lector, quam ingens fuerit reliqua multitudo: denique ita Iber-  
niam, Scotiamque compleuerant genimina eius, ut ea potissimum tempora Davidici illi versiculi præciniuisse videantur.  
Psal. 64. Visitaisti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locu-  
pletare eam.

Addit illico.

In exterias nationes quasi inundatione facta, illa se sanctorum  
examina effuderunt, è quibus ad has nostras Gallicanas partes  
ascendens Columbanus Luxouïense construxit Monasterium,  
factus ibi in gentem magnam.

*Epist. ad Car. Ma.* Huc spectat Henrici Antisidorensis de insula nostra  
elogium.

Quid

## De Ibernorū moribus, atq; Religione. 41

Quid Iberniam memorem contempti discrimine pe-  
ne totam cum Grege Philosophorum ad litora nostra migran-  
tem, quorum quisque peritior ulro sibi indicit exilium?

Ionas Abbas ita testatur.

*In vita D. Co-*

Gens est quamquam absque reliquarum gentium legibus, ta-  
men in Christiani vigoris dogmate florens: omnium vicina-  
rum gentium fidem præpollet.

Marianus Scotus.

*In Chro-*

Ibernia insula sanctis, & mirabilibus viris perplurimis ple-  
nabitur.

*nologia.*

Surius tomo 3.

*3. Majj.*

Scotia, qua & Ibernia dicitur, fertilis sanctorum insula, &  
stellarum numerum prope aquans patrocinij sanctorum, in mul-  
torum salutem produxit VVironem.

Baronius.

*In anno*

Fuit per id tempus in Ibernia Ardericus, qui magnam de se  
sanctitatis opinionem concitauerat. Vbi repertus est à receptis in  
Ecclesia ritibus discentire, ab insula tenacissima Catholica fidei  
electus est.

*1033. n.*

*48.*

Theodoricus.

*In vita S. Ro-*

Insula sicut omni terrarum gleba fecundior, ita sanctorum  
gloriosa simplicitate beatior.

*mildi.*

Trithemius

*lib. 4. de*

Sanctus Kilianus Monachus Huensis in Ibernia, & Episco-  
pus Hiperbolensis in Franconia, vir doctus, & sanctus, predica-  
tor Verbi Dei eximus veniens de Scotia in Germaniam, post-  
quam multos sua predicatione conuerterit ad Fidem, martyrio ru-  
bricatus ascendit ad celum Anno Domini 680.

*st. c. 172.*

Idem alibi.

*De vir*

in insula Hu fundavit in Ibernia, vir doctus, & sanctus, illust.  
& pater multorum Monachorum sua predicatione sanctissima ord. D.  
plurimam partem Scotorum in Ibernia, & etiam Britonum in Bern.

F

*Britan-*

*Tom. I.* *Liber. 4.*

*Britannia ad debitum Paschalis celebritatis tempus reduxit.*

Beda in Ecclesiastica historia.

*Lib. 3.*

*Idem ergo Osuualdus mox, ubi regnum suscepit, desiderans totam, cui praeesse cœpit, gentem, Fidei Christiana gratia imbuī, cuius experimenta maxima in expugnandis Barbaris cœperat, misit ad Maiores natu Scotorum, inter quos exulans ipse baptismatis sacramenta cum his, qui secum erant, militibus, consecutus erat, petens, ut sibi mitteretur Antistes, eniū doctrina, ac ministerio gens, quam regebat, Anglorum Dominica Fidei, & dona disceret, & suscipere sacramenta. Nec aliquando tardius, quod petiit, impetravit: accepit namque Pontificem Aidanum summa mansuetudinis, & pietatis, ac modera- minis virum, habentemque zelum Dei.*

*Idem capite sequente.*

*Siquidem anno Incarnationis Dominica quingentesimo, sexagesimo quinto, quo tempore gubernaculum Romani imperij post Iustinianum Iustinianus Minor accepit, venit de Ibernia Presbyter, & Abbas habitu, & vita Monachis insignis nominis nomine Columbanus in Britanniam prædicaturus verbum Dei prouincijs Septentrionalium Pictorum.*

*Idem.*

*Verum dum adhuc Sigbertus regni insulas teneret, superuenit de Ibernia vir sanctus nomine Furseus verbo, & actibus clarus, sed egregijs insignis virtutibus.*

*Lib. 3.  
c. 4. hi.  
storia.*

*Hac Beda, qui hic, & alibi plura in hanc sententiam scribit, & asserit in Ibernia Monasteria iuuentuti Anglicæ in Fidei Catholice disciplina excolenda suisce constituta. Quin & doctissimi quique ad concitandam suæ doctrinæ famam gloriabantur in Ibernia se litteris incubuisse. Vnde in Proverbiū abijt. Amandatus est ad disciplinam in Iberniā, ut author est Camdenus Anglus distichum illud in rei fidem adducens.*

*Exempla*

*De Ibernorū moribus, atq; Religione. 42*

*Exemplo patrum commotus amore legendi,  
Iuit ad Ibernos ſophia(mirabile)claros.*

Cui carmen S. Albini de VVilibrordo Archiepiscopo consentaneum est.

*Quem tibi iam genuit facunda Britannia mater,  
Doctaque nutritus studijs sed Ibernia sacris.*

*C A P V T . V I I I .*

*Aliquot Iberniæ viri, fæminæque insignes  
doctrina, & sanctitate numerantur.*

*Q* Vos verò procreauerit Ibernia viros excellētes doctrina, qui sui ingenij, & industria monumenta elicuerunt, longius est numerare. Tamen aliqui silentio pratereundi non sunt, maximè Adamnanus, Aedmaghanus, Claudius, & Clemens, qui Parisiensis Gymnasiū celebrissimi fundamēta iecerunt, testibus Sebelico, & Nauclero, Cegtosus, Hidulphus, *Sabellus* Iohannes Dunensis Scetus florentissimæ scholæ Scottistarum conditor, Iohannes Academizæ Patauinæ primus Doctor authoribus Iohanne Valense, Guagino, & Polydoro. Ionas Abbas Marianus Scotus, Mauritius, Okahanus Nominalium princeps, Petrus Ibernius, Sedulus, Thadæus Scetus Abbas, Thomas Ibernicus. *Naucler.* *Iohannes.* *Valensis.* *Guagin.* *Polydor.*

*Quot verò viri, fæminæque in hac insula extiterint vixæ sanctitate, & futurum rerum praesensione tam admirabiles, vt sint in Diuorum fastos, atque cœtum relati, quis potest modico labore perstringere? Occurrunt præter relatios aliquos Barrus, Columba,*

*F 2*

*Colum.*

Columbanus, Connallus, Duuengardus, Farkerus, Fiacrius, Foianus, Furleus, Himalius, Kilianus, Lauren-tius, Malachias, Remuldus, Rupertus, Ultanus. Neque sceminarum generi minus honori sunt nostræ Diuæ Brigida, Cynia, Diphna, Ethne, Emeria duæ, Fidella, Gubenera, Memesa, Richardis Imperatrix, & Virgo. Quid frustra singulorum nomina quod facere nequeo, repeterem coner? Quippe sanctos viros, qui diuersas orbis terrarum regiones illustrarunt, & ad aternitatem consecraron, ex Ibernia, velut ex alio in exteris gentes inundationem facere, fuisse solitos, testatur Dinus *D. Bern.* Bernardus, addens ex Bencornensi solum Monasterio *in vit. s.* millia multa prodiuisse. Priscis illis Ægypti, Palæstina, Malach. næque Beatis Ibernos numero, meritis, miraculis parres fuisse, confirmat Gocelinus *vetus* scriptor: & vix nullum in insula tota terra palnum inueniri, quin sanctorum hominum vita integerrimè, & innocentissimè acta, atque miraculosisima sacraretur. Imo adeò fuisse Divis copiosam, & locupletissimam, ut stellarum pene numerum sanctorum patrocinij adæquet, Surius perhibet. Quod eò quidem minus debet admirationem commouere, quod diuina quadam consuetudine decima virorum pars sece Monasticæ vitæ alligaret: sceminarum quoque decimæ in sacrarum Virginum collegia adscriberentur, & virisque alendis omnium fructuum decimæ attribuerentur.

**C A P V T. IX.**  
Iberiam fuisse Martyribus nobilitatam  
contra Cambrensem defenditur.

Quæ

*De Ibernorū moribus, atq; Religione. 43*

**Q**uæ tametsi ita sunt, nihilominus Ibernia nomen, & existimationem diminuere fuit olim conatus Sylvester Giraldus Cambrensis Henrici secundi regis Anglie à secretis in illa disputatio-ne iucunda, posteritatisque memoria digna, quam in Ibernia, Stanihursto referente, cum Mathæo Casiliæ Archiepiscopo instituit coram Pontificis Maximi legato. In qua Cambrensis Ibernia probro obiecit, quod inter tot Diuorum agmina nullum protulerit Martyrem, cuius sanguine rigata nobilitaretur. Tum Mathæus Antistes, quomodocumque, inquit, de Martyribus res habeat, nullus Ibernorum magnatum extitit adeò inhumanus & à sensu, & pietate alienus, ut post Christianam religionem acceptam in sacerdotes sacrilegas manus iniicerit: Quin & illis reges nostri verticem simul, & fasces submittebant. Quod quidem fuit causa, ne hæc insula suorum sacerdotum sanguine perfunderetur. Nunc verò quandoquidem venit in ditionem eorum, qui se Antistitum sanguine pollue-re audent, eam credo multorum Martyrum lauris cohonestandam: Nequè enim ego nostrorum hominum virtuti, & religioni adeo diffido, ut dubitem, quin pro Christi lege, animam, ubi necesse habeant, diffundant. Ita grauis Pontifex, & suæ gentis dignitatem tutatus est, & acri scommate peracutè carpit Anglos, maximè Henricum secundum Regem, cuius satellites paucis ante diebus Thomæ Cantuariensi Archiepiscopo mortem intulerant: & etiam præsentem Ibernia statum, quæ iam multo suorum Martyrum cruore ab Anglis effuso micat, Vaticinatus mihi videtur. Nectamen ignorabat Ibernos etiam excellentes, & inuictos Martyres extitisse, quos, si veller, posset in medium proferre, & Cambrensi opponere. Illi Richardus Stanihurstus obiicit

cit Colomanum Dimpnam, Foilanum, Kilianum. Plures memorat Cohutus, quos varijs in lecis evangelicam veritatem docentes barbarorum furor ex hac vita sustulit, Blaithmacum, Gerebernum, Ieronem, Luienum, Mononem, Tormanum, Trudbertum, V Vicbertum. Praeter hos vberionem nostrorum Martyrum cohortem Henrici Dubhlinnensis fasti suppeditant, quorum nomina hic libuit apponere. Duo Colmani, Elius Foilani socij tres, Indraetus cū nouem socijs, Iohannes cum multis socijs, Isingerus, Kirianus, Luglianus, Luglius, Odranus, Romulus, Tancon, Tornanus Quid in hac Martyru nostroru paucitate cunctor: Nongentos Religiosos in Benchorensi monasterio Iberniae vna fuisse martyrio coronatos Sanctus Bernardos scriptum reliquit in vita D Malachia, sed & Sanctam Virgulam, & complures vndecim mille Virginum Ibernas esse magni nominis, & fidei authores tradiderunt. Describam in huius rei fidem tabellas quorundam Ibernorum Divorum, & primum eorum, qui apud exteras gentes locorum praesides coluntur.

## C A P V T. X.

Iberni aliquot exterarum gentium doctores referuntur ex Conuæo.

C Onuæi verba ita se habent in eo libello, quo de Ibernorum sanctitate, litterisq; non nulla testimonia colligit.

Catalogus quorundam sanctorum, virorumque illustrium Ibernorum, alias Scotorum, seu Irlandorum, qui varias mundi

plagas

## De Ibernorū moribus, atq; Religione. 44

plagas disseminande, aut conseruande fidei, sacrarumque litterarum desiderio accensi peragranunt, aut speciali beneficio patroni habentur, omisis innumeris, qui domi floruerunt.

S. Mansuetus primus, qui Fidem suscepit p̄ D. Iacobum creditur, postea à S. Petro ad Thulos transmissus, quos ad Fidem conuertit, quorumque Apostolicus patronus habetur. Festus illius dies celebratur. 3. Septembri.

S. Phrigidianus Princeps nostras, & Episc. Lucensis in Italia. 18. Nouemb.

S. Hidulphus Princeps doctor egregius, & Episc. Treveri. 11. Iulij. Sedulius Episc. qui vniuersas Europe provincias illustravit Roma.

S. Vrsulacum magna parte vndecim mille Virginum.

Virgo, Princeps, & Martyr Colonia. 21. Octobris.

S. Patritius preterquam quod Ibernia celeberrimus patronus habetur, in Murtia ciuitate in Hispania ob singulare in illam illius beneficium praestitum quotannis celebri pompa colitur. 17. Martij.

S. Brigidia Virgo regalis stirpe orta Vlysipone, ubi sacra ipsius reliquie seruantur, & annis singulis Inbilei celebratione visuntur. 1. Februario.

S. Rudbertus Princeps Hereditarius regni primus Salzburgensis Episc. patronusque Panonie, Bauaria, & Noricorum. 27. Martij.

S. Trudbertus Princeps glorioſus Martyr frater S. Rudberti, patruusque Frisingensem.

S. Erentrudis Princeps soror Sanctorum Rudberti, & Trudberti, sociaque peregrinationum, variorumque cœnobiorum fundatrix illustrissima. Numbergi 22. Iulij.

Sanctus Columba Princeps Abbas in Britannia ubi tringinta annos vixit, postea in insula Hu, ubi celebre extruxit monasterium, obiit. Nono Ianij festus illius dies agitur.

Sanctus Blaithmac Princeps Hæres Regni, & inlytus Martyr in insula eo.

- S. Columbanus, qui varias mundi plagas fide illustravit,  
quiessit in Monasterio Bobiense prope Neapolim. Festus dies  
21. Novemb.
- S. Chilianus Episcopus Hiperbolensis genere, & Martyrio nobilissimus VViziburgi. 8. Iulij.
- S. Colonatus, seu Colomanus, & Totmanus Martyres, & socij  
beati Chiliani Albinaci. 8. Iulij.
- S. Gallus nepos, & socius peregrinationis, S. Columbani Abbas,  
& patronus Sueorum prope Alpes. 16. Nouemb.
- S. Dimpna Princeps hereditaria Ibernia supra modum pulchra,  
& Martyr inclivissima Gele prope Antuerpiam. 15. Maij.
- S. Gerebernus ipsius confessor, & egregius Martyr ibidem. 15.  
Maij.
- S. Fursa Princeps patronus Perona Abbas. 16. Februarij.
- S. Foilanus Princeps, & frater Fursai, & Vltani.
- S. Caithaldus Episcopus, & patronus Tarenti in Italia. 10. Maij.
- S. Brandanus Abbas in insulis Fortunatis. 16. Maij.
- S. Donatus Episcopus Faesulanus, Faesulae. 7. Aug.
- S. Fiacer Princeps in Territorio Meldensi. 30. Aug.
- S. Virgilius regia prosapia Episcopus Salburgensis, Apostolusque  
dictus Corinthie Kalendis Decembris.
- S. Dobba Episcopus, & cooperator S. Virgili.
- S. Magnus Abbas frater S. Galli fundator plurium monasteriorum  
in Augustana Diaecesi 6. Septembris.
- S. Romulodus Princeps Archiepiscopus Dubhlinnensis, postea  
Macliniensum Apostolus, & Martyr. 5. Iulij.
- S. Otguerus Leuita celebris Rurimunda. 10. Sept.
- S. Plechmus Comes, & Episcopus, insignisque concionator Ouden-  
zeel Diaecesis Danentriens. 15. Iulij.
- S. Viro Episcopus apud Traiectenses celebris 8. Maij.
- S. Bertuinus Episcopus Malonia. 1. Nouemb.
- S. Eloquius VValciodari Patronus eximus concionator. 3. Nou.
- S. Etio Episcopus Fasiciaci, & Latiarum patronus. 10. Iulij.
- S. Eren-

- De Ibernoru moribus, atq; Religione. 45
- S. Erendengardus Dorne celebris. 17. Iulij.
- S. Himilius nobilis Romuldi cognatus apud Thenas. 10. Martij.
- S. Ieron Egmonda in Holanda egregius Martyr. 17. Aug.
- S. Liuinus Archiepiscopus, & Martyr pretiosus Gandau. 11. No-  
uembris.
- S. Mono Martyr Nasauiae celebris. 18. Octob.
- S. Oda regia prosapia orta in Buscoducensi urbe celebris. 27.  
Nouemb.
- S. VVasnulphus Condati. 1. Octobris.
- S. VVicbertus Martyr in Foßilandia. 13. Aug.
- S. VVulganus Episc. Artesia. 2. Nouemb.
- S. Helias insignis concionator, Discipulus, & Socius Sancti Liuini.  
Gandau.
- S. Vicentius Comes Madelgarinus à nostris dictus Macquer.  
Cameraci. 14. Iulij.
- S. Landrius primus Metensis Episc filius Sanctorum Vicentij, &  
VValdestrudis Gandau. 11. Nouemb.
- S. VValdestrudis Comissa, & coniux Sancti Vicentij Cästri loci.  
10. Aprilis.
- S. Aldertrudis filia S. Vicentii, & VValdestrudis Malbodia. 23:  
Februarij.
- S. Medelborta filia etiam S. Vicentij, & VValdestrudis Malbodia.  
7. Septembris.
- Hæc conuæsus, vt ipse confirmat, ex probatissimorum  
authorum libris collegit.

## CAPVT. XI.

Alij fasti referuntur.

**S**equentes Fasti per dies, & menses digesti (opus,  
nescio cuius opera, minime satis studiose, & dili-  
genter elaboratum) cōmuniter circumferuntur,  
Quos

*Tom. I.*      *Liber. 4.*

Quostamen nequicquam silencio prætercundos putauit. Nam omnem operam, quæ in tam pium studium impendatur, memoratu, laude, & etiam præmio dignam arbitror, præsertim in tanta inopia scriptorum, qui hoc argumentum tractent.

*JANUARIVS.*

1	S. Munchinus.	25
2		26
3		27
4		28
5		29 S. Amnichad.
6		30
7		31 S. Medogus. S. Adamnanus.
8		
9		
10		
11		
12		
13	S. Kentigernus.	
14		
15	S. Ita.	
16	S. Furceus.	
17		
18	S. Deicolus.	
19		
20		
21		
22		
23		
24		

*FEBRVARIVS.*

1	Sancta Brigida. S. Derludacha.
2	
3	Reclusio Columbani.
4	S. Gilbertus. S. Tarahata.
5	S. Indractus Martyr cum nouem socijs.
6	
7	
8	
9	S. Tronanus.
10	
11	S. Etianus.
12	

13 S. Co-

*De Ibernorū moribus, atq; Religione. 46*

13	S. Columbanus reclusus.	10	S. Beffagus, Liuenus, Himmelius, Seranus.
14		11	
15		12	S. Mocoenogus, Viganus.
16	S. Berotius. S. Tancon.	13	S. Methodius.
17	S. Finanus.	14	
18	S. Cuculanus.	15	
19		16	S. Finianus.
20		17	S. Patritius <i>Apostolus</i> Ibernie.
21		18	S. Christianus.
22		19	S. Laellinus.
23	S. Finianus.	20	S. Luchbertus.
24		21	S. Eudius, Isingerus.
25		22	S. Briannus.
26	S. Ogrinus, S. Soghanus. S. Stephanus.	23	
27	S. Oganus. S. Oda.	24	
28	S. Aidus. S. Meduhena.	25	
		26	S. Metalogus.
		27	S. Rudbertus. S. Archibaldus.
		28	S. Chronianus, S. Gubhericus.
		29	
		30	S. Paton.
		31	

---

*MARTIVS.*

1	S. Suithertus.
2	S. Mouendas. S. Tedquus.
3	S. Magor.
4	S. Mogundo.
5	S. Kolanus. S. Piranus.
6	S. Senanus. S. Fridolin.
7	
8	S. Ducatus, Cathaldus, Conanus, Conellus, Cronanus.
9	

---

*APRILIS.*

1	S. Sadoc. Adrianus.
2	
3	
4	S. Beghanus.

5 S. Thi-

5	S.Thibernogbus,
6	
7	S.Sigenus.
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	S.Lafrianus.
19	
20	
21	
22	
23	
24	S.Egbertus.
25	
26	
27	
28	S.Chronanus. S.Kortillus.
29	
30	

---

MAIVS.

- 1 S.Vltanus, Briocus, VValburgis.  
2 S.Piranus.

3	
4	
5	S.Scandaleus.
6	
7	
8	S.VViro, Cathalus, Fiacrius, Gibrianus.
9	
10	S.Congallus, Saranus, Florentrius.
11	
12	
13	S.Carthagius.
14	S.Maldodus, Monfedor.
15	S.Diphna, Gerebernus.
16	S.Brandanus, Tricius, Gernochus; seu Carantochus.
17	
18	
19	
20	
21	
22	
23	
24	S.Adelinus.
25	
26	
27	
28	S.Tonas.
29	S.Buriena.V.
30	
31	

## IVNIVS.

1	
2	S.Algisus.
3	S.Coenginus, seu Kininus.
	S.Cronanus.
4	
5	
6	
7	S.Colmanus.
8	S.Columba.
9	S.Columba.
10	
11	
12	
13	S.Caninus.
14	
15	
16	S.Furcens.
17	S.Enolichus. S.Molingus.
18	S.Colmanus.
19	
20	
21	
22	
23	
24	
25	S.Adelbertus.
26	Mongenti Martires Benchorenses.
27	S.Enolichus.
28	
29	
30	S.Sampson.
31	S.Erentrudis.

## IVLIVS.

1	S.Rumoldus.
2	
3	S.Guthagonius.
4	
5	S.Noduuena.V.
6	S.Nonina. S.Colinia.
7	S.VVilchibaldus, Disibodus, Kalian, Bibianus, Totnanus.
8	
9	
10	
11	S.Etianus, seu Etto.
12	S.Lenanus.
13	
14	S.Faghna. S.Vincentius.
15	S.Plechelius. S.Harruc.
16	
17	S.Fredegandus.
18	
19	
20	
21	
22	
23	
24	S.Declarus.
25	
26	
27	
28	
29	
30	
31	

## Tom. I.

## Liber. 4.

A V G V S T V S .

- 1 S. Dolochus, vel Tholochus.
- 2
- 3 S. Mansuetus. S. Dermittius.
- 4 S. Motna. S. VVoltanus.
- 5 S. Abel. S. Celsianus.
- 6 S. Masculinus.
- 7
- 8
- 9
- 10 S. Blauius. S. Malchus.
- 11
- 12
- 13 S. VVicbertus.
- 14 S. VVerenfrinus.
- 15
- 16
- 17 S. Hieron.
- 18
- 19
- 20
- 21
- 22
- 23
- 24 S. Fathna.
- 25 S. Bareas, Michanus.
- 26
- 27
- 28
- 29
- 30 S. Fiacer.
- 31 S. Aidanus.

S E P T E M B E R .

- 1
- 2 S. Adaman.
- 3 S. Mansuetus Episc. Petri  
Apost. Discipulus.
- 4
- 5 S. Alpho.
- 6 S. Bega. S. Magnus, seu Ma-  
gobaldus.
- 7 S. Boettius.
- 8
- 9 S. Queranus. S. Ofsmana.
- 10 S. Orgerus. S. Finianus.
- 11
- 12 S. Albius.
- 13
- 14 S. Faghna.
- 15
- 16
- 17 S. Monachus.
- 18 S. Ricardis Imperatrix.
- 19 S. Egbinus.
- 20
- 21 S. Maninus. S. Edilhun.
- 22
- 23
- 24 Translatio. S. Rupertii.
- 25 S. Barrus.
- 26 S. Colmanus.
- 27 S. Orannus.
- 28
- 29
- 30
- 31

O C T O -

## De lbernorū moribus, atq; Religione. 48

O C T O B E R .

- 1 S. VVafnulphus. Guthagonus.
- 2 S. Thomas.
- 3
- 4
- 5
- 6 S. Comin.
- 7
- 8 S. Elogitius.
- 9 S. Gislenus.
- 10 S. Canicus.
- 11
- 12 S. Colman.
- 13
- 14
- 15 S. Gallus. S. Elifius.
- 16
- 17
- 18 S. Ethbinus. S. Mono.
- 19
- 20 S. Vendelin. S. Vitalis.
- 21
- 22 S. Donatus.
- 23 S. Siria. S. Luglius. S. Lu-  
gianus.
- 24 S. Colibanus. S. Dalmachus.
- 25
- 26 S. Munnu. S. Albuinus.
- 27 S. Rumoldus.
- 28 S. Dalmachus.
- 29
- 30
- 31 S. Foilanus & socij.

N O V E M B E R .

- 1 S. Babylonius. S. Benignus.
- 2 S. Doranus, Malachias, Vo-  
ranus, VVulganus.
- 3
- 4
- 5 S. Malachias. S. Trigernoch<sup>9</sup>.
- 6
- 7 S. Florentius, vel 17.
- 8
- 9
- 10 S. Eclus. S. Iohannes.
- 11 S. Bertinus.
- 12 S. Helias. S. Leuinus. S.  
Lebuitrus.
- 13 S. Kelianus.
- 14 S. Laurentius.
- 15 S. Maclouius.
- 16
- 17
- 18 S. Fridianus.
- 19
- 20
- 21
- 22 S. Ofsmana.
- 23
- 24
- 25
- 26
- 27 S. Oda.
- 28
- 29
- 30

D E -

DECEMBER.

- 1 S. Virgilius.
- 2 S. Fergus.
- 3 S. Eloquius.
- 4 S. Fredegandus.
- 5
- 6 S. Congellus.
- 7 S. Boetius.
- 8
- 9
- 10
- 11
- 12
- 13
- 14
- 15

16 S. Beanus.

17 S. Winebaldus.

18 S. Vinebaldus.

19

20 S. Comogellus.

21 S. Columbanus.

22

23

24

25

26 S. Thadæus.

27

28

29

30

31

## CAPVT. XII.

Kalendarium à Patre Henrico Dubblinensis accumulatum refertur.

**I**Tabi Fasti se habent. Alios longe copiosissimos, & vberrimos non Mensium, sed litterarum Alphabeti latini ordine dispositos Pater Henricus Dubblinensis collegit, relatis etiam authoribus, qui Diuorum nomina sempiternæ famæ, gloriaeque commendarunt. Ac profectò cum nostri libri Ibernico sermone scripti, quibus nostrorum Diuorum memoria accuratissimè illustra-

## De Ibernorū moribus, atq; Religione. 49

illustratur, sint hodie partim ab exteris Hæreticis rapiti & deleti, partim à nostris absconditi, ne in Hæreticorum potestatem veniant ita, ut præ manibus vulgo non habeantur. magnum mirum est, quanta cura, diligentia, & industria sit vsus hic Religiosus Jesuita in tot sanctorum nominibus cumulandis, & ab obliuione hominum, & interitu vindicandis, tametsi perquam pauci sunt præ innumera pene multitudine, quæ desideratur. Ne tam insignes, & elaboratæ lucubrations, quæ haec tenus à nullo scriptore (quod ego sciam) referuntur, intereant, hic eas in lectoris gratiam constitui collocare, numeros nominibus præfigens.

Catalogus aliquorum Sanctorum  
Iberniæ.

A.

- 1 S. Abel. 5. Angusti Molanus in Natalibus.
- 2 S. Acca, vide inter socios Egberti.
- 3 S. Adelbertus Leuita. 25. Iunij. vide socios Egberti.
- 4 S. Adelgis. in vita S. Ettonis ibidem.
- 5 S. Adelenus Episc. 25. Maij Flora. & Trithemius.
- 6 S. Adomnanus Abbas. 31. Ianu. Mart. Angl. 2. Septembbris.
- 7 S. Adrianus in vita S. Ricarij. 1. Apr. Mar. Angl.
- 8 S. Æthna, vel Ethna. in vit. S. Patritij. locel. c. 58. & Probus.
- 9 S. Afscus Episc. locel c. 107.
- 10 S. Aidanus Episc. 31. Aug. Surius, Beda.
- 11 S. Albertus Archiepisc. Casselens. Chronicon Bauaria.

G

12 S. Albinus



12. S. Albius Episc. Stanikusflus in vita S. Patritij, & Probus.
13. S. Albogastus Episc. Gillibertus Minorita in supplem. Sanctorum.
14. S. Algisus 2. Iunij Molanus loco citato.
15. Altho Abbas. 5. Sept. Martyr. Angl.
16. S. Aminichad. Conf. 30. Iunij. Martyr. Angl. 3. Iunij.
17. S. Andreas.
18. S. Archibaldus Abb. 27. Martij. Mart. Angl. 1. Iunij.
19. S. Augurius Episc. 7. Febr. Genebrard. in Kalendario ad Sanctos 361.

## B.

1. S. Babylonius Episc. 1. Nouemb. Floratus.
2. S. Barrea Episc. Mart. Carthusianorum. 23. Aug.
3. S. Batheneus. 11. Septemb. V. S. Columba. Mar. Angl.
4. S. Betulphus Abb. 17. Iunij Mart. Angl.
5. S. Beannus Episc. 16. Decemb. in vita Eusebi Mart. Angliae aliter Boeanus Florat.
6. S. Bega Virgo, à qua S. Bees in Anglia Camdenus. Martyrol. Angliae.
7. S. Begarus Abbas. 4. April. Mar. Carthus.
8. SS. Benchornenses Martyres nongenti. 26. Iunij Martyre Angliae.
9. S. Benignus Episc. v. Nouemb. Florat. Iocel. c. 39. 96. qui etiam Stephanus.
10. S. Berastus Episc. 16. Febr. Mart. Carth. Flor.
11. S. Beretus Confess. Probus in vita S. Patritij.
12. S. Bertutinus Episc. 11. Nouemb Molanus Florat.
13. S. Bessegus Episc. X. Martij Florat.
14. S. Blaethmac. Antiqua lectiones tomo. 6. pag. 570. viuebat circa annum 312.
15. Blauius Episc. 10. Aug. Flor.

16. S. Boetius

16. S. Boetius Episc. 7. Decemb. Flor. ita Molanus in vita S. Mombili.
17. S. Bortuinus Abb. 16. Maij. Petrus à Natalibus in Chronicā.
18. S. Brandanus Abbas. 26. Maij. Petrus de Natalibus in Chronicā Mundi.
19. S. Brianus Rex. & 22. Martij. Marianus.
20. S. Brigida. 1. Febr. Surius. vide Mart. Baronij.
21. S. Brigida soror. S. Andree.
22. S. Briocus, à quo S. Brieue in Anglia Chard. 1. Maij. Mol.
23. S. Brocadius Episc. Iocel. c. 50.
24. S. Brochanus Episc. ibidem.
25. S. Burchardus Episc. 8. Iulij. Flor. & Chronicā Mundi.
26. S. Burena. V. 29. Maij. Mart. Angliae.

## C.

1. S. Caiodocus Episc. in vita S. Ricarij. Surius.
2. S. Canicus, vel Kanicus, à quo Killkanna. Camd.
3. S. Caffenus Episc. 5. Aug. Iocel. c. 144.
4. S. Cathaldus Episc. 8. Maij. Petrus de Natalibus lib. 4. c. 142.
5. S. Celsus Episc. 5. Aug. in vita Malachia. S. Bern.
6. S. Cethuberis Abbatissa. Iocel. c. 79.
7. S. Cheranus. Iocel. vide Queranum.
8. S. Chileorus in vita Kiliani. Molan.
9. S. Christianus Episc. 18. Martij. Petrus de Nat. Mart. Angl.
10. S. Christinus in vita Malachia. S. Bern.
11. S. Cinnia V. Iocel. c. 79.
12. S. Claudius Monachus. Trithemius.
13. S. Clemens in vita S. Teibodi.
14. S. Cælius Sedulus Episc. Trithemius.
15. S. Coenginus Abbas. 3. Iunij. Flor. idem Kenius.
16. S. Coindrus Episc. Iocel. c. 251.

- 17 S. Colmanelbus Episc. locel ibidem 96.
- 18 S. Colmanus Martyr 13. Oct. Mart. Angl.
- 19 S. Colmanus Abbas 18. Iunij Flor. 19. secundum Mart. Carthus.
- 20 S. Colmanus Episc. 7. Iun. Mol. Beda. Flor.
- 21 S. Colmanus Martyr 8. Iulij in vita Kiliani.
- 22 S. Columba Abbas 8. Iunij locel. Flor.
- 23 S. Columba Presbyter locel. 89.
- 24 S. Columbanus Abbas. 21. Decemb. Surius.
- 25 S. Columbanus Monachus 24. Oct. Flor. & Surius in vita precedentis Columbani.
- 26 S. Columbanus Abb. reclusus 13. Febr. Mol. in Natal.
- 27 S. Conallus Mon. locel. 125. 138.
- 28 S. Conanus Episc. 8. Martij. Carthus. Boetius. 1. 9. Flor. 176.
- 29 S. Conedus Episc. locel. 91. c.
- 30 S. Conellus Episc. 8. Martij. Mart. Caribus.
- 31 S. Corbicanus in vita Edulgisi Molanus.
- 32 S. Virgo de Cregri locel. 112.
- 33 S. Cornanus 8. Martij Mart. Carthus. 8. Aprilis secundum Florat.
- 34 S. Cuculanus Episc. 18. Febr. Flor.
- 35 S. Culduinicus Presbyter. Petrus de Nat. lib. 4. c. 90.
- 36 S. Cuibertus filius Regis Ibernia maior.

## D.

- 1 S. Dalmachus Episc. 28. Oct. Flor.
- 2 S. Daracha virgo locel. c. 32.
- 3 S. Deiculus Abb. 18. Ian. Flor. Mar. Angl.
- 4 S. Dermiytius. 3. Aug. in vit. S. Columba Mart. Angl.
- 5 S. Dicha Confessor locel c. 32.
- 6 S. Diphna Martyr. 15. Maij. Sur. Mol. Genebrad.
- 7 S. Disibodus Episc. 8. Iulij. Surius.

## De Ibernarū moribus, atq; Religione. 51

- 8 S. Diuna Episc. Bed. lib. 3. c. 19. eundem Diunam existimō apud Camdenum.
- 9 S. Donatus Episc. 28. Oct. Mar. Anglia. scripsit Grammaticam.
- 10 S. Doranus Episc. 2. Novemb. Flor.
- 11 S. Donergardus. locel. 129. 130.
- 12 S. Duchatus Episc. 8. Mar. Flor.
- 13 S. Dulachus Eremita, eius vita extat Malachida in Ibernia.
- 14 S. Daonius Abbas. locel. c. 32.

## E

- 1 S. Echu. Rex Ultonie. in vita S. Patrikij.
- 2 S. Edanus. vide Adanus.
- 3 S. Edilbun. 21. Sept. Mar. Angl.
- 4 S. Egbertus Abbas. Beda 24. Aprilis.
- 5 S. Egbinus. Lenista. 19. Sept. Mar. Carthus. secundum Flor. 19. Octobris.
- 6 S. Elbeus Episc. locel. c. 83. forsan idem, ac Albius.
- 7 S. Elias Episc. vide Heliām.
- 8 S. Elifius Martyr. Petrus Cratapolitus. 350.
- 9 S. Eloquius Abbas. 3. Decemb. Flor. Mol. 8. Oct. Mar. Angl.
- 10 S. Due Emerie virg. locel. c. 32.
- 11 S. Enolichus. 17. Iunij. Mart. Carthus.
- 12 S. Erhardus Confessor. in vita S. Hildulphi tom. 7. Surij.
- 13 S. Ernazarus in vita Columba celle remio. 5.
- 14 S. Erentrudis virgo. foror. S. Ruberic.
- 15 S. Ethna virgo. locel. c. 58. vide Hethnam.
- 16 S. Etianus. Episc. 11. Ianij. Molan.
- 17 S. Erichus. locel. 109. vide Hercum.
- 18 S. Endenus Abb. 11. Martij. Mar. Carthus.
- 19 S. Euinus. locel. c. 186.

1. S. Fagna Episc. 24. Iulij Flor.  
 2. S. Fathna Episc. 24. Aug. Mart. Cart. & Flor.  
 3. S. Fechinus Fori, alijisque celebris multis Ibernia locis.  
 4. S. Fedella Virgo locel. c. 8. Iulij Flor.  
 5. S. Felinus Killmori celebratq. 10. Iulij Flor.  
 6. S. Fethlin virgo. Probus, eandem puto Fedellam.  
 7. S. Flacér Conf. Sur. 8. Maij.  
 8. S. Fiechus Episc. tam parens, quam filius loc. 115.  
 9. S. Finianus Abb. 16. Mar. Mart. Carthus. Hector lib. 9. fol. 177.  
 10. S. Finianus Episc. 23. Febr. Mart. Carth.  
 11. S. Finanus Abbas 17. Febr. Flor.  
 12. S. Florentius 10. Maij Sur. 17. Non. Mart. Anglia.  
 13. S. Foilanus Episc. & Martyr 31. Octob. cum tribus socijs.  
 14. S. Forhernus Episc. locel. c. 52.  
 15. S. Forinanus Episc. & Abb. in vit. S. Eloquij Molanus.  
 16. S. Fredegondus Conf. 17. Iulij, & 4. Decembribz Mart. Carthus.  
 17. S. Fregus Abb. 1. Decemb. Mart. Carthus.  
 18. S. Frigidianus, seu Fridianus. 18 Decemb. ibidem.  
 19. S. Fridolinus Conf. 6. Martij Mart. Angl. Filius Regis Iber-  
niae. P. Gibbonius Cepam de persecu.  
 20. S. Furseus Abbas. 16. Ianuarij. Surinus.
- G.
1. S. Gathus Abbas. 15. Octob. Surinus.  
 2. S. Gerebernus Abbas. 19. Maij in vita Dimma.  
 3. S. Germanus Episc. 9. Iulij Flor. locel. c. 92. Molanus in vita  
Eloquij.  
 4. S. Gibrianus Conf. 8. Maij, obiij Rhenis anno 509. Sigel. Flor.  
 5. S. Gilbertus Episc. 4. Febr. floruit cum S. Malachia. Anglus  
Capri.  
 6. S. Gille Conf. famulus Guthagoni Mol.

## De Ibernorū moribus, atq; Religione. 52

7. S. Ginigile presbyter. Beda lib. 5. c. 13.  
 8. S. Gislenus. 9. Octob. Mart. Angl. cum varijs.  
 9. S. Giswaldus Confess. in vita Disibodi.  
 10. S. Glarcus Conf. apud locel. c. 81.  
 11. S. Filia Clerani idem. c. 59.  
 12. S. Gobaus Conf. in vita Adalgisi Mol. Beda lib. 3. c. 19.  
 13. S. Golinia virgo 6. Iulij Flor.  
 14. S. Guinalferus Episc. in vita S. Rumoldi per Iohannem  
Donnum.  
 15. S. Gualterus Episc. apud Illustres Prædicatorum.  
 16. S. Guthagonus Rex, & Confess. 2. Octo. Mart. Angl. 3. Iulij  
Molanus.

## H.

1. S. Harruc Episc. 15. Iulij Mart. Anglia.  
 2. S. Helanus in vit. Eloquij Mol.  
 3. S. Herius locel. c. 41. puto eundem cum Ercho.  
 4. S. Helias 12. Nouemb. in vita Linini. Mol. Episcopus fuit.  
 5. S. Hibarus Episc. locel. c. 83.  
 6. S. Hildolphus Archiepisc. Foruie.  
 7. S. Himelinus Conf. 20. Martij Mol.  
 8. S. Hiluuaris virgo Mol. in vita S. Oda.

## I.

1. S. Iheron presbyter, & Martyr 17. Aug. Mol. Flor.  
 2. S. Iia virgo, à qua S. Iusbai in Cornuallia. Camden.  
 3. S. Imarius Conf. in vit. Malachia Bern.  
 4. S. Indraetus Martyr cum 9. socijs 5. Febr. Mart. Angl.  
 5. S. Iohannes Episc. Martyr 10. Nouemb. Mar. Angl. euro  
multis socijs.  
 6. S. Jonas Confess. 2. 8. Maij Mart. Angl.  
 7. S. Isingerus Episc. Martyr 21. Martij Mart. Ang.

## K.

1. S. Kanicus Abb. 3. Ianij Martyo. Carthus.  
 2. S. Karthagius Episc. 13. Maij Carth.

Tom. I. Liber. 4. folio 53

- 3 S. Keuinus Abb. 5. Junij idem Coengus.
- 4 S. Kentigernus Episc. 13. Ianu. Mart. Ang. Flor.
- 5 S. Kieranus. Iocel. 113 puto eundem cum Querano.
- 6 S. Kilianus Episc. & Martyr. 8. Iulij. Mol.
- 7 S. Kirianus Episc. & Martyr. 5. Mart. Flor.
- 8 S. Kintemius Episc. Iocel. c. 145.
- 9 S. Koianus Episc. 5. Martij. Mar. Caribus.
- 10 S. Kortillus Episc. Mart. 28. Mart. Angl.

L.

- 1 S. Laetinus Episc. 19. vel 20. Martij. Mart. Carthus. Flor.
- 2 S. Lafranrus Abb. 18. April ibidem.
- 3 S. Laurentius Episc. 14. Nouemb. Surius.
- 4 S. Leninus Episc. 12. Nouemb. Mol.
- 5 S. Louatius Confess. Iocel. c. 144.
- 6 S. Luanus Mon. Iocel. Bern. 12. Iulij. Mar. Ang.
- 7 S. Lugadius Episc. Iocel. 93.
- 8 S. Luglius Martyr. 23. Octobris.
- 9 S. Luglianus Martyr.
- 10 S. Lugatius Episc. idem ibidem.
- 11 S. Lumanus Episc. idem c. 30.
- 12 S. Lumanus Confessor. idem c. 39. puto eundem cum suis periore.
- 13 S. Lupita soror S. Patritij. Iocel. c. 50.

M.

- 1 S. Machaldus Conf. Iocel. c. 151. 152.
- 2 S. Machilla Episc. in vita S. Brigida.
- 3 S. Maclonius Episc. 15. Non. Flor. dicitur discipulus Brandani Frat.
- 4 S. Madelgarius. in vita Ettonis. Mol.
- 5 S. Magnus seu Magdobaldus. 6. Septem. Mol. Flor.
- 6 S. Magnus Abbas. 6. Sept. Canisius tomo. 5.
- 7 S. Malachias Episc. 2. Nouemb. Surius. Bern.
- 8 S. Malcallin Abb. in Martyrol. Anglie.

2 S. Malchus

De Ibernorū moribus, atq; Religione. 53

- 9 S. Malchus Episc. in vita Malachia. 10. Aug.
- 10 S. Maldod 14. Maij. Mart. Carth.
- 11 S. Mansuetus Discipulus Sancti Petri. Mol.
- 12 S. Marnochatus celebris in Fingallia.
- 13 S. Martires nongenti Benchorenses.
- 14 S. Maslinius Episc. 5. Aug. Mar. Carth.
- 15 S. Mel Episc. Iocel. c. 50. 102.
- 16 S. Meldanus Episc. Iocel. c. 93. item in vita S. Fursey.
- 17 S. Memra virgo apud Camdenum pag. 468.
- 18 S. Memessa virgo. Iocel. 159.
- 19 S. Methodius Conf. 14. Mart. Carth. Mart.
- 20 S. Mochna virgo. Iocel. c. 50.
- 21 S. Mochus Episc. Iocel. c. 50. 134. 135. vel Mochetus.
- 22 S. Moduena virgo. 5. Iulij Capgr. Mart. Anglia.
- 23 S. Mogenochus Episc. Iocel. c. 50.
- 24 S. Mogrado Episc. 4. Martij Martyrol. Carth.
- 25 S. Molochus Episc. Discipulis S. Brandani Maior.
- 26 S. Monuchinus.
- 27 S. Mono Martyr. 18. Octob. Mol. Mar. Ang.
- 28 S. Motalogus Abb. 26. Martij Patronus Killocia.
- 29 S. Mouendas Abb. 2. Martij. Martyrol. Carth.
- 30 S. Muneria virgo. Iocel. l potius Probus.
- 31 S. Munis Episc. Iocel. c. 50. & 113.

N.

- 1 S. Naninus Conf. 21. Sept. Mart. Carthus.
- 2 S. Nehemius Episc. in visione Tondali.
- 3 S. Neotus. & quo S. Neodus in Anglia Clelandus.
- 4 S. Nonnina virgo. 6. Iulij. Mart. Carthus.

O.

- 1 S. Oda virgo. 27. Febr. Flor. Mol. 27. Nouemb. Mart. Angl.
- 2 S. Odranus Mart. Iocel. c. 73.
- 3 S. Oganus

**Tom. I.** **Liber. 4.**

- 3 S. Oganus 27. Febr. Episc. Flor.
  - 4 S. Oginus 26. Febr. Episc. ibidem.
  - 5 S. Olcanus Episc. Iocel. c. 86. 137.
  - 6 S. Oranus episc. 27. Sept. Mart. Angl.
  - 7 S. Osmana virgo 22. Novemb. in Mart. Angl.
  - 8 S. Oigerus Diacon. 10. Sept. Mol.
- P.
- 1 S. Patritius episc. 17. Martij Iocel. Probus, Stanihurstus.
  - 2 S. Paton episc. 30. Martij. Mart. Anglia.
  - 3 S. Pauper Iocel. c. 181.
  - 4 S. Plechelius episc. 15. Iulij Mol. Mar. Angl.
  - 5 S. Piranus multis miraculis illustris. Camdenus. 2. Maij Mart. Anglia.

Q.

- 1 S. Queranus Abb. 7. Sept. Flor. Mar. Angl.
  - R.
  - 1 S. Ribiapus Episc. 8. Iulij Flor.
  - 2 S. Richardis imperatrix, & virgo 18. Septemb. Platius de bon. stat. Rel.
  - 3 S. Riochus Diacon. Iocel. c. 84.
  - 4 S. Riquierius.
  - 5 S. Rius Conf. Iocel. c. 35.
  - 6 S. Rodanus Episc. Iocel. c. 142.
  - 7 S. Romularius Episc. Iocel. c. 142.
  - 8 S. Ruadanus Conf. in visione Tondali.
  - 9 S. Rumoldus Episc. & Martyr 1. Iulij Iohannes Donnius. 27. Oct. Mart. Angl.
  - 10 S. Rudbertus Episc. 27. Martij Mol. VVelfangus Laciūs vocat eum filium Regis Ibernia.
- S.
- 1 S. Sadoc. Conf. 1. April. in vita S. Ricarif.
  - 2 S. Sallustius in vita S. Desibodi. Surius.
  - 3 S. Sampson Episc. Surius tomo. 6. in vita Maclovij 28. Iulij.

4 S. Saranus

**De Ibernoru[m] moribus, atq[ue] Religione. 54**

- 4 S. Saranus Conf. 6. Martij. Mart. Carib.
  - 5 S. Scandalaus Confess. 5. Maij in vita S. Columbe Mart. Angl.
  - 6 S. Senachus Episc. Iocel. c. 130.
  - 7 S. Secundinus Episc. idem c. 160.
  - 8 S. Sigenus 7. Aprilis Mar. Angl. Abbas.
  - 9 S. Sira Soror S. Fiacci 23. Oct. Mar. Angl.
  - 10 S. Soghanus Episc. 26. Febr. Mart. Carib.
  - 11 S. Sophanus Episc. 26. Febr. Mart. Carib.
  - 12 S. Stephanus vide Benign.
  - 13 S. Suibertus. 1. Maij vide Mol.
- T.
- 1 S. Tancon Episc. Martyr 16. Febr. Mart. Angl.
  - 2 S. Tarahata virgo 4. Febr. Mart. Carthus.
  - 3 S. Quatuor virgines de Tedna Iocel. c. 103.
  - 4 S. Tedquus, vel Teugus Abb. 2. Mart. Flor.
  - 5 S. Tedna Episc. Bed. lib. 3. c. 26
  - 6 S. Thassachus Episc. Iocel. c. 290.
  - 7 S. Thigernodus Episc. 5. Martij. Flor. Molan. vocat eum Thigernacum.
  - 8 S. Tigrida Iocel. c. 30.
  - 9 S. Tornanus Martyr 8. Iulij paſſim habetur.
  - 10 S. Treffanus in vita Eloquij Mol.
  - 11 S. Tricinus Episc. 16. Maij Mart. Angl.
  - 12 S. Tronanus Episc. 9. Febr. Mar. Carthus.
  - 13 S. Trudbertus Martyr Antiqua lectiones tomo 6.
- V.
- 1 S. Vendelinus 20. Oct. Mar. Angl.
  - 2 S. Victor Episc. Iocel. c. 139.
  - 3 S. Vigianus Conf. 13. Martij Mart. Angl. vide Vulgatum.
  - 4 S. Vincentius, alias Vataldegaris 14. Iulij.
  - 5 S. Vinnochus Iocel. c. 149.
- 6 S. Virgilinus

- 6 S. Virgilius cognomento Solinus Archiepisc. Salisburg. 1 Decemb.
- 7 S. Vitalis Archiepisc. 20. Oct.
- 8 S. Ultanus Abb. 1. Maij passim habetur.
- 9 S. Voranus Episc. 2. Nouemb. est idem ac Doranus.
- 10 S. Fluena virgo.
- 11 S. Ursula Princeps undecim mille Virginum filia maioris Regis Scotorum Ibernie. Manifeste monstrabo fabulas esse alias aliorum de sancta Ursula historias, & genealogias, & responsa habeo satis probabilia ad obiectio-nes contrarias.
- 12 S. Vulganus. Iocel c. 141. vide Vulganum.
  
- 1 S. VVasnulphus Conf. 1. Octob. Mart. Carth. vultus.
- 2 S. VViro Archiepisc. Dubb. 8. Maij. T. 1. vultus.
- 3 S. VVulganus Episc. 2. Nouemb. Chronica Cameracensis vo- cat eum Scotum.
- 4 S. VVulganus Abb. 4. Aug Mart. Carth.

Si quis plures legendo compererit, dignetur tempori imperti-re, ut in scribendam narrationem rerum Ibernicarum, que est iam pre manibus id subsidij conferat. Romae 9. Aprilis anno 1611. Vester omnium in Christo seruus. Henricus Fitzsimon Societas, tis Iesu.

Ita sumum copiosum quidem Catalogum Henricus absolvit. In quo tamen præ his Ibernis Djuis, qui relati sunt, perquam multi requiruntur, & ferè celeberrimi quique in Ibernia vulgo: quorum plurimos perstrin-gere mihi cordi foret, nisi militaribus exercitationibus impeditus litterario studio minus ocijs suppeditare possem.

CAPVT. XIII.

Ratio redditur, quemadmodum Religio,  
& litterarum studium in Ibernia  
sit extindum?

**C**um vero tanta Martyrum, Sanctorum, Monachorum multitudine, tanto numero præsulum, tot cœnobij, atque templis, tam celebri litterarum Palæstra Ibernia floruerit, dubitauerit forsitan aliquis, quomodo tanta ornamenta euanuerint, vt eorum vestigium vix ullum extet præter diruta, vel prophana templa, & reliquorum exigua memoriam scriptorum libris conseruatam: Sinat dubitate. Namque res humanæ minime solent stabili gradu consistere. Nihil est, quod non absumat vetustas, & temporum mutatio, sed maxime bellum. Sic Troia ne vestigium relictum est. Bellicosissima Carthago corruit. Thebarum vix extat memoria. Athenarum sapientia abolita est. Et Ibernia quidem duarum gentium maximis bellis exarsit, primum Danorum, deinde Anglorum per annos amplius quadringentos, qui non modo sacram insulam rudem, atque incultam reddiderunt, sed ima, & summa misericordia, in Deum etiam, & cœlestes impias manus inferentes Itaque illa Ibernica sanctitas, & eruditio[n]is facies pulcherrima ferro, flamma, veterum Ibernorum excidio, vniuersæ insulæ deuastatione deleta interivit, quod inferius apertius apparbit.

## CAPVT. XIII.

*Huius operis epilogus, & sequentis  
promissio.*

**S**Atis, mea quidem sententia, breuiter de Ibernicæ  
terræ rebus memoria dignis, & Ibernorum origi-  
ne, moribus, atque Religione diximus. A quibus  
Iberni fuerint bello lacesiti: hac tempestate pro Dei  
lege, & Catholicæ Romana Fide quas calamitates per-  
tulerint, quas res gesserint: qui Episcopi, atque Sacer-  
dotes, qui etiam seculares homines constantes, magna-  
nimi, fidi, vel inconstantes, imbecilli, infidi fuerint: qui  
Martyres inuidissimi spiritum effuderint; qui varia, &  
lubrica fide insirmi degenerauerint, hæreticorum ter-  
rori, & furori succumbendo: bellorum magnitudinem,  
Hæreticæ tyrannidis truculentiam: multorum insignia  
bello, & pace dicta, factaque, plurima nouarum  
rerum exempla rara, miranda, &  
scitu dignissima sequentibus  
Tomis infectabor.

*Finis Tomi primi.*



DO-

DOMINI  
**PHILIPPI**  
**OSVLEVANI**  
BEARRI IBERNI.

*Compendij historiæ Catholicæ Iberniæ.*

TOMVS SECUNDVS.

**D**E Iberniæ laudibus, & Ibernorum ori-  
gine, moribusque superiore tomo dictū  
est. Ad cetera iam accingamur. A qui-  
bus nostri maiores fuerint impediti, &  
Catholicæ fides oppugnata: Ibernam  
Angli, quo iure, & à quo habeant: quas  
tulerint leges, quemadmodum in Ecclesiam, & Religio-  
nem Christi coniurauerint, & in ipsos Iberni multi pro  
Numinis lege sape conspirauerint? Inde horum con-  
stantiam, illorum suam truculentiam, & tyrannidem,  
inuidissimorum Martyrum, & etiam perdito-  
rum, atque sceleratissimorum hominum  
varia exempla videamus.

DO-

DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARRI IBERNI.  
TOMI. II. LIBER. I.

*Ibernia quomodò sit ab Anglis obtenta?*

**H**oc libro , qui in Ibernos , & Christianam Religionem bellum moverint: quemadmodum Ibernia in Anglorum potestatem venierit: quibusque legibus eam Reges Angliae,cum Catholici fuerunt,administrauerint,demonstrabo.

CAPVT. I.

*Ibernorum inter se bella , & contra ipsos subactæ gentis rebelliones, antequam Christianam lucem receperere, memorantur.*

Eogan  
Mor.

**P**rincipio Iberni ipsi, alij alios non segniter aggressi, intestina bella sàpe gesserunt. Intermixtia non refertur illud, quo Eoganus Magnus Moniarum Rex Siuri Prínceps, dum à suis deseritur, à Quinto Septentrionalis Iberniæ rege pulsus in Hispaniam venit. Vbi in vxorem ducta Regis Hispaniæ filia cum tribus milibus Hispanorum reuersus amissum regnum recuperavit. Præcæra gens illa, quæ fuit à nostris maioribus

*Ibernia quomodò sit ab Anglis obtenta? 57*  
maioribus victa, & subacta suo Rege Maccuillo intercepto ab Iberno Principe, non semel postea caput extollere conata est, vel pristinæ libertatis desiderio excitata, vel imperitantium iugum exosa: frustra tamen, nam quo iugo semel domita est, nunquam id potuit, discutere: & eius vires, & rebellios omnes ab Ibernis contuse ante Christianæ lucis exortum consenserunt.

CAPVT. II.  
*Catholicæ Religionis in Ibernia stabilitas,  
& perturbationes.*

**P**ostquam verò maiores nostri Christi legē sunt amplexi. Diuo Patritio præceptore, circiter annū Dñi quadringentesimum decimum octauum, in nostra insula Fides Catholica sancta, & inuiolata, litterarumque studium per annos quadringentos, sub triginta tribus (si vera sunt Cambrensis placita) Regibus Iberniæ floruit. Circiter annū redemptoris octingentesimum decimū octauum à Danis, vel Dianamarcis, & Noruegijs, gente tunè tēporis minime Catholica, Turgesio duce, oppugnata per annos triginta vehementer Religio Catholica affligitur: templo profanantur, & diruuntur: litterarum studia fugantur: omnia sacra violantur. Sed ab Ibernis, & Turgesius occiditur: Barbari delentur, expelluntur: & insula ab ea tyrannide in libertatem vindicata ad pristinū Catholicæ Religionis, & liberaliū disciplinarū statū, & splendorē brevi restituitur.

Aliquot annis transactis ex eisdē partibus nonnulli in Iberniā m. veniunt vocati sua lingua Oostmani, idest Orientales, oriundi (vt multi cōiectant) ex superstitionibus Danorum, & Noruegiensium, qui in Ibernia perierant,

H

non

non bellisca classe, non hostili animo (ita præferebant) sed amicitiæ specie, & mercatura facienda, ut quæ terræ armis non potuerunt obtineré, eiusdem mira reperatio-ne, & fertilitate preceps saltē fruerentur. Itaq; ab Iber-nis condendarum urbium sedes in maritimis oris, atque merces importandi, & exportandi facultatē imperant: magnatibus Ibernis vniuersæ regni reipublicæ commo-dum fore arbitrantibus, ut externi eos labores subirent, eaque commercia tractarent, quibus indigenæ ocio de-diti, fudoremq; fugientes pigre se se tradebat. Cum mag-na multitudo cœrulecent, virbesque in maritimis portu-bus conditas vallo, fossaque munisſent, ab Ibernorū dominatione desciscere, vestigalia non pendere, & re-bellare cœperunt. Quo conatu citō destiterunt ferro coacti, seque Ibernorū principū arbitrio permittentes.

Ita ab extincto Turgesio vsque ad annū circiter mil-lesimū centesimū sexagesimū octauū, per annos trecen-tos, & sex, plus minus, rursus Catholica Religio summa veneratione culta luxit. Etsi enim Iberni alijcū alijs nō raro intestina bella gerebat: omnia ferro flâmaque de-uestabat, tamen tēpla, Sacerdotes, Theologi, Iurisperiti, Philosophi, Historici, Astrologi, Medici, Oratores, Poe-tæ, omnes litterarū professores, studiosi, litterarū gym-nasias, sociitates, possessiones, bona incolumente dona-batur. Ita videres circumiectos pagos diripi: oppidorum incenia diruia gresso incendio flagrare: omnia Victoris furore cuerti, & tamen in media misertima, atq; fune-stissima facie Religionē, atque litterarū rem publicam cū fortunis suis omnibusq; vel minima iniuria lœsam pace, & tranquillitatem gaudere. Namque litteras nō mo-dò oppugnare, sed non propugnare: Ecclesiæ Catholicae sanctitatem nō modo violare, sed non summè colere, sacra legium: & contra stylum non ferrum, sed calamum exerce-re,

*Ibernia quomodō sit ab Anglis obtenta? 58*

exercere, maiores nostri diuina lege statuerunt.

Ab anno circiter millesimo centesimo sexagesimo octauo, sub quod tēpus Angli sunt Ibernia ingredi, vsq; ad millesimū quingentesimū trigesimū secundum, quo Hēricus Octauus Anglia Rex à Fide Catholica descii-uit, per annos trecentos sexaginta quatuor, Anglorū bello, in insta moderatione, rapinis in Ibernia non modo se-cularis respublica, sed etiam Ecclesiastica disciplina, & litterarum Palæstra turbatur, suoque splendorē sensim priuatur: adiuuantibus domesticis discordijs Ibernorū, qui Religioni, & litteris, non ceteris parcebant.

Ab anno millesimo quingentesimo trigesimo secun-do, quo Angli in Christi Religionē conspirarunt, vsque ad hunc millesimū sexcentesimū decimū octauum, per annos octoginta sex, Ecclesiastica Ibernia respublica, litterarum studiū, quidquid ad ius diuinum, & humanū pertinet, ab Anglis funditus deletur: noua dogmata, Hæretici errores substituuntur: ipsi Deo, & superis bellū infierunt, ut inferius fusè demonstrabimus. Interim, quo-modò Ibernia in Anglorum ditionem venerit, quo iu-re, quibus auxilijs sit ab illis obtenta, videamus.

### C A P V T . I I I .

*Quemadmodum Angli sint Ibernia potiti?*

**S**Vbannum redemptoris orti millesimum centesi-mum sexagesimum octauum cum reguli diuersi diuersis Ibernia regnis imperitarent, Dermysius Diar-Macmurchuns Lagerie moderator Orruarki Princi-pis vxorem Omelachlinni filiam scemnam tum ge-mac-nere claram, tum forma pulchram specie captus ra-mhui puit: rogatusque restituere noluit Sceleris feeditate nō na-solū Orruarki bibilem mouit, sed etiam Rotherici Ocon-churis Connachtæ Regis, & aliorum arma prouocauit:

clientiumque suorum animos à se auertit. Ab his desertus, ab illis lacescitus in Angliā fugit auxiliū ad amissū regnum recuperandū petitiū. Stipulatus ab aliquo Anglis viris nobilibus opem in Iberniā sub privatī hominīs persona reuectus est. Vbi per hyemēm vñā suā factioñis principes cōfirmat: alios suscipiendi belli socios cōparat. In sequente vere Angli Iberniæ littoribus classem applicant; eis Dermysius Ibernorū exercitu conscripto it obuiam, eos honorificentissimè & amantissimè excipit. Cum illis copijs cōiunctis, Dublinnā, Manapiam, & alia oppida qua Oosmani, nouum hominū genus faci, & cōtractibus deditū, non armis assuefactū incolebant, repente adit, obsider, oppugnat, doloque magis, quā vi capit. Oosmanosque, vt pro ipso sumant arma, cōpellit. Breui Ibernorū suā factioñis, Anglorū, Oosmanorū magnū exercitum coactum habuit, quē in Ibernos alios ducit, omnia depopulans, deuastans, & vndique stragem edens. Haud nimirū citò Rothericus Connachtæ Rex cum magnatibus alijs occurrit. Aliquot secundis prælijs Dermysij furemom aliquantū frangit: illū obsidem dare cogit Cnothurnium filium. Inter vtrumque scđus percūtitur. Inde Dermysius homo natus ad contentioñem, & perturbationes aliò mouet arma. Offyriæ princiپiū innadit sine mora Tomoniā petit. Vnde arctur à Domhnaldo Obriene Tomoniæ principe. Illico inter Domhnaldum, & Rothericum bellū oritur. Quā occasionem Dermysius opportunam ratus, vt ipsetius Iberniā in pério potiretur, si frangeret potentiam Rotherici, qui ea tempestate potentissimus Ibernorū videbatur, à donnulis totius Iberniæ magnus Rex appellatus, suas vires, Anglicas Oosmanicas, Ibernicas cū Dóhnaldo cōiungit. Cumq; monitus, & rogatus incepto defistere (ea regni cupiditate flagrabat) renuisset eius filiū

Cnothurnius.

Cnothur-

Cnothurnium, quem pacis obsidem extortum sūisse docuimus. Rothericus morte plexit. Neque longū post tempus Dermysius vixit, qui naturæ ius soluit, magno numero annorum expleto. Quæ Anglis parta reliquit, ipsi tueri conāntur. Ad quod ex Anglia multi indies confluunt. Sed ab Ibernis in summum discrimen deducuntur: aliquot munimenta amittunt: ipsi alij capiuntur, alij occiduntur.

### CAP VT. IIII. Adriani Pontificis Maximi litteræ referuntur.

MS. B. 1. 2. fol. 122v  
**I** Am ante hæc Henricus Secundus Angliæ Rex in obtinendæ Iberniæ spem ductus, modò Pontificis Maximi authoritas interponeretur, ab Adriano Quarto Romano Pontifice hoc decretum impetravit, falla narrans quantum ex ipso decreto ego colligo.

*Adrianus Episcopus seruus seruorum Dei charissimo in Christo fr̄io illustri Anglorum Regi salutem, & Apostolicam benedictionem.*

Laudabiliter, & fructuose de glorioſo nomine propagando in terris, & aeterna felicitatis præmio cumulando in cæli tua magnificientia cogitat, dum ad dilatandos ecclesiæ terminos, ad declarandum indoctis, & rudibus populis Christianæ fidei veritatem, & vitorū plataria de agro dominico extirpādo, sicut Catholicus Princeps, intendis, & ad id conuenientius exequendū consilium Apostolice Sedi exiges, & fauore. In quo facto quāto aliori cōfilio, & maiore discretione procedis, tāto in eo fæciliorē progressu te præstare Dño cōfidimus habiturū, eo quod ad bonū exitum semper, & finem soleant attingere, quæ de ardore fidei, & Religioñis amore principium acceperunt. Sane Iberniam, & omnes insulas,

insulas, quibus sol institutio Christus illuxit, & que documenta Christiane fidei ceperunt, ad ins. Beati Petri, & sacrosancte Ramane Ecclesie (quod tua etiam nobilitas recognoscit) non est dubium, pertinere. Unde in eis tanto liberius plantacionem fidem, & germin gratum Deo inferimus, quanto id à nobis interno examine distinctius prospicimus exigendum. Significat siquidem (filii charitatis) nobis, te Ibernia insulam ad suum redendum illum populum legibus, & viatorum plantania inde extirpanda, velle intrare, & de singulis eius domibus annua unius denarij Beato Petro soluere pensionem. Nos itaque pium, & laudabile desiderium tuum cum favore congruo prosequentes, & petitioni tua benignum impendentes assensum, gratum, & acceptum habemus, ut pro dilatandis ecclie terminis pro viotorum restringendo decursu, pro corrigendis moribus, pro Christiana Religionis augmента insulam illum ingrediari. Et quod ad honorem Dei, & salutem illius terra spectaueris, exequaris, & illius terre populus te honorifice recipiat, & sicut Dominum Parvum veneratur, iure nimis tibi Ecclesiastico illibato, & venere, integro permanenie, & salua Beato Petro, & Sacrosancte Romane Ecclesie de singulis domibus annua unius denarij pensione. Si ergo quod conceperisti, effectu duxeris complendum, stude dignum gentem illam bonis moribus informare: & agas tam per te, magno quam per illos, quos adhibes, quos fidei verbo, & vita idoneos honore, esse perspexeris, ut decoretur ibi Ecclesia, plantetur, & crescat Fidei Christiana Religio, & quae ad honorem Dei, & salutem pertinent animalium, per te taliter ordinentur, sed perfectu can sa collige di tribu zi eccl esia sti ca, ut à Deo sempiterna mercedis cumulum consequi merearis, & in terris gloriosum nomen valeas obtinere. Datum Roma. anno salutis 1156.

CAP.

Ibernia quomodo sit ab Anglis obiecta? 60

CAP V T. V.  
Rex Angliae venit in Iberniam: Anglorū ambitio: Ibernorū aliquot rebellio.

**H**oc Pontificis imperio præmisso, Rex Angliae Henricus Secundus appulit in Iberniam anno Redemptoris orti 1172 die Diui Lucae. 18. Octo bris. Vbi ab aliquo magnatibus Ibernicis, qui, quae sunt synceritate religionis, Pontificis Romani mandatis non obsequi, nefas docunt exceptus, non, ut Rex, aut Dominus Ibernia, sed ut à Pontifice præfectus (sic ego acceperi) ut exactor, & collector pecunia, quæ ad Sedem Apostolicam pertinebat, omnem item inter Ibernos, & Anglos componit; Regni gubernaculum sine contentione accipiens: præfectusque constitutus in Angliam reuertitur. Haud diu post eius reditum Angli Ibernorū Ultionis in fortunas, atque possessiones inuadunt: ob id horum non nulli resistunt, & rebellant. Sed iterum arma deponere excommunicationis muctrone coguntur à Viuviano Romani Pontificis legato.

CAP V T. VI.  
Ibernorū vatum præsensiones de Ibernia excidio.

**I**Talvenit Ibernia in Anglorum potestatem. Quod ante longo annorum seculo Iberni, & gentiles Arioli, & sacri vates Coluba, Vitianus, Bearchanus, Siannus, & alij portenderunt: & aperte satis indicaverat illud celebre somniū, quod Cormakus Artifex Iberniæ

sceptrum gerens somniauit. Is per quietem vicit, in Iberniā classē apulisse: ex hac magnam multitudinem ouium in terrā descendisse: nec interposita mōra ex Iberniā syluis, & montibus ingentem loporum vim venientem ouibus iisse obuiam: prālium fuisse commissum: atque lupos tandem ab ouibus fusos, atque fugatos loco cessisse. Qua de te Arioli consuli responderunt, somnio Regis ostendi in Iberniā alienigenas venturos fuisse, qui verborum blanditia, fīcta, & fucata amicitia, falsa specie utilitatis ab Ibernis facile exceptā regnī imperio potirentur: & inde Ibernos viros animi, corporisque robore prāstantes varijs dolis, fraudibus, & artibus sensim, & furtim perderent, atque delerent. Quod plane minime fecus contigit. Quid enim blāndius illa Anglorum prima familiaritate, & amicitia commenticia, & fucata: Quid optabilius illis promissis, quibus faciles, & simplices majorum nostrorum animos deceperunt? Quid iucundius, & lētius & quissima moderatione, qua se Ibernia rempublicam non modò conservaturos, sed aucturos fuisse, sunt polliciti? Quid sanctius, quid venerabilius iussu Pontificis summi, qui, & sua autoritate, & censuram ecclesiasticā tertiore Ibernos Anglis subegit? At quam contra pollicitationes, prāter spem omnium, prāter Pontificum Romanorum expectationem Iberniā rempublicam euerterunt! Magnates, & viros strenuos, summos, atque constantissimos Catholicos vario stratagemmate, dolo, fraude, sexcentis attribus extinxerunt! Ita, & summa misericordia! Ita peccata nostra meruerunt. Ita fuit Numini visum; ita Deus fuit non propter Anglorum meritum, sed ob Ibernorū culpam, ut olim in suo vaticinio Diuus Melambelachthus prædixit,

Ibernia quomodo sit ab Anglis obtenta? 61

manuscriptum invenimus. Auctio 1. mōra  
Festino meos C A P V T. VII

*Iuste ne Angli Iberniā obtineant?*

**S**Atis est exploratum, quemadmodum Angli stat Ibernia potiti. Vnde etiam quantum in eam iuris habeant, facile colligetur. Ac mihi quidem rem totā sollicita mentis acie contemplati nihil iuris esse penes eos videtur. Prātereo quod iniustum, atque turpe causam adulteri, qui toros alienos contaminauerit, alius uxorem rapuerit, restituere noluerit, defendendam suscepserint. Supersedeo, quod expulsum in pristinum statum, & amissas sedes esse restitutum, non sint contenti, possessionibus, & fortunis alienis abusi: Omitto, quod in Catholicos, à quibus amicē excipiebantur, fraudem, & crudelitatem exercuerint: facio missum, quod ne sacrofancis quidem templis pepercérint.

Hoc vero constituo, quod eos omni iure, iustitiaque proflus priuat, Pontificis diploma fuisse falsa relatione surreptum, ut & que sit hoc in item, & posteriora summorū Pontificum rescripta, que huius robore nituntur, intalida, & nulla. Cuius rei minime leue argumentum est, quod tale, quale hoc est, nunquam Sedes Apostolica scienter concessit. Neque enim credi potest, animo Pontifici fuisse, Iberniā imperium transferre in externum, qui ad id nullo iure vocabatur, superstitionibus hæreditibus Iberniā ortis regio sanguine, regulis singularum partium, & Rotherico, qui totius insula Monarcha non nullis colebat. Hos viros Christianissimos, qui ne transuersam vnguem ab Ecclesia vñquam discesserunt, nam per prudentiam Papa haereditate abdicaret?

Num

Num Pontifex Angli creauerit Ibernia Domini causa dñimendi Ibernorum procerum controversias? Non namque similis rei mentio non sit in litteris, nec ratio est satis apta, cum ad id Henrici Regis authoritas minime susfecerit, Pontificis autem satis fuerit, cuius natu Iberni in ipsius Hibernicum & eius successores se posse sunt sedari. Vita 14.

An vero Christi Vicarius Iberiam ingrediendi potestatem Anglo fecerit causa dilatandi terminos ecclesiae? Psa quidem, & sufficiens haec ratio semper videtur; Sed Henrici Regis narratio vero misericordia cōsentanea, clavis semper Ibernia; postquam semel est ad fidem concessa, plitteris, & Religione Horuerit in numeris Divis nobilitata, ut insula sanctorum sit nuncupata. Archiepiscopis quatuor, & Episcopis triginta sex Ecclesiam ad ministeriaibus religiosorum ceteribus alisque diuino cultui dicatis Ibernum, nullius Heresies nota inusta. Quod si in ea Religionis sykendor minime lucebat, quod ob causam Adriani Pontifex Maximus pacisceretur, ut Henricus Rex Ecclesiastica iura sancta, & inviolata seruaret, ne Diuini Petri vogital intercesseret, expilareret, aut interceteret. Sed quia superioris sacris est ostensum, illam fidei Religionis, sanctitate, litteris, et studiis hominibus floruisse, in presentia minus est immorandum.

Tam vero, cum Rex Henricus in suo supplici libello assertur, insulas fide Christiana illustratas ad ius Sedis Apostolice pertinerere, cur nunc Semini Pontificis ius, potestateth, & imperium tam in insulam Britanniam, quam Iberiam Angli negant. Cum penes Christum Dominum, eius Vicarium in terra Petrum, & huius successores Romanos Pontifices in insulas, & continentem si mulius esso, compertissimum sit. Hinc igitur ignorabit nemo, Iberiam non iure, sed iniuria, & ratione

ratione minime vera, fuisse prius ab Anglis obtentam. Vnde Datus Laurentius Otuclus Dubliniae Archiepiscopus fecerit Summum Pontificem adisse, ad illum rem reculisse: ab eo imperiale diploma, quo Anglus Ibernia administratione abdicabatur. Ceterum rediens in oppido Callia, quod dicitur Aux grauim orbo præpeditus creatori spiritum reddidisse, ut opem, quam cupiebat, non potuerit patria fertre. Ipse relatus est in Diuorum falsos ab Honorio III. Pontifice Summo. Eius vitam litteris illustrauit vir quidam Augustinus, cuius nomen non extat, à Laurentio Surio relatus, ut acceperit. Vita 14. No. 6.

Sed fac, quod nequicquam verum est, ab Anglis, & Pontificis decretum tētē obtentum, neque postea revocatum, & Iberiam iure quæstam fuisse: postea tamen omnī iure plane exciderunt, conditiones à Papā dictas, constitutasque transgessi. Conditiones in decreto contentæ sunt haec:

1. Minimi restituti alijs A. Vt. missis erit alia Ecclesiæ limites dilatentur; apud R. mons. 2. Vitorum decursus restringatur; apud R. mons. 3. Mortes corrigitur, suplogi, acutis evanescunt; apud R. mons. 4. Christiana Religio augeatur; apud R. mons. 5. Dei cultus, & honor, & salus animarum sit. Maxima pars in ma. curæ, negligenter studiorum in plebs obirent. 6. Lura Ecclesiastica integra seruentur; apud R. mons. 7. Annuā pensio demaria, unius à singulis Regni dominis in amibus. Beato Petro solvenda non tollatur. Vita 14.  
Ecce nunc (Decimū superos, & orbem terrarum obtestor,) quam longè contra Angli admiserunt, & quotidie admittunt. Vita 14.  
Ecclesia sacra sanctæ fines non modo non ampliari fecerunt, sed longe angustius contraxerunt. Vita 14.

2. Vitia in gurgitem vastum auferunt.  
 3. Mores deprauarunt; & corropertunt.  
 4. Christianam Religionem extinxerunt.  
 5. Dei cultum, honorem, & animarum salutem non solum neglexerunt, sed oppugnant.  
 6. Ecclesiastica iura diminuerunt; & expilarunt.  
 7. Pensionem Divi Petri de medio sustulerunt.  
 8. Fidem Catholicam funditus delerunt.  
 9. Sacra profanaque miscuerunt.  
 10. Insuperos impias manus iniecerunt.  
 11. Nullam certam Religionem, nullam firmam Fidem: pro Deo ventrem, voluptatem, libidine colunt.

C A P V T . VIII .

*Léges, atque mores aliquot ab Anglis in Iberniam lata repetuntur.*

**H**is satis efficitur, ab Anglis Iberniam iniustè teneri. Reliquum est, ut hoc loci in medium prodamus aliqua exempla eorum administrationis, mores paucos, legesque nonnullas: quibus Ibernia rempublicam tum, cum Catholicici fuerunt, capessere statuerunt. Apud Iberos gentem in sacra tempula, sacerdotesque sincerissima religione mirandam erat longe maxime execrabilis, quod Angli Ecclesiarum sanctitatem aliquando iusto minus obliterabant. Autore Stanihursto Philippus Vigorniensis Anglus Ibernia ab Henrico Rege præfectus in ipsa quadragesima, tempore sacro, quo Catholicici, p[ro]i viri erratorum totius anni penitentiam agere solent, Ardmacadam primam Iberniam Metropolim adiens extorsit magnam pecuniam non solum à plebe, sed ab ipsis sacerdotibus, quos

*Ibernia quomodo sit ab Anglis olatea?* 63

quos exactionum immunes esse sacratissimæ leges stabiluerunt. In eius comitatu fuit Hugo Tirellus etiam Anglus, qui, cum ibidem sacerdotum gymnasium diripuisselet, indidem grandi magnitudine lebetem secum Dunū detulit, ubi eius diuersoriū noctu forte flagrauit, & postridie lebes integer inuenitur, oneratijs caballis, quibus vehebat, flama consumptis & Tirellus, quamvis terto Numinis perculsus lebetem restituerit, tamen infelici exitu periret. Quod illi Donensis Episcopus portendisse fertur. Giraldus Giraldinus, Killداریcomes, qui eōvsque Anglorum majorum suorum mores retinebat, Ibernia præfectus apud Henricum septimum Regem, & consilium Angliae coniunctus, iniisse consilium incendi ignem Casiliæ Archiepiscopalij templo, respondit, ideo se id decreuisse, quod pro re certa, & indubitate à quibusdam accepit. Antistitem tunc temporis in templo fuisse. Quo respōdo cum Regi, consilioque risum commouisset, absolutus dimittitur. Quod Stanihurstus inter Killدارij laudes refert. Alia non est, quid referam: longum fuisset dicere de molestissimis exactionibus, extortiōibus, de longa co[m]estatione, perpotatione, quas ebrietas, vomitusque sequitur, quas res plenè referre fuisse nihil speciosum.

Leges paucas recensebo, quas Angli Reges in Iberos tuluerunt. Principio incredibili cura, & severitate ius illud obseruabant, quo cauerunt, ut in Ibernia i[n] tantum, qui ex Angli ducebant originem, vel sub Anglorum imperio Iberniā adierunt, aut, ut breuius dicam, noui Iberni magistratus gererent: ciuilibus officijs sungerentur: & suffragia in senatu, quod Parlamentum nuncupatur, ferrent: veteres autem Iberni non aliter rerum publicarum gubernacula regerent, quam accidente extrinseca, quadam denominatione Physica, seu Ciuilis.

Civiliis iuris qualitate ipsorum Regum placito concedenda: Quæ Anglis quidem Denization Hispanis vero naturalizacion, mihi autem adscriptio in ciuitatem, seu municipalis iuris donatio nominatur. Itaque quadam iuris Anglici fictione antiqui Iberni non indigenæ, sed exteri nasci, & Hospites in sua patria esse reputabantur: perinde ac si externi, longeque gentium adsciti fuissent. Quæ lex iuri gentium, & naturali apertissime aduersatur, cum contrariam, ut in sua quisque patria ciuis, in alienis vero finibus hospes habeatur, diuina quadam prouidentia constitutam omnes gentes, etiam gentiles, & Barbaræ firmam, immutabilemque custodiantr. Dabant autem Angli Reges hoc ius Ibernicis vel pretio commutatum, vel pro meritis in se collatis, vel conferendis. Hinc (vt dicebamus) veteres Iberni primores ab Anglis Regibus non inaugurati, & noui etiam Iberni magnates veterum Ibernorum more creati iure ferendorum in senatu, vel Parlamento suffragiorum abdicabantur. Vnde deducitur, omnia Parlamenta in Ibernia Britannorum Regum autoritate coacta, deincepsque pristino more celebranda, prorsus irrita, infirma, iniusta, & violenta esse. Quod nemo animi sedati, & à perturbationibus liberi negauerit, cum ius ferendi suffragia, leges condendi, decreta prescribendi sit ablatum magnatibus Ibernicis veteribus, & nouis, penes quos maiorum more, gentium omnium exemplo, iure naturæ, rationis præscriptione esse debet (quemadmodum fuit primis temporibus, quibus Angli Iberniam capessere cœperunt) solumque proceribus ab Anglis Regibus creatis concessum, qui illis nec antiquitate, nec dominatu, nec opibus, nec viribus superioribus fuerunt. Nihil erat laudabilior illa constitutio, qua citra pœnam homicidij permittebatur Anglis, & Anglicis Ibernis

*Ibernia quomodo sit ab Anglis obtenta? 64*

Ibernis occidere veteres Ibernos ( quinqué familijs exceptis ) quamvis essent pacati, & Angli Regis tributarij, si Anglica ciuitate non fuissent donati: neque enim eo nomine aggressores rei homicidij, quod Angli felinium vocant, agebantur. Hac in re, si benevolas lector fidem nostram sequi sit cunctatus, adeat ( si placet ) librum, quem Fiscus, aut procurator Iacobij Regis Anglo sermone compositum in Ibernia typis mandauit anno Domini duodecimo supra millesimum sexcentesimum, hæc, & alia multa de sua gente non inficians. Fuit & illa ingeniosa Regum Anglorum techna, qua Ibernos partim decipiebant, partim metu compellebant, ut suarum rerum soli, vel immobilium dominium in ipsos transserrent per quandam imaginariam donationem, quam vocant Angli Surrender: summissionem, vel deditioinem vocem illam possumus interpretari. Fiebat autem hæc donatio hunc in modum. Verus Principatus, Comitus, Baronatus, virbis, eppidi Luminus à Rege rogatus, & iussis possessiones suas illi donabat, tamquam fiduciario tantum denatario, scilicet tacita, & impli- cita hac conditione, ut mox sibi, aut cum usura, aut certe sine diminutione redderentur. Eas Rex rufus restituiebat, donatorem quoque Comitis, Vicecomitis, aut alio titulo honestans, aut aliter illi gratias referens, aut saltem agens Ceterum contractui fraus inesse videtur, quia fiduciaria donatione celebrata, Reges sibi persuasum habebant, ius omne à donatore in se transferri: & in restitutione directum dominium apud se manere, & donatori tantum redditum redditum domi- niuum, vel usumfructum.



## C A P V T . I X .

*Iohannes Pontifex Maximus ad Angliae  
Regem de Iberniae administratione  
scribit.*

**O**b has, & alias iniurias vix unquam Reges Angli, quietam, & tranquillam Ibernam obtinuerunt, multis perturbationibus, atque rebellionibus quotidie concitatis. De quarum rerum parte meminerunt haec litterae Iohannis Summi Pontificis ad Eduardum Angliae Regem.

*Iohannes Episcopus servus seruorum Dei. charissima in Christo  
filio Eduardo Regi Angliae illustri salutem, &  
Apostolicam benedictionem.*

Paternum amorem ad tuae celstitudinis incremente, fili charissime gerimus, dum te ad ea, que iusto placeant iudici, tui regni terrarum, & subditorum tuorum sint opportuna quieti, & fame tua pariter, & honori prospiciant, sollicitis hortationibus inuitamus. Propter quod in ys persuasiones nostras deuota debes mente suscipere, & ad executionem illarum te paratum, & flexibilem exhibere. Ecce fili, quasdam recipimus litteras directas priuadem per Ibernicos magnates, & populum dilectis filiis nostris Anselmo tituli sanctiorum Marcellini, & Petri Presbytero, & Luca Sancte Marie in via lata Diacono, Cardinalibus, Apostolica Sedis nuncius, & pereos nobis suis interclusi litteris destinatas. In quarum serie vidimus inter cetera contineri, quod, cum felicis recordationis Adrianus Papa predecessor noster sub certis modo, & forma distinctis apertius Apostolicis litteris inde factis clara memoria Henrico Regi Angliae progenitori tuo dominium Ibernia

*Ibernia quomodo sit ab Anglis obtenta? 65*

Ibernia concessisset, ipse rex, ac successores ipsius Reges Anglia usque ad haec tempora modum, & formam huiusmodi non ferunt. An vero uantes, quinimo eos transgredientes indebitis afflictionibus, & ab Ibergrauaminibus inauditum importabilium seruitutum ipsos diutius nisi est oppresserunt. Nec fuit haec tenus, qui renocaret illata grauamina, Hericus aut errata corrigeret: non fuit, quem pia compasione, super eorum acceptus contritione moueret, quamvis super his ad te recursus habitus ut Deus, fuit, & clamor validus oppressorum aures tuas quandoque pulsus, anvit preuit. Unde talia ferre nequientes ulterius, coacti sunt, se a dominio fecitus suo subducere, & alium in suum Regem aduocare. Haec, dilectissi. Papa, & me fili, si veritate nitantur, tanto nimis infestiora nostris aris Diu accedunt affectibus, quanto desideramus intentius, ut tibi prospere. Petri col riora cuncta cedant. Circa illa versari sedulo debes, eaque prompt. lector? tis affectibus exequi, qua tuo sunt placita creatori, & ab omnibus abstinenre sollicitè, per que contra te debeat prouocari Deus ipse, ac Dominus ultionum, qui gemitus afflictorum iniustè minime dissipit, & propter iniustitias pecularem suum decicte describatur populum, & translationem fecisse Regnorum: Quādū etiam desiderabilius, ijs praesertim impacatis temporibus cupimus, te illis libenter intendere, per que tuorum corda fidelium ad tuam benevolentiam, & obedientiam debeat alluci, & illa prorsus vitare, quibus valeant à tua cultu deuotionis auelli. Quia itaque, fili, tua non modicum interest, huins noua mutationis vitare dispendium, quamplurimum expedit, ut haec non negligantur turbationis initia, ne illis periculoſè crescentibus serò medicina remedia præparentur, excellentiam Regiam sollicitamus attente præsentibus, sano nihilominus consilio suadentes, quatenus hec prudenti meditatione considerans, & cum tuo discreto consilio conferens super illis circa præmissorum grauaminum correctiōrem, ac reformationem, debitam, & festinam ijs, & modis de censibus sic sufficienter prouideri mandes, & facias: sic discriminationis principijs in hac parte obstatre procures, quod, & illi, per quem regnas, placere valeras, & te in ys efficaciter implente, quod debes,

debet, cuius aduersum te insta querelle materia conquescat. Per quod idem Iberni saniori ducti consilio tibi, ut Domino pareant, aus, si, quod adsit, in cœpta rebellione manere voluerint, causam suam in apertam iniustitiam, te apud Deum, & homines excusato, conuertant. Ut autem de prædictis grauaminibus, & querellis, quibus prædicti ienituntur Ibernici, tuis sensibus innoscent, ad plenum prescriptas litteras missas Cardinalibus ante dictis cum forma litterarum, quas prædictus Adrianus prædecessor noster eidem Henrico Regi Anglie de terra Ibernia concessit, tua magnitudini mittimus presentibus inclusas. Datum. &c.

## CAPVT. X.

*Iniqua Anglorum administratio, & cum Ibernis bella.*

**Q**UAMVIS his litteris Angli iniurijs breve tempus fortassis abstinerint, tamen vix unquam Reges Angliae, vel eorum præfecti Ibernos molestris afficere, & vexare omittebant. Ac, eum Ibernia primum sunt potiti, quam superbè, & auarè ceperint imperare, partim ex ijs, quæ diximus colligi, partim vix credi potest. Ob quod variæ sunt ortæ dissensiones, atque longo tempore transacto ingens bellum fuit secutum, quo veteres Iberni in quatuor densissimas sylvas abditæ se diu tutati sunt. Unde rufi serumpentes magnam stragem ediderunt: Anglos longe remouerunt: amissas sedes plerasque recuperauit præter oppida munita, possessionesque, quas sponte reliquerunt nouis Ibernis, quos consanguinitate contingebant, vel alij de causis seruare voluerunt. Quo tempore,

si paulo

Ibernia quomodo sit ab Anglis obtenta? 66  
si paulo magis vrgere, & nouis Ibernis suis non parceret, voluisserent, Anglicum iugum ceruicibus forsitan discussissent. Quæ occasio prætermissa postea sèpè peperit tumultus, & discordias inter Ibernicos, & Reges Anglos, in quibus veteres Iberni à suis nouis Ibernis, quos expellere noluerunt, impetebantur. Nec Ibernorum, tum veterum, tum nouorum cum finitimi domesticæ discordiæ defuerunt. Ita ab administrationis Anglicæ primordio res Ibernia se habuerunt, donec Angli in Christi Ecclesiam conspirauerint. Inde vero, quæ prosperè, quæque aduersæ facta sint, accuratius paulo sequentibus libris perse- quemur.



DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARRI IBERNI.  
TOMI. II. LIBER. II.  
*Hæreticæ tyrannidis summa.*

**Q**uemadmodum Angliae Reges cum Catholici fuerunt, Iberniæ gubernaculum nati Rempublicam magis euerterint, quam bonis legibus informauerint, expediuiimus. Nunc apta series referendarum rerum postulat, ut orationem vertamus ad eas calamitates tractandas, quas (ijs Regibus Christi Religionem auersatis) Ibernia pertulit. Quod ut pleniū, & ad vnguem percipiatur, prius hoc libro libandum fuerit, quam sint & Angli in Fide Catholica varij, lubrici, inconstantes; contra Iberni firmi, stabiles, fidi: & quomodò prælentes Hæreses post infectas magnas orbis Christiani partes Angliam inuaserint: & earum Ibernos inquinare cunctis viribus Angli nitantur, addita ad finem libri generali quadam persecutionis relatione vtili ad sequentium librorum cognitionem.

CAPVT. I.

*Quam sint Angli lubrica, & Iberni stabili Religione.*

Quam

*Hæreticæ tyrannidis summa* 67

**Q**VAM sit Angliæ regnum religione incon-  
stans nouitatis studiosum, erroribus contami-  
nabile vel cò poteſt colligi, quòd Angli, post-  
quam in Christianorum album nomen dederunt, per  
primos quingentos, septuaginta quinque annos septies,  
vel plerique, vel ex magna parte fuerint Catholicæ Fi-  
dei desertores, vt ex Ecclesiastica historia Bedæ vene-  
rabilis, & sancti viri liquidò conſtat.

Principio quidem circiter annū centesimum quin-  
quagesimum lexum ab ortu salutis nostræ, Christi,  
Eleuterio Pontifice Summo, Marco Antonio Vero, &  
Aurelio Commodo fratribus imperium obtinentibus,  
Anglia sub Rege suo Lucio fuit Fidei splendor-  
re perfusa. Sed Diocletiani, qui fuit creatus Impera-  
tor anno ducentesimo octogesimo sexto, & Maximiani  
tyrannide conculta primum à Christo duce descivit.

Quia persecutione cessante insula ſequatori concilia-  
ta tamen rufus Ariane vesaniae folidibus inficitur.

Tertio Pelagij ſui erroribus inquinatur.

Ab hac autem dementia redempta per Germanum,  
& Lupum Gallos Episcopos illum Altisiodorensis, hunc  
Tracassens civitatis, post horum redditum in Galliam  
eadem Hæresi reuirelcente, ſequi longe, late diffun-  
dente, quarto fecundatur.

Iterum eiusdem Germani, ſeu erique præfulum opera  
in pristinum statum Christianæ Fidei restituta, ciuili  
bus diſcenſionibus omni pene Religionis luce quinto  
deſtituitur.

Sed à Gregorio Magno Papa concionatoribus missis  
cum insula cæcos ſuos errores depoſuſſet, poſt tamen  
obitum Edelberthi Regis Cantuariorū ex Anglorū  
gente Tertij, & Saberthi Regis Orientalium Saxonum  
(populi ſunt in Anglia) eorum ſucceſſores cum ſuis, &

alijs sexto deficients idola colere cœperunt Mellito,  
iustoquè Christianæ veritatis assertoribus in Galliam  
*Idem lib.* relegatis.

*1.c.5.* Deinde cum Bonifacij, & Honorij Pontificum ma-  
ximorum tempore Fidem receperint, Ostichus & Lan-  
fridus Reges Eduini Regis successores rursus neglectis  
Christi sacramentis idolorum cultui sese polluendos  
*Bed.lib.* septimo deuouerunt.

*3.c.1.* Denique vniuersa fere insula conuerta per Ibernos  
Aidanum Episcopum, Fursem, & alios quamplurimos  
*Bed.lib.* Christiana fuit anno post redemptoris exortum sep-  
*3.c.3. &* tingentesimo, trigesimo primo, quo Beda historię suę  
summam manum imposuit.

*19. & li.* Hinc quomodocumque res Angliae fuerint per an-  
*5.c.vii.* nos plus quadringentos, illud in orbe Christiano fuit  
valde execrabile exemplum, quod sanctus vir Thomas  
Archiepiscopus Cantuaria, Primas Angliae fuerit à Sa-  
tellibus Regis Henrici secundi impié ferro confes-  
sus.

Sed execrabilius, & inexpiabilius est, quod Henricus  
Octauus Rex se ab Ecclesiæ Catholicæ ductu, & obe-  
dientia subduxerit anno nostræ salutis millesimo quin-  
gētiſſimo trigesimo ſecundo, & anno millesimo quinque-  
tiſſimo trigesimo quarto caput ecclesiæ in ditione ſua  
renunciari, & colli iuſſerit: Episcopū Rosensem, Thomā  
Morum, Catthusia nos religiosos, alios Ecclesiasticos, &  
ſeculares huic furori ſubscribere renuentes crudeliter  
occiderit: totam propemodum Angliam in ſuam de-  
mentiam compulerit: Religionem Catholicam fundi-  
tus euerterit: ſuperis bellum indixerit: inexpiatus ē vi-  
ta mafere diſceſſerit.

Necminus ſceleris eſt, quod Anglia ab hac tyranni-  
de Hæresi in Fidei Catholicæ libertatem opera, &  
virtute

virtute Mariæ Reginæ vindicata, rursus anno millesi-  
mo quīngentesimo quinquagesimo nono Duce Eliza-  
betha Regina ad pristinum vomitum redierit, vt du-  
bites infidelitate ne constantior, an Fide inconstantior  
ſit hæc gens. Iberni verò quam ſirmi, ſtabilesque ſint in  
Religione Catholica, ex ijs, quæ ſuperius oſtendimus,  
ſatis aperté conſtat, cum ab orthodoxa Fide, Pontifi-  
cumque Summorum ducu, & imperio nunquam ſele  
ſubduxerint: neque hodie ſubducant, cum perfecutio  
eſt longē maximè vehemens, & atrox. Quod prætantis,  
atque rare fidei ſignum eſt apertissimum, vel Nasone  
Poeta attenteſte.

*Scilicet ut fulum ſpectatur in ignibus aurum:*  
*Tempore ſic duro eſt inficienda fides.*

Quæ hominum Fides, Religio, conſtantia quanta ſit,  
quam præclara, mira, ſupraque mortalium vires histo-  
ria præſens ob oculos proponet. Ad cuius faciliorem  
cognitionem interefit, vt breuiter attingamus, quemad-  
modum Hæreses hodiernæ, quibus magna pars Europæ  
flagrat, natæ ſint, & Angliam inuaferint. Vnde mani-  
festius apparebit, quomodo in Iberniam impetum fe-  
cerint.

## CAPVT. II.

*Tempeſtatis huius Hæreses quemadmo-  
dum Religionem Christianam  
inuaferint.*

**M**artinus Lutherus homo perditus, atque fla-  
gitiosus Religionis institutum deſerens, & fi-  
lias duas ex religiosa religiosus ſuſcipiens ex-  
crabiles, atque mortiferas Hæreses populo Christiano  
persuadere cœpit. Quo nefario ceptō minime deſtitit,

etiam excommunicatione verberatus à Leone Decimo Pontifice Summo anno millesimo quingentesimo decimo octavo usque ad millesimum quingentesimum quadragesimum sextum, quo subita morte fuit raptus. Ab hoc ignem Ecclesiæ Dei iniectum Caluinus, & alij auxerunt, quibus se socium prebuit Henricus Octauus Angliae Rex deserens sacrosanctam Christi Religionem, pro qua contra Lutherum anteā librum scripsit. Hac horribilium, atque Tartararum opinionam faculā per hos Hæresiarchas accensa, omnia fere Christiani orbis regna, vel omnino, vel magna parte arserunt, si solum demas Italiam, Hispaniam, Indias, ad quas nuper est fides translata, ceterasque Regis Hispaniae ditiones, quas Hispanorum constantia, religio, ferrum in officio, fide, & Apostolicae Sedis obedientia continuit. Ob has nouorum dogmatum dissensiones, atque perturbationem Principes ad arma excitantur: oriuntur bella, prælia cruenta committuntur, exercitus delentur, magnanimi duces occiduntur, oppida, & arces expugnantur, ciuitates, & res publicæ evertuntur, regna exciduntur, ima, & summa miscentur. Ceterarū gentium prospera, vel aduersa facta à claris ingenij felici stylo condita æternis litterarum monumentis manda memorantur Ibernia solius res, quæ hactenus in tenebris delitescunt, ab obliuione hominum, & interitu vindicatas in lucem, & orbis terrarum conspectum proferre, nostrum est institutum. Ad quarum rerum intelligentiam de Henrico Octavo Angliae Rege calamitatis huius auctore, eiusque filiis Eduardo, Maria, & Elizabetha, & Iacobo etiam pauca generaliter hic perstringenda sunt.



## CAPVT. III.

Quemadmodum Rex Angliae Henricus in Hæresim lapsus post Religionem in Anglia extinctam in Ibernia Fidem Catholicam tentauerit oppugnare, & quid eius filij, & Iacobus Rex fecerint?

**H**enricus quidem ea mente fuit, ut Catharinam Catholicorum Regum filiam ob formæ speciem cognomento pulchritudinis decus, pictatis exemplum vxorem suam legitimam repudiaeauerit, postquam ex illa filios duos, marem, & scemnam sustulit: & eius loco nefaria copula sibi coniunxerit Annam Bolenam filiam suam (ut putatur) quam ex coniuge Thomæ Boleni peregrè missi interea adulterino concubitu suscepisse creditur. Quam ob ingentem fecunditatem, & exemplum omnium seculorum inter Christianos maxime execrabilē à Summo Pontifice reprehensus, & ad penitentiam monitus saluberrimis exhortationibus obstinatione fit: & Tartareo furore percitus anno 1532. ab Ecclesia Catholica desciuit, exorsus Sacrosanctam Christi Iesu religionem, & orthodoxam fidem in Anglia delere, Catholicos sedibus expellere, perdere, interficere, noua dogmata asciscere, & amplecti. Anno 1534 iubet se Ecclesiæ caput, & Principem intra suos fines coli, & subiectos homines notioris nominis cogi, ut principatum ipsius Ecclesiasticum iure iurando confirment (quemadmodum clientes solent principum)

principum suorum dominium temporale praestito iumento fateri) atque renuentes assensum prebere Episcopum Rosensem, Thomam Morum, Carthusianos religiosos, & alios summo suppicio affici. Alijs Anglis vel assentientibus, vel segniter renitentibus, vel fugientibus in Anglia Catholicæ fidei splendor extinguitur.

Quia vero in Iberniam non aliud ius habuit, quam quod Sedis Apostolicae tributo colligendo exactor, vel, ut alij volunt, Domini titulo Ibernæ praefectus erat a Pontifice Summo, ius nouum comparare, seseque Ibernæ Regem facere conatur. Itaque fertur duos magnates Iberos conuocasse, & compulisse, ut ius suum ad regni sceptrum in ipsum transferrent per quandam imaginariam, & conditionalem donationem, quam superius declarauit, & hic etiam repetere libertatem fuit huiusmodi. Duo illi proceres a rege rogati res suas omnes, maxime soli illi donarunt, interposita tacite ea conditione, & lege, ut statim sine diminutione sibi redderentur. Rex conditionem accipiens donatoribus rursus res restituit, statuens cum animo suo utile tantum dominium, vel vsum fructum fuisse redditum, directum verò dominium, atque ita ius ad regium stemma Ibernæ penes se remansisse.

Sed Magnus Odonellus Tirconellæ Princeps vocatus, ut hanc donationem faceret, Regem in Angliam adire noluit, quem alij optimates imitati sunt Caterum Richardus Stanhurstus in illa historia, quæ est apud bonos patræ authoritatis, litteris mandauit, Ibernæ Parliamentum anno 1541 consensisse, ut Henricus Ibernæ Rex appellaretur. Vnde sequenti anno X Kalendas Februarias editio promulgata Henricus se Ibernæ Regem renunciari imperauit, non animaduertens, quam iniuste id fecerit multis de causis: quod illa do-

natio,

natio, in qua fraus inerat, quæ metu fuit facta, fuerit inualida, & inutilis: quod illi duo primores Iberni non potuerint, etiam si vellent, regni ius in alium transferre, cum ipsi non plus iuris, quam alij multi habuerint: nec etiam magnates possent Iberniæ externum Regem creare sine populi consensu, & forsitan Summi Pontificis autoritate. De Parlamento nihil est, quid dicam: nam constat, omnia Parlamenta Regum Angliae imperio in Ibernia conuocata esse omnino infirma, cum illis non intersint veteres Iberni optimates.

Nihilominus, quasi iam non seculare imperium, sed etiam Ecclesiasticum, & sacrum ius adquisiuisset, & in Ibernia Ecclesiæ caput, atque Princeps foret, per Ibernam quoque totam non aliter, quam per Angliam, voluit Ecclesiasticas immunitates frangere: sacerdotes de medio tollere: Religionem Christianam profus extinguerre: sacra, profanaque miscere. Aquamente non abhorruit filius eius adulterinus Eduardus, cuius tutorum, & Anglici consilij insanum consilium cuncta sancta, & sacra cuertebat. Eas tamen cogitationes repressit Henrici legitima filia Maria Christianissima Regina, quæ post fratris obitum Philippo II. Hispaniarum Principi matrimonio collocata brevi regnauit, vita defuncta anno 1558. decimo septimo die Novembri annos nata quadraginta tres. Post cuius interitum Elizabetha soror ex Anna Bolena nata anno sequente renunciata regina decimo sexto Ianuarij paternum incendium a Maria Regina extinctum, & sepultum excitat, & auget. Huius ardentissimæ facultæ iussu post extinctâ rursus in Anglia Ecclesiæ Catholicæ in Iberniâ quoque Anglorū Hæresis graffatur. In Elizabethæ ad Orcum rapte locu accitus in Angliam

Angliam Jacobus Steeuuardus Scótia Rex anno 1603.  
Hæreticam tyrannidem nouis atrocitatibus exemplis  
auxit, & amplificauit. Quorum truculentia hæc summa  
quædam est.

## CAP.VT. IIII.

## Generalis tyrannicæ persecutionis relatio.

**I**N Ibernia principio ab Anglis hæc scelerata committuntur. Christus redemptor in sacrosancto Eucharistia sacramento realiter præsens ex ecclesijs, & vulgi conspectu depellitur. Mox sacræ imagines di-lacerantur. In sacerdotes tyrannidis exempla eduntur. In omne genus Catholicorum sequitur. Tempa equorum stabula, vel profana palatia habentur. Ecclesiastica vestigalia sceleratissimis Hæreticis adiudicantur. Res omnes cultui diuino nuncupatae vertuntur in profanos vsus: sacerdotib⁹ Lutherani, Caluinistæ, & id genus sexcenta Hæreticorum secepsæ succedunt. Fides, Religio, pietas opprimitur. Voluptas, libido, seculi, Hæresis extollit. Quorum sceleratum nutrit⁹, & tutrix Elizabetha meritò fuit à Pio. V. Pontifice Maximo Hæretica pronunciata anno 1569. V. Kal. Martij (ut placet Michaeli ab Isselto) & ei regnum adiungendi potestas alijs facta. Hinc à multis Ibernis sapè capiuntur arma pro religiosis iure: omnia ferro, & flamma devastantur, & corrumpantur. Quibus procellis, atque fluctibus, quot Iberni propter Christi legem perierint superi norunt. Nam in bello neque pueris, neque seminiis hostis ira interdum parcerat, & in pace in sacerdotes, & res sacras violenta manus impie iniiciebantur. Hominum secularium numerosa multitudine relicta, referam præsules aliquot, & sacer-

## Hæreticæ tyrannidis summa

71

& sacerdotes Ibernos, qui pro lege sui redemptoris obseruanda spiritum effundere, non recusarunt. In eorum fastis hi collocantur.

Iohannes Trauersius sacræ Theologiæ doct̄or crudeli morte affectus.

Richardus Crauæus, vel Omelcrebhus Ardmachæ Archiepiscopus, Iberniæ Primas in carcere, & vinculis mortuus.

Patricius Ohelius Moyoæ Episcopus Franciscanus religiosus laqueo strangulatus. de exercitu Comit⁹ Ruth Gallonij L. 6. Ap. 2. 1585

Connatius Orruarkus sacerdos religiosus Franciscanus laqueo suspensus.

Dermysius Ohurlius Archiepiscopus Casiliæ post ingentes cruciatus paribulo suspensus.

Gelatius Oculennanus Ordinis Diui Bernardi Balliæ Abbas suspensus, & festus.

Huon Omelkeranus sacerdos eodem supplicio affectus.

Edmundus Macgabharanus Iberniæ Primas, Archiepiscopus Ardmachæ ab Hæreticis equitibus hastis tractus.

Raymundus Ogallachur Dirij, vel Luci Episcopus ab Anglis bipennibus confosus, & capite truncatus annum circiter octogesimum agens.

Pater Iohannes Omagaunus, alias Cornelius sacerdos è sacra religione societatis Iesu in Kenalmea populo Ibernia natus nobilibus parentibus ex illustri familia Omagaunorum, qui iuuenis in Angliam cum parentibus proficisciatur, indeq; Rœmam, religionemq; professus, & sacris ordinibus initiatus in Angliam reverlus propter fidem Catholica suspensus fecatur anno 1594. unde multis Anglus fuisse falso creditur.

Eugenius Makeoganus Sacerdos, Doctor Theologus,

gus, Episcopus Rosæ designatus multis gladiorum icti.  
bus dilaceratus.

Dermyssius Maccartha presbyter suspensus, & secessus.

Dominicus Ocalanus religiosus laicus e societate  
Iesu simili suppicio affectus.

Bernardus Macmorirtus morte affectus.

Donatus Macrriedius tractus equi cauda, suspensus,  
& secessus.

Cornelius Odubhena Duni, & Conoriæ Episcopus  
suspensus, & secessus.

Patritius Oluchranus sacerdos eadem morte per-  
emptus.

Ludouicuſ Olabertagus sacerdos interfectus.

Connatius Okienanus sacerdos occisus.

Iohannes Makonnanus sacerdos laqueo suspensus.

Bernardus Ocarullanus sacerdos auribus amputa-  
tus, & strangulatus.

Daniel Oharcanus sacerdos in carcere, & vinculis  
mortuus.

Patritius Odirius sacerdos suspensus, & scissus.

Odirius sacerdos strangulatus, & secessus.

Donatus Olluinus Dominicanus Prior nonagesi-  
num annum agens suspensus, & secessus.

Thomas Giraldinus Franciscanus religiosus concio-  
nator clarissimus diu carcere vinculisque retentus, &  
tandem mortuus.

Ex plurimorum numero hos ego in presentia me-  
moria teneo, de quorum aliquibus suis locis fuisse  
agam. Nunc quibus iudicijs, atque ministris in Iberno-  
rum peraiciem Angli vtantur, dicamus.

*Quibus iudicijs, & Ministris utantur An-  
gli in Ibernia in Catholicorum excidium?*

**C**rebro celebrantur Anglis in Ibernia conuen-  
tus, vel concilia, quas ipsi vocant Sessiones. Ea-  
rum duo genera sunt: Alteræ, quæ generales nun-  
cupantur, bis in anno in verbis maioribus, nobiliori-  
busque coguntur. Quia verò in his nec de rebus omni-  
bus, nec de singulis personis iudicium reddi potest, al-  
tere trimestres nominatae quater omnibus annis in  
singulis totius regni tribubus, quæ Anglis comitatus  
vocantur, habentur. O quam squalidam tunc, & lugu-  
brem terum faciem conspiceres: de viris amplissimis,  
de constantissimis quibusque Catholicis præter omne  
humanitatis exemplum, contraria cunctas sacratissimaru-  
legum sanctiones agitur ea præcipue causa, quod nolunt  
deserta Catholica religione, dogmatibus Hæreticorum  
subscribere.

Frequens est etiam Anglis in his sessionibus quod-  
dam iudicij genus, quod ipsi questionem vocant. Idque  
hunc in modum usurpat. Quæritur, sit ne Philippus  
v.g. homicidij, furti, vel læsæ Magestatis tens: Hæc  
causa viris duodecim ditimenda committitur, qui  
legibus Anglorum debeant esse municipes, vel ciues  
viginti saltem argenti libras vestigales habentes, nec  
dispari conditione cum reo; ne in nobilium caput ple-  
ber animaduertant. Illis potestas pronunciandi deli-  
beratiæ tantum, sit ne Philippus propositi crimi-  
nis reus, demandatur. Facultas autem ferendæ  
iudicij

iudicialiter sententia Hæretico iudici reseruatur. Cuius iudicij forma hodie ab Anglis saltē in Ibernia corrupta est: namque tam viris duodecim, quam iudiciis discutiendi, & examinandi litem, verique indagandi negatur: cum reus (de Iberno loquitur) nec testes producere, nec patrocinio causidici, vel iurisperiti adiuuari, nec ope procuratoris uti possit: & auctore tantum accusante, vel uno teste, etiam inimico, vel corrupto, incognito, & infami sit Anglorum more damnandus. Præterea duodecim viri in conlaui clausi non prius dimittuntur, aut cibum, sive potum capere possunt, quam inter omnes conuenit, nisi cum Hæreticis indulgetur, cum quibus minimè conuenit Ibernis, quando simul miscentur causam Catholicide capite, vel forunnis perclitantis iudicaturi. Tunc enim conuentu dimisso Catholicii multantur, nec tunc tantum, sed etiam creberimè, cum reum præter Anglii iudicis voluntatem cōmuni calculo absoluunt. Huic iudicio Catholicii cum subiiciuntur, callidus Hæreticus talibus verbis interrogationem concipit, ut vix dolum effugere possint. Philippus v.g. cum nolit iurisurandi religione confirmare penes Angliæ regem esse summum in ecclesia Christi imperium intra fines regnum, quæ possidet, interrogantur duodecim viri, virum edicti regij sit reus? Ecquis est, qui dubitet, quin sit reus, cum rex edixerit, ut omnes sacramento rogentur, sc. maximum ecclesiasticum imperium obtinere, & Philippus hoc iuramentum præstare negauerit? Ceterum quis somniauerit crimen cōmisisse, quod sit tam nefarij edicti reus? Quis enim est aut laude, præmioque dignior, aut supplicio indignior, quam is, qui tam strenuum, atque constantem Christianum se gerit, ut nullo pretio, nullo cruciatus, nulla via ducatur, ut tantum in Deum scelus ad-

admittat? Quid enim (per Deum immortalē rego) potuit absurdius, & stultius mente cogitari, quam Hæreticum esse Ecclesie caput, qui nec Ecclesie manus, nec pes, nec aliud membrum est, ab eius gremio, & societate, fideliumque albo Hæresi, & anathemate removetus? At si ita responderent viti duodecim, reum fringere edictum quidem transgressum, non tamen eo casu crimē cōmisisse, quod edicto non teneretur, hæc sola violati editi confessio sufficeret, ut Hæreticus index libidine sua in reum baccharetur. Quam iniuritatem duodecim viri declinare cupientes, non ad interrogati formam soliti sunt præbere responsum, sed aut amphibologicis, & dubijs, aut generalibus verbis reum profertunt esse nec pena dignum, nec criminis consciūm, quamuis sciāt esse se vel ad incitas multis redigendos, vel in exilium mittendos, nec tamen Catholicum à se absolutum deinceps in regno per Hæreticos tutō, & liberē futurum.

Verum ne villo modo liberetur reus, iam ea corruptela inualet contra ipsorum etiam Anglorum leges, & huius astus naturam, ut duodecim viri eligantur Angli, sive Scotti alienigenæ, sive omnes, sive plures, quam Iberni, aut certè tot, atque illi, quamvis sine conditione longè inferiores reo, obscurissimi, & abiectissimi, interdum, vel metu territi, vel pecunia corrupti: nec municipali iure frui debeant: neque virginis libras argenti habeant vestigales.

Quod si reus renuat hoc iudicium subire, id culpsat, & super esse reputatur, ut vita priuetur, imposito grauissimo pondere, seu patibulo, vel alio supplicio. Nihilominus, quia Fisco bona eorum, qui duodecim virum iudicio damnantur, addicuntur, quamplurimi eorum æquitati diffisi potius eligunt incunctanter

regij iudicis sententia periculum facere. & eius iudicio spiritum effundere, bona suis relinquentes; quam se fortunasque suas simul iniquissimum hominum arbitrio pericitari: & id saepius factitare, cum non propter delictum, sed ob possessiones sibi admendas, cognoscunt in se animaduerti. Ita ne in Anglia iudicium hoc exerceatur, non dispiro. At in Ibernia in Catholicos ita usurpati, possum tutissima conscientia confirmare. De eo nos haec fusiis nostra breuitate diximus, ut quod in omnibus sessionibus, & contra plerosq; Catholicos reos, usitatissimum est: cuiusque saepè mentionem facere, necesse erit, semel exacte explicatum ad vnguem percipiatur.

Iam de iustitia ministris, qui ad Catholicos vexanos sunt constituti, videamus. Præter Proregerem, regios afflesores, vel consiliarios, Momoniarum, reliquarumq; prouinciarum Praefectos: præter ordinarios iudices, qui in oppidis principalioribus iudicis præfunt: præter regios Fiscos, iudices, quos vocant Pacis, & alios non paucos, in singulis tribubus, vel comitatibus sunt duo iudices, quorum alter Shiriffus, alter Subshiriffus nuncupatur: ille maior, hic minor est. Shiriffs quoque iudices, alios, quos appellant Balios, in omnibus tribuum populis delegates habent. Ac etiam insulam totam iustrant quater in anno iudices alii dicti Commissarij: quibus potestas cognoscendi de rebus omnibus committitur. Quid memorem plures? Hi, & alij, omnes audacia forentes, scelus anhelantes, pestem reipublicæ nefarie molientes eò nervos omnes, & cogitationes intendunt, ut sacerdotes fugent, capiant, occidant, & Catholicos omni vi, iniuria, clade labefactent. Quod ut facilius consequantur, longa semper habent in suo comitatu, & amicitia sceleratissimorum hominum

num agmina: & hac nequissimorum, atque perditissimorum hominum sentina nihil malum, vel sceleris fungi, aut excogitari potest, quod non in Catholicos concipiat.

## CAPUT. VI.

*Quomodo Iberni potuerint tam immanem persecutionem sustinere, & Hæretico-rum iugum non discusserint?*

**T**antam autem, tamque inauditem, & diuturnam tyrannidem, quæ Fides Catholica premisatur, multi saepè mirati sunt, quemadmodum hec insulatanta constantia, tamque inuicto animo sustinuerit, ut Fidem semper puram, suacramque seruauerit. Cuius ergo causam non, nisi diuina prouidentia, & miseratione adscribendam arbitror. Neque enim hominum vires potes esse credo, tantam immanitatem perfette, & vincere, nisi à Deo optimo, Maximo præcipuo quodam munere adiutas: à quo Diuus Pascitus Iberniæ Praeses fertur impetrasse, né in ea vñquam Fides Catholica delectetur. Præterea, quod Iberni prosperis, & integris rebus Religionis Catholicae fuerint obseruantissimi, nunc illis affectis diuersis aduersa fortunæ istibus, & obruciis tot æruginosum cumulis Deus religionē diuinitus conseruare videtur. Neque egopossum aliam huius rei rationem reddere, diuine mentis atque sensus altius scrutari non ausus.

Dificilis est & illa quæstio, cū Iberni sint Catholicí constantissimi, artibus belli præstantes, saepè pro Dei legi multi ferrū suscepserint, cur tamen per annos

amplius octoginta iugis Hæreticorum colla retrahere non potuerint. Quippe huius quam dubitationis explicatio partim recondita est. Numini, non mortalibus explorata. Qua tamen parte conjectura nostra potest solui, ego meam sententiam proferre non grauabor.

Sicut hac miserrima tempestate Hærcis, & spretæ fidei scelus multas orbis Christiani regiones inuasit, ira alia flagitia, his quidem minor, iatibus tamen magna, & grauia peccora Ibernorum occuparunt. Hæc sunt, ambitione, inanis gloria, & homicidium. Priscis quidem temporibus Iberni Catholice fidei splendore laetati fuerūt incorrupti, & integri moribus, recti, iustique cultores. Sed iam olim inaudita cupiditate obtinendi possessiōnēs amplias, & in sua quisque familia principem locū, arserunt. Hinc contentiones, odio, bella domestica, præda, depopulationes, &c. id genus sexcenta mala secuta sunt. Neque enim modo noui Iberni veteres impetrabant, & ab illis mutuò impetrabantur, sed noui nouos, & veteres alij alios, & plerique magnates finitimos impugnabant ac etiam consanguinei, siveque fratres de partis terra iugeribus, de alijs possessionibus, de contumelia, de iniuria ferro experiebantur, alij aliorum vitæ minimè parcentes. Hinc cum hominū peccata regnū excidiū soleant afferte, æquo, iustissimoque Dei iudicio permisum est, vt, qui ob bona terrena tam iniusti, crudelēs, & impij alij in alios fuerunt, ijdē rebus omnibus ab alijs iniuste, & crudeliter exuantur, quia aliena appetiuerunt hi suā amittant: qui fortunas iuste dividere, & partiti noluerunt, hi nullam partem fortunam retinēnt: qua terra domesticorum, consanguineorum, fratrum cruento tincta est, eisdem illa adempta ab exteris possideatur: & qua misericordiam maxima est, in discrimen deserendi Religionem Catholicam.

Deique

Deique cultū ob hæc peccata sint deducti. Quid autem ego hæc crimina diuulgo, si cui forsan meorū grauis, & molestus fuero. hanc (obsecro per Deum) veniam det mihi, cuius est non minus virtutes, quā vitia referre, vt illæ laude efferantur, hæc supplicio, salem posteritatis iudicio puniantur. Ac eò quidem hæc tacenda minimè duxi, vt qui supersumus Iberni, acerbū flagellū, diuinamq; vindictam experti, errata corrigamus: posteri maiorū suotū ruina territi auersari vitia, virtutes colere discant: exteræ gétes Ibernorū exemplo motę timeant. Nuninīs iram prouocare: & quæ iam prouocauerint, citò penitentiā agant. Nā licet, fuerint Iberni animi, corporisque robore præstantes, rei militaris scientię periti, in bello constantes, in prælijs felices, & steterint ab æquissima causa: tamen, quod suis peccatis Deum iratū, & infensum habuerunt, hostibus sxpē numero vicitis infausto euentu belli victores deniq; visti succubuerunt, alij ab alijs impugnati, & profligati: constitutum enim est, vt omne regnum in seduisum defleatur. Neque enim rarius inter ipsos Ibernos bellum oriebatur, quam ab eisde eum Anglis gerebatur. Dumque Iberni, & Angli belligerabant, Iberni plerique partes Anglorū (ea erant insania, & cœxitate mentis) se quebantur, vsque ad illud magnū, & acerrimum bellum, in quo etiam minor pars Ibernorum ab Anglis defecit. Quod inferius fusē docebimus: & quibus de causis Catholicī fuerint moti, & decepti, vt contra Catholicos Hæreticis opem ferrent. Si enim omnes Iberni in Anglos conpirassent, vlo sine negotio possent Hæreticorum iugum ceruicibus discutere: vt Angli ipsi communi assensione fatentur. Hæc de persecutione, rebusque Iberniæ generaliter diximus, vt ea, quæ scribenda supersunt, facilius intelligantur.

D. O M I N I  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARRI IBERNI.

T O M I . II . L I B E R . III .

De varijs Iberniæ euentis sub Henrico,  
Eduardo, & Maria regibus.

**I**bro proximo generalem quandam totius Iberniæ cladis, & Hæreticæ Anglorum tyrannidis faciem depinximus: Quæ, velut argumentum, & præludium ad cætera, quæ reliquo opere tradenda sunt, intelligenda lucem, & claritatem affert. Hinc verò singulas res relatu dignas ordine suo digerentes percurrere auspiciabimur. Ac præsente libro, quæ memoria tenemus ex his, quæ sub Henrico, Eduardo, Mariaque regibus in Ibernia sunt acta, referemus.

C A P V T . I .  
Quid actum sit in Ibernia de Ecclesiæ  
bonis?

**H**enricus Octauus nomine Teder Angliæ Rex, vbi se Regem Iberniæ iussit appellari, ut superius demonstrauimus, ius etiam Ecclesiarum Iberniæ ut Ibernorum consensu in se transferretur, cu- rauit, non aliter quam Angli fecerunt. Cui rei cum Iberni

De varijs Iberniæ euentis &c. 76

Iberni intercessissent, ille conatu deieatus, saltem Sedi Apostolicæ vt ius illud adimeretur, conatus est. Itaque Principibus Iberniis imperauit, vt sua quisque ditionis, Ecclesiæ obtineret, Ecclesiasticis expulsis, Iberni proceres, exceptis paucis, & fortassis uno, vel altero, Ecclesiæ, & Ecclesiasticos in pristino statu cōseruare studuerunt. Vix ullum inuenies veterum Ibernorum optimatum vestigalibus Ecclesiasticis abusum. Quos imitati sunt omnes propemodum magnates noui, qui veterum Ibernorum moribus, atque legibus vixerunt, vt Giraldini, Burkii, & alij. Verum aliqui ex Primoribus Anglo Iberniis, vel qui Anglorum consuetudinem retinuerunt, Ecclesiæ bonis suas possessiones auxerunt, & si cætero quin Catholici fuerint. Nouas verò hæreditates ex Ecclesiæ substantia sibi compararunt Angli, & etiā Anglo Iberni inopes, & obscuri, qui Ecclesiastica iura, vel emerunt, vel beneficij loco sunt assecuti à Regibus Angliae, vel alio modo adquisierunt. His demptis, cæteri Iberni probi, & honesti viri, maxime Princes Ecclesiæ sanctas spoliare, violentasque manus in sacra iniijcere, minime sibi tutum fore existimarunt.

Mirum est, quod Rolando Eustatio Killchulinnæ Vicecomiti accidit. Is, cum alioquin fuisse Catholicus bonus, & pius, tamen (vt accepi) monasterium Ordinis Diuini Bernardi sibi adjudicauit: nec diu post quiete vidit quendam sibi minitantem, & carmen Ibernicum referentem, cuius haec est sententia. Tua cupiditas inuadendi possessiones Ecclesiæ relinquet in seruitute tuos pagos, & faciet, vt tua stirps pereat omnis, vt frondes ex alto præcipitio cadentes. Id ita nactro quoque nos proculimus.

Quæ ius Ecclesiæ peruersit auara cupido,  
Illa graui pagos opprimet ære tuos:

K 4

Et dabit,

Mainis.  
fir an  
Beala.

Et dabit, vt subitò scobles tua corrunt omnis,

Vt folia aero præcipitata loco.

Quod ita plane contigit Nam Iaimus Eustatius Vi-  
cecomitis Rolandi filius, & hæres ab Anglis cum alijs  
suæ familie gradu deiectus exul diem obiuit, vt inferius  
indicabimus.

## C A P V T . I I .

*Religionem Catholicam delere Reges An-  
glicæ; conseruare Iberni magnates  
nituntur.*

**I**Taque Principes Iberni, ijs, quos diximus, exclu-  
sis, cum Ecclesiæ minimè inuasissent, sed potius  
Ecclesiasticos conseruassent: illas polluere, hos per-  
dere, Religionem Catholicam extinguere moliti sunt  
Angliae Reges Henricus, & Eduardus. Quæ facinora  
prius exerceri cœperunt in regijs vrbibus, & oppidiis.  
Inde in Principum ditiones Hæresis incendium pro-  
gredi audet. Cæterum his fuit semper fixum, atque de-  
liberatum Religionem Catholicam tueri, sacerdotes  
protegere, Hæreses auersari.

## C A P V T . I I I .

*Principes Ibernos Religionem Catholi-  
cam seruantes Angli sensim delere  
constituunt.*

**H**Vnc Ibernorum optimatum erga Catholicam  
Religionem fidum, & constantem animū cum  
Angli explorassent, communemque rebellio-  
nem, timuissent, eos sensim, & sigillatim delere cœpe-  
runt,

## De varijs Iberniae euentis &amp;c. 77

runt, varias excusationes querentes, quibus significaret,  
se nō de religione, sed de alijs crimini bus, maxime lęsa  
Magestatis cū illis agere, ne alij ab alijs adiuuarentur, si  
caula cōmunis, & religionis videretur: persecutionem  
semper minuentes, dum ferro res agebatur, sed armorū  
vacatio cum dabantur, ad pristinam truculentiam augen-  
tes. Partim hac calliditate, partim domesticis bellis, quæ  
alij cum alijs gerebant, Catholicorum vires extingun-  
tur. Clarissimos eorum, qui hac lite, vel pericunt, vel  
contenderunt, eorum aliquas res gestas, ruinamq; re-  
feremus temporum ordinem sequentes.

## C A P V T . I I I I .

*De Osulleuano Bearræ, & Beantriæ  
Principe.*

**P**Rincipio dux Anglus instructa naui Hispanos  
mercatores, atque pescatores, qui Dumbeam portū  
frequentabant, inuadit diripit, capit. Illum secu-  
tus armatis aliquot nauibus annus meus Dermysius O-  
sulleuanus Bearræ Princeps capit, & laqueo suspendit,  
idque impunè fecit, Hispanis in libertatem vindicatis.

## C A P V T . V .

*De Giraldinis Killدارie.*

**I**Bernia Giraldini suum genus ad Hetroscos inde  
Troianos usque referunt. Qua de re, quia Chroni-  
cis Iberniæ non memoratur, nos pro certo nihil  
possimus confirmare, nec ad præsens institutum atti-  
nem. Satis est compertum Mauritium Garaldum  
varum

virum nobilem, atque magnanimum à Dermysio Lagenia Principe accitum ex Anglia in Iberniā traieisse: at que posteros eius vocari tum Garaldos, tum Garaldinos, & Giraldinos: ab his familias duas esse in Ibernia procreatās: earum Principes institutos ab Anglis regibus duos comites, alterum Desmoniæ, vel Deſiæ in Momonijs, alterum Killdariæ in Lagenia, & inde illos Momonios, hos Lagenios Giraldinos nuncupari.

Igitur Thomas Giraldinus Killdariæ comes, qui sex habuit liberos, quinque secum in Iberniā, & vnum in Anglia, sub id tempus, quo Rex Henricus Octauus à fide desciuit, Proregis imperio Iberniā administrabat. In Angliam à Rege euocatus filio natu maximo nomine etiam Thomæ Giraldino, cognomento Sericato potestate recipublicæ capeſſendæ ſubdelegat. Ipſe in Anglia, læſa Mageſtatis criminē poſtulatus coniſcitur in vincula, in quibus poſte breui diem obiuit.

Sed ante comitis obitum Alinus Anglus Iberniæ Chancellarius, qui Dubhlinne agebat, homo in Giraldinorum nomen male animatus diligentissima meditatione ſtuduisse fertur, quemadmodum Comitis filios perderet, iuſſus ne à Rege, an iniuſſus, ignoro. Ad id callido stratagemmate vtitur. Cum à quodam Sericati familiarī viſeretur, eum in conclave intulit, ibique iuſſit ſpectare, donec ipſe reuerteretur, qui per domum negociandi cauſa, ut præſ. cerebat, egrediebatur, relictis, quaſi obliuione, vel calu litteris apertis in abaco ſcriptis Regis nomine falſo (ut accepi) Quibus lectis hospes intellexit, comitem fuiffi iam morte plexum (quod ramen non erat) & Chancellario à rege imperatum, ut Sericatum, eiusque factionis proceres deprehenderet, viñtosque ad iſum quam celeſtim mitteret. Hoc cum amicus ille Sericato retulifſet, is periculum cuitaturus

turus confeſtim egreditur oppido initum cū suis amicis conſilium: quod nihil prudens ceperit: nam, cū regni gubernaculum gerens facile potuſſet arces, & castella tenere, in eis, quos vellet, præſidio collocare, à regis amicitia multos ſubducere, Alinum, & alios inimicos iugulare: tamen, ut perfidiæ notam effugeret, ſe ſe rerom administratione publicè abdicavit: arem Regi reſtituit: in poſſeſſiones suas ſe ſe recepit. Vnde de iniurijs, & nece patris, quem ſupplicio ſummo fuiffle aſſetum exiſtimabat, queritur.

Hinc bellum oritur, quo duos annos, plus, minus ſegniter pugnat: tamen efficitur, ut magis ferro, & incendio respublica labefactetur, quam ſacerdotes propter Catholicam fidem capite plectantur. Memoratur in hoc bello duplex insignis perfidia: altera cuiusdam Iberni arcii præfecti à Sericato: altera Anglorum. Namque Prorex Anglus Muinnodam Comitis Killdarij municipium obſidet. Ut obſidionem ſolueret Sericatus ſe parabat. Interim arcis præfectus in deditio- nem venit, magnam pecunia ſumman paſtus. Deditio Prorex pecuniam repræſentari facit, & vbi pecunia accepit, iſum ſtatiū iubet ſuſpendi, quaſi ita fidem tueretur. Denique Sericatus cum Proregi incolumitatem, & impunitatem pollicente ſedus inicit. Vix tamen armis depositis, eius arbitrio ſe permisit, cum in Angliam vna cum fratribus tribus mititur impositus in nauim, quaē vocabatur vacca. Tunc intellectum est ſomnium, quod fertur ſomniasse Killdariæ Comitissa ea nocte, qua Sericatum edidit, ſe fuiffi enixam filios, & hos ventre vacca latos in Angliam, nec amplius reuersos: nam eō cum veneſunt, fuerunt capite plexi, ſimilique poena Prorex aſſetus, poſtulatus eo criminē, quod iniuſſus, impunitatem illis promiserit, ſed an iniuſſus

iussus id fecerit, dubium est. Sospites tunc erant ex comitis liberis duo, Eduardus natu minimus, qui in Anglia agebat, & Giraldus, qui puer occultus, & protetus a Dermyslio Osulleuano auo meo Bearrae Principe postea venit in Italiam: & transactis aliquot annis acceptis litteris a Pontifice Maximo, Magnoque duce Hetruriæ ad Matiam Reginam Catholicam post Henrici patris, & Eduardi fratri obitum Anglia sceptro potitam, & Philippo Secundo Hispaniarum Principi matrimonio collocatam, ab ea in partē possessionum restituitur. Giraldo Comiti mortuo primum Henricus, inde Gulielmus filii successerunt. Quibus etiam vita defunctis Giraldus Eduardi filius iure successionis vocatur, qui, quamvis a pueritia fuerit Hæreticis erroribus ab Anglis imbutus sub mortem ad fidem conuersus est. Eius filius puer Killdariæ Comes est hodie sospes.

CAPVT. VI.

*De Oconchure, & Omorra.*

**I**N hoc etiam bellum consiparunt Oconchur Iphalix, & Omorra Lishæ principes, aliquè Lagenij, qui non priùs arma deposuerunt, quām veniam sunt pacti in Anglorum potestatem non venientes.

CAPVT. VII.

*De Maculliamo Inferiore, & Ophlatharta.*

**L**Agienæ motibus Henricus Rex expeditus, & si non ad votum eos sedauerit, sospitibus magnatis, quos delectos volebat, Connachtos statuit esse

esse impugnandos. Eius exercitus Iohannem Pukum titulo Maculliamum Inferiorem aggreditur, Maculliamus ex suis obvratis, & amicorum auxilijs copias cogit. Ad Struthirem flumen memorabile prælium committitur, quo regius exercitus fusus, & fugatus ingente cæde labefactatur. Paucis post diebus alius exercitus regius in Maurum Ophlathartam missus magna clade sternitur, & alibi quoque regij parum prosperè dimicant Ita Henrici armis repulsi, religio Catholica a principibus Ibernis in eorum finibus defenditur.

CAPVT. VIII.

*De Roberto Iberniae Primate, & partibus societatis.*

Lib. 3, p.  
85. &  
alij seq.

**P**ater Nicolaus Orlandinus è societate Iesu memorie prodidit, hac tempestate floruisse Robertum Iberniae Primatem virum insignem, & super alias fulgentissimas virtutes eò admiratione dignum, quod quamvis a puero fuerit oculis captus, nihil tam minus claro mentis lumine Hæresis furori obuiam ire, laborantique insulæ subuenire curauerit: atque eius rogatu nonnullos patres è societate Iesu à Paulo, III. Pontifice Maximo conservanda, defendendæque Fidei causa in Iberniam missos feuisse: & omnium primum Iohannem Codurium eò discessisse: hoc vero morte surrepto, Alphonsum Salmeronem, & Paschafum Broctum Apostolici legati potestatem habentes, Francisco Zapata Apostolico scriptore comitante anno 1541. Idibus Septembribus Roma profectos, & B. Ignatij Patriarchæ magistri sui documentis in eo munere obvendo instructos in Ibernia Christianæ pietati tuende.

erioni-

errotibusque nouis ab Anglis illatis oppugnandis mul-  
tum operā, & laboris impendisse: post religiosorum  
verō redditum Primatem ipsum, qui Tridentino Consil-  
lio interfuit, suam prouinciam potentem Paribjs in  
conuentu Patrum Societatis pridiē illius diei, qui Diuo  
Martino consecratur, diem obiisse ea verba identidem  
proferentem: Domine si populo tuo sum opus, ego qui-  
dem labore non recuso, si minus nequicquam mo-  
lestè foros ek huius laboriosissimæ vitæ præsidio, & sta-  
tione discere, diuino tuo conspectu, & eterna quiete  
recreandus.

CA PTA

De Obriene Tomoniae, & Lonnachæ  
Principe.

**H**AUD INDE longo tempore transacto à Daniel Obriene Tomoniae principe motus excitantur periculosiores proculdubio futuri, nisi in ipso exordio Daniel conatu deiiceretur partim sua temeritate, partim cōsanguineorum contentionæ. Is ad tantam potentiam, autoritatemque prætecessus est, ut illum multi Iberni veteres, & noui statuerint regem iurare, neque ad id impediendum Phyton Prorex Anglus au- deret urbis Lonnachæ incenia egredi, quam præsidio tenebat, nec satis sibi tutam existinabat. Verum sine vulnere, & prælio omnes Obrienis vires uno stratageme funditus evertit. Primum cum illo de pacis conditionibus agit: deinde ut ad colloquium oppidum ingrediatur, petit & orat, interposito iurciurando, & obsidiis datis dimitendi illum in columen ad horam destinatam. Obrien homo facilis temerario consilio ductus

dūtus oppidū intrat obsides Anglorū secum defens-  
ratus Phytonem iure iurando satis esse ligatum, reli-  
quens exercitum ad Septentrionalē urbis portam, vbi  
erat in statuī. Sed è meridionali porta rursus à Prore-  
ge emititur ad tempus constitutum. Ac ita Sininnus  
Amnis oppidum adficiens, & interfluens illum ab exer-  
citū distinguit, neque traiicit, in fluminis ripis  
Prorex custodias disponit: & interim Cornelio Obrieni  
Principis nepoti ex fratre, sed acerrimo aduersario,  
quem secum habebat, regio nomine pollicetur Temo-  
niax Principatum cum Comitis nomine, quod eius pa-  
triuss Maurus Obrien primus ex ea gente accepérat,  
modò regio imperio obtemperans motus ab Obriene  
concitatos conaretur sedare: quam illo conditionem  
libenter accipiente Obrieni vires, & exercitus dissipan-  
tur: ipseque Obrien, quod ad exercitū nō potuit venire,  
vix equo fugit, uno pedissequo comite. Et in hac fuga  
id contigillē fama diuulgauit, quod creditu difficile vi-  
detur. Cum nocte obscura, & tempestuosa in humile  
tugurium se à tempestate recepisset, equus veò noluis-  
set depresso tugurij ostium ingredi, tum pedissequum  
ab Obriene iussum hæc verba equo ad aurem dixisse:  
Obrien dominus tuus, qui hac nocte in tugurio diver-  
satur, iuber, ut tu quoque equus suis capite, & dorso  
demiso, & inclinato tugurium introcas: moxque  
equum obtemperasse: cumque idem equus auena  
vesci renuisset, quippè tritico assuefactus, pedisse-  
quum hac verba illi retulisse: Obrien dominus tuus,  
qui hac nocte auenacum panem comedit, imperat,  
ut tu quoque auena vescares; & illico equum obe-  
diisse: qua in re ego quidem minimè ad me recip-  
pio periculum veri. Obrien Momonias pene totas  
peragravit à primoribus comiter quidem; & benigne  
exceptus,

exceptus, sed à nemine adiutus ad sedes recuperandas. Inde adita Connachta perit Vtoniam, ad Odonellum peruenit. Odonellus erat ea tempestate Caluchus, qui patrem habuit Magnum Odonellum Tirconellæ Principem, & matrem Orelli filiam, fratremque natu minorem Hugonem genitum ab Onelli filia potiebaturq; Tirconella Principatu adempto patri seni, cui tamen iustitia laute suppeditabat: & cum Iohanne Onello Tironæ Principe, cum sibi regundorum, tum veterum inimicitarum causa intellinum bellum gereret. Hæc verò discordia per Obriensem cōponitur, & ab Onello, Odonelloque vltro, & citrò fides datur, dum ab Odonello Obrieni in suas possessiones restituatur. Ceterum cum Odonellus ea parat, quæ sicut ad expeditionem illā necessaria, ab Onello improposito circumventus rapitur in vincula, nec Obriens rogatu dimittitur. Sed Onellus Obriensi offert, ut ipse illum restituat. Obrien negat, se permissum, ut ab Onello restituatur, nisi Odonellus dimittatur. Ita infecta re Obrien Mauritium filiumnotum cum parua militorum manu, quam ipse coegerit, in Tomoniā p̄mittit. Is occupat, atque munit castellū vnum, & insulam in lacu sitam. Confectum Obrien securitus magnam partem amissi principatus recuperavit, & redditus in Anglorum gratiam isto cum Cornelio fœdere obiens diem Terentio filio reliquit. Cornelius paucis inde præteritis annis orta controvèrsiacū regijs ad clarę pontem pugnam committit, utrinque minimè incruentam: ille nonnullos, quos magni faciebat, desiderat, hī vīcti profligatiique quinquaginta cū præfesto suo Goodmano amiserunt. Sine maiore contentione Cornelius Anglorum iram in Galliam fugiens à Christianissimo rege validissimo exercitu & instructissima clafe restitueretur, nisi homo segnis, & improvi-

dus

dus ab Anglis reuocatus maluisset sine contentione pristinum comitatum accipere, quem moriens tradidit filio Dionysio, à quo nunc quoque possidetur. De Dionysio verò tomo sequente nos sēpius habebimus sermōnem. Onellus autem postea Odonellum vinculis soluit. His motibus cum occuparentur Henticus, & eius filius Eduardus puer Anglia reges, illis minime suppeditauit ocium ad extirpandam in Ibernia Catholicam religionem, Hæresimque stabilendam.

## CAPVT. X.

## De Maria Reginā, Oeonchure Iphalio, &amp; Omorra,


**H**ec Enrico, & Eduardo à vita raptis Maria Catholica Regina Philippo Secundo Hispaniarū Principiū nupta regnare coepit. Quæ tametsi Catholicam Religionem tueri, & amplificare conata est: eius tamen præfeti, & consiliarij iniutias Ibernis infere, non destiterunt: ipsique Iberni (eo illa tempestate agebantur furore) alii alios domesticis discordijs lacerribat. Quas inter perturbationes Iphalia, & Lisiae principatus Oeonchuri, & Omorra adempti regiæ corona ad iudicantur, nouo nomine dicti, hic Regis, ille Reginæ provincia. Sed propter vitrumque fuit postea multum cruxris, diffidit: ac Lisia quidem bis ab Omorris re- cuperata, & tandem Elizabethæ diplomate Calicho Omorre permissa, quod hodie tamen illi mini- me prodest.

†

**DOMINI** A d*an*  
**PHILIPPI OSVLEVANI**  
**B E A R R I I B E R N I ,**  
**T O M I . I I .** **L I B E R . I I I .**

*De varijs Iberniæ casibus sub Eliza-  
betha.*

**D**igniores cognita res ex his, quæ sub Henrico, Eduardo, & Maria Regibus in Ibernia sunt actæ, superiore volumine memoravi. Nunc referendæ supersunt, quæ Elizabetha gubernaculum regéte, sunt gestæ per annos quadraginta tres. Illæ verò non omnes, sed ex tantum, quæ ab anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo usque ad millesimum quingentesimum octogesimum octauum per annos viginti nonem con- tingerunt, sunt libro præsente repetenda. Quod tempus fuit longum fuit, ita nobis erunt Ecclesiasticorum vi- rorum Martyria inuisitissima, imbecillorum, & tur- plum hominum inconstans, & lubrica fides: Hæreti- corum tyrannides atroces, nobilium conspiratio- nes, bella, prælia, & varia dignissima scitu terum euenta celebranda.



CAP

**CAPUT** I. *Enim auctoribus*

*Tyrannidis Elizabethæ, & Ibernicæ perturbationis generalis relatio.*

**M**aria Catholica Regina citò fatò fundat successit soror Elizabetha Henrici Octauia, & Anna Bolena filia Regina creata redemptoris anno millesimo quingentesimo quinquefimo nono. Quæ, vbi primum sceptro potita est, patrem imitata, rapidissimis ventis contra Christianæ veritatis cultores & quora fera concitauit. In Anglia fidem Religionemq; Catholicam pene extinxit: inde ad Iberos fide deiiciendos sese conuerdit. Eius persecutionis ordo superius descriptus hic quoque repetendus est.

Sacrafactum Eucharistia sacramentum, in quo Christus Dominus vere, & realiter existit, à tēplis, vulgique conspectu iicitur. Imagines sacrae scinduntur: sacerdotes fugantur: omne genus Catholicorum iniurijs afficitur: Ecclesia, vel profanis vīsibus, vel execrandis Hæreticorum superstitionibus contaminantur. Ecclesiastici census Hæreticis perditissimis attribuuntur: omnes res Dei honori constitutæ inquinantur. Catholicæ Antistites, religiosi, sacerdotes vix, vel absconditi, vel secularium hominum vestibus dissimulati incedere audent: in eorum locum Lutherani, Caluinitæ, & aliae Hæreticorum sectæ sufficiuntur: Fidēi, Religioni, pietati, virtuti nuncius remittitur: voluptas, libido, scelus, Hæresis hospicio excipitur. Imperatur, ut Regina Ecclesiaz suorum regnorum caput, & princeps esse ab omnibus concedatur, & iurecurando confirmetur. Hac iussa per regios ministros, & præfectos cęperunt exēcutioni

cutioni mandari primum in regijs oppidis, oppidorum summa reluctancee, & constantia: inde in Iberorum Principum ditiones transferri: quibus, quod Principes minimè subscriptere voluerunt, variae artes excoigitantur, quibus bonis spoliantur, gradu deiijciantur, more plectantur. Hinc capitulū ferrum. Regum bello cede, famē flagrat, vritur, pérīt. Dum aliqui Iberni pro Religionis Catholicę, suaque libertate gerunt armā, interim ceteris magnatibus, & regijs oppidis persecutio- nis vacatio datur, dum libertatis assertores conficiantur. Horum scelerum Princeps Elizabetha Regina nō immorito fuit excommunicationis mucrone percussa à Pio V. Pontifice Maximo. Digniores memoratu res, quæ per illos annos viginti nouem Elizabetha regnante gestæ sunt, & si non omnes, tamen maxima parte perstringemus.

## CAPVT. I.

*Johannis Trauersij Doctoris Theologi  
insignis Martyrium.*

**Copus** Emorabile est; quod de Iohanne Trauersio  
**dialog. 6** Iberno sacræ Theologæ Doctore Alanus Co-  
**p. 925.** pus, & Pater Henricus Dublinnensis memo-  
Henr. li. tia prodderunt, qui in Henrici ne, iam in Elizabethæ  
**2. c. 3.** tempora incidentur, ego quidem minime facis compet-  
Britani- tamen habeo. Is in Anglorum Hæresim quedam scrip-  
c. Mini- tis mandauit, quibus Pontificis Maximi ius, & autho-  
fro- ritatem tuebatur. Ob id ad regium Tribunal pro-  
chia. ductus, & ea de re à iudice postularus, nihil rapide  
respondens, his, inquit, digitis ostendebat, autē dexteræ  
manus

manus pollicem, indicem, & medium) ea sunt à me  
scripta, cuius facti in tam bona, & sancta causa nec me  
penituit, nec penitebit. Inde morti addictus inter cete-  
ras atrocissimas penas, quas dedit, eius illa præclara  
manus à tortore absissa, & in ignem coniecta combu-  
ritur præter illos sacros digitos tres, quibus illa scripta  
exarauit, quos ignis, quantumvis structus, & accensus  
nequicquam potuit absumere.

CAPVT. III.

*Iohannis Onelli Tironæ Principis casus  
miri relatudignissimi.*

**E**cclæsticorum maiori lanienæ varij nobilium motus obstiterūt, quorū aliqui sunt in præsentia memoria recolendi, & imprimitis à Iohāne Onello Tironæ principe concitati, qui ita se habuerunt. Quintus Onellus Tironæ princeps naturæ ius soluens, filios duos reliquit ex matribus duabus suscepitos Iohannem, & Fardorchum. Iohannes, qui defuncto patri succedens, erat Tironæ princeps, gratia plurimum pollebat apud Iberos, cum veteres, cum nouos, è quorū genere auiam paternam habuit Comitis Killidariæ filiam: nec dominatu parum valebat: namquæ capto Calicho Odonello Tirconellæ principe (ut supra demonstrauimus) magnam partem Tirconellæ adiunxit Tironæ, Odonellum pretio mutans. Ob id illum Angli magnoperè timebant, haud ignari Catholici viri potentiam obstataram fuisse persecutioni, quam ipsi in Catholicos machinabantur, & partim exequi cæperunt. Ergo cupidi viriū eius diminuendarum occasionem naſti diligenter arripiunt. Inter illum, & Fardorchum fratrem de patris hereditate

se orta contiouersia hunc Baronis titulo decoratum ad bellum stimulant. spe principatus obtinendi accendunt: & illi regijs copijs haud segniter opem ferūt. Cum Odonello quoque, qui vinculis solitus Angliam petiuit auxilium Reginæ rogatum, Anglorum manus mittitur. Hac Odonellus, sed maxime Tirconellorum voluntate, qui ab Onello facile desciuerunt, Tirconellam totam recuperauit. Iamque Onellus altera parte ab Odonello, & altera à Fardorcho fratre, vtroquè cum Reginæ auxilijs acriter impetebatur. Pratercā Scotorum legio, quam ex Scotia Albionensi ad hoc bellum acciuit, ob minus tempestiuè solutum stipendum seditionem facit. Onelli fines diripiens Nihilominus Onellus in ipso belli exordio Fardorchum extinxit. Contra Scoticam legionem reliquum exercitum ducens Scotorum tria millia trucidauit. Angli quoque septingenti, quos Duce Randalo Anglo Regina Odonello auxilio dedit, diuina vindicta sunt euersi. Est in Tirconellæ principatu oppidum Feuto lacui immens sedes Episcopalis Diuii Columba patrocinio, nominequé clarum: namque Dicre Colum Kelli, idest Lucas Columba Cellæ nuncupatur. In eo oppido dispositi Angli, Hæretici homines contra Odonelli voluntatem, & imperium sacerdotes, & religiosos fugant, sacra templa inuadunt, in vnam ecclesiam sulphureum puluerem, plumbeas glandes, bombardicum funem, scloplos, hastas, cæterasque munitiones custodia causa inferunt: in alijs Hæreticos ritus Luteti, Caluini, & aliorum id genus hominum impurorum peragunt: nullam non scelestè temerant. Cuius piaculi prenam Diuis Columba (is enim creditur) minime distulit: nam tener fama concors indigenarum, lupum corpore vastum, pilisque hirsutum è proximis sylvis in oppidum iatrepide venientem, officinamque ferrariam

riam ingressum ore hauiſſe magnam vim illarum scintillarum, quæ ex ferro candente, dum tunditur, emittuntur, easque ingressum in ædem, in qua sulphureus puluis erat collocatus, euomuisse, puluerem quæ, & totum templum accendisse. Cuius rei periculum veri ego ad me non recipio. Penes famam, veteremque traditionem esto fides. Illud, quod inter omnes cōuenit, audeo confirmare, nitratum puluerem subito flagrasse: Anglos, qui erant in ecclesia combusisse, quiq[ue] circu[m] eccl[esi]am deambulabant, ignitis tegulis percussos exanimis cecidisse, qui, vel in ædes circumiectas, vel in lacum proximum fugiebant, tegulis sequentibus occisos fuisse, ac nonnullos quingentis passibus ab oppido stratos, & ita Iberno nemine læſo Randalum cum septingentis Anglis miserè perijisse præter paucos cladi nuncios, qui ad Anglos suos reveri exitium gentili, & ethnico more referbant his verbis. Ibernius Deus Columba nos omnes interfecit. En Hæretici barbarè verba efficiebant, quasi Iberni colerent Diuum Columbam pro Deo, & non pro fido Dei seruo, qui propter seruata sui creatoris præcepta, vitamque sanctam, atq[ue] innocentem, multis miraculis factis in Diuorum coetum est relatus, viuusque diuino numine inflatus hanc urbem sanctam præuidit ab Hæreticis fuisse violandam. Ob quod cum ingenti merore affectus esset, à Bathano socio tristitiæ causam rogatus, angor, inquit, Bathane, Randalum esse in luco. Quod vaticinium litteris mandatum, sed longo ſeculorum auo non intellectum de hoc Randalo Anglorum prefecto clare satis explicatur. Odonellus quoque, qui Catholicus in oppidum sanctum Hæreticos induxit sacra contaminantes, haud sero dignas penas peperdit. Namque deletis his Anglis cum magnum clientium suorum exercitū in Onellum duceret,

duceret, & in medio eius serena die letus, & viribus va-  
lidus incederet, subito malo pressus exanimis equo  
corruit. Illi succedit Hugo Odonellus frater, cum quo  
Onellus non minus, quā cū defuncto inimicitias exer-  
cens instructis agminibus illū paucis stipatoribus mu-  
nitum improuisō circumuenit. Odonellus paucis amiss-  
is fuga petit salutem. Sed rursus eodē die viribus redin-  
tegratis cū viatore vindice animo in certamen rediuit.  
Multis vtrinque cadentibus strenue pugnatur. Tandem  
Onellus acie profligatus copijs deletis cū paucis vix  
elabitur, nihil tamen magis fractus animo. Namque  
cōfestim viribus comparatis octauo post die cū Reginæ  
copijs manum conserens obtinuit insignem illā victo-  
*Victoria*  
*Sagorū*  
*rubrorū*  
riam, quæ dicitur sagorum rubrorum, quod in pugna  
præter cæteros succubuerint quadringenti milites nu-  
per ex Anglia suppetas Proregi profecti puniceis sagis  
induti. Qua tamen victoria clarus haud diu post in-  
fausté iacuit. Nam, vt contra Reginam, & Odonellum  
maiores copias haberet, ex Scotia Albionensi Scotorum  
legionem acciuit, quam apud cum ipse esset incautus,  
nihil aduersi timens, à militibus Scotis Scotice legionis  
haud dum anteā peremptæ memoribus circumuen-  
tus, & innumeris pene pugionum ictibus obrutus inter-  
ficitur, frustra legionis ducibus militum furori recla-  
mantibus Ita Scotica legio suorum popularium necem  
vita finem huic bello fecit. Tironē verò principatus  
illīcō Reginæ Fisco addicitur: sed frustra: nam illum  
statim occupat Terentius Onellas, bello fessum, mag-  
naque parte deuastatum. Cæterum contra Terentium  
Hugonem Onellum Fardorchi filium Regina incitat,  
adiuvat, Baronis primum, Comitis inde titulis ornat.  
Quod inferius à nobis suo loco enarrabitur.

C A P V T . IIII.  
De Comite Clanrichardæ.

**P**ost Iohannis Onelli miseram cædem Richardus  
Butkus Clanrichardæ comes, cuius fines in Con-  
nachta longè, latequé patebant, Reginæ imperio  
in carcerem detruditur: id enim Anglis animo fixum,  
atque deliberatū erat, Ibernos optimates, quos Catho-  
licæ Religionis assertores fore, minime ignorabant, de  
medio tollere. Comitis filij Villigus, & Iohannes in iuria  
prouocati Reginæ bellum indieunt, nec incepto prius  
destiterunt, quam pater fuit in pristinam libertatem resti-  
tutus. Qui postea moriens illum Clanrichardæ Comi-  
tem, hunc Lietrimæ Baronem superstites reliquit.

C A P V T . V.  
De Omorris, & Oconchuribus Iphalijs.

**H**AUD diu post Lagenia tyrannide, & tumultu  
quætitur. Namque Lisæ príncipatus fuit (vt  
superius vidimus) Omorra ademptus, & regiaz  
coronæ addicitus. Qued iniquo fetens animo Rotherico  
Omorra filius paternam hæreditatem armis recu-  
peratam annos sex acerrima contentione tetur, modò  
faciens inducias, modò finitis illis renovâs bellū. Huius  
præter alios hic fuit memorabilis euētus. Ceperat bello  
Hatingtonem regium consilarium, & Alexandru Cos-  
biuum Lisæ præfectum Anglos. Quibus de redimendis  
Angli per inducias agunt. Sub idem tempus Rotheri-  
ci venator iratus ob multam sibi à domino irrogatam  
ad Anglos transfugit: cum illisque agit de Rotherico  
tradendo, & Hatingtone, Cosbiœque in libertatem aſſe-  
rendis.

rendis. Venatore duce Harpol Anglus cum milibus ducentis in Rothericū ire cōtendit. Construxerat Rothericus tabernaculū in media densissima, & impedita sylua, valloque munierat. Ad quod itineribus duobus poterat adiri. Eò cū Venator Anglos intempesta nocte duxisset. Hic, inquit, Rothericus dormit, cū uxore, Iohāne Omorra cōsanguineo, & senex uno, & haber Haringtonem, Cosbiumque vires. Sed quia est ea audacia, & virtute, quam vos estis sēpē experti, imponite illi hoc tete, quod ego soleo ceruis intendere, nec euadat illa felicitate, qua alia pericula sēpē superauit. Hominis cōsilium ridentes Angli itinera duo obsident: ostium circumdant bombardas introrsum explodunt. Rothericus ex parte factus animo presentissimo stricto gladio Haringtonem, & Cosbium quater, aut quinques verberat. Tabernaculo erumpens Harpolem, qui proximus erat ostio, ferro fortiter percudit, nec tamen vulnera cataphracta munitū, omnibus incusso pauote hinc inde ene verberens per medios hostes incolumis eus sit, cōsanguineo sequēte. Vxor eius, & senex ab Hereticis tabernaculum ingressis interficiuntur. Harington grauiter vulneratus maximē lēquo brachio, sed ille fuit Cosbius, quod Rotherico cōdente sub Haringtonem sese abdiderat, in libertatem vindicantur. Aliquot post diebus quingenti Angli, & Iberni, qui Reginæ stipendiū merebant Duce Macgullaphadrigo Oſyriæ Principe Lisiām inuadunt. Quos contra Rothericus Ibernos quadringentos ducit. Sed priusquā fuit ad conspectū ventū, ipse à suis digressu hostiū vires, & iter exploratū, in mediū eorum fortē incidit cū duobus tantū comitibus, cum quibus multis vulneribus perimitur. Ob cuius rei nunciū milites Rotherici ira perciti in hostes vīdice animo irruunt, eosq; fundunt, atq; pluribus interfictis dux equovix fugit.

CAP.

## CAPVT. VI.

## Cosbiū Angli tyrannis.

**P**Acatis motibus tyrannis semper crescebat. Franciscus Cosbius Lisiā praefectus, & eius filius Alexander in omne genus Catholicorū immanē bac chantur. Is Provinciales ad Maisum Castrū causa conuentum habendorū, deque rerū administratione aen di conuocat. Conuocatos cohortibus armatis improviso circumuenit, & ex Omorra familia centū octoginta viros inopinantes, & nihil aduersitimentes uno momento temporis iugulat. Sradbalia plenique cōmorbatur. Vbi præ foribus domus eius arbor altitudine magna creuerat, patulis ramis diffusa. Ex ea non modò viros, sed etiam feminas, atque pueros solitus erat villa sine culpa suspendere. Cum ex arbore feminæ laqueo strangulata dimitebantur, & simul ex feminarū longo crine infantes liberi pendebant, animo capiebat incredibilem volupratem. Arborena Catholicorum hominū suspensis cadaveribus vacuam ita solitus alloqui fertur, Magna mihi videris, arbor mea affecta tristitia: nec mirum: diu iam agis orba. Ego te citò morore levabo; tuos ramos breui corporibus ornabo.

## CAPVT. VII.

## De Cathalo Ocone hure, Macferto Anglo, &amp; Anglorum quadam fraude.

**H**Ac crudelitate Laceſitus Cathalus Oconchur, renouat motus, damni multū inferens Anglis, ab illisque sēpē frustra impetus. Cum illo denique

denique Macfortus Anglus agit de pace. Ille negat, se si-  
dem habiturum Macforto incolumentem pollicentis,  
nisi Reginæ decretum, & chirographum ostendat. Dies  
inter illos constituitur, ut Macfortus decretum indicet.  
**Quæ** dies cum venisset, Macfortus equo, sed pedibus  
Cathalus, & Conlus Macgocheganus (ita conuenerat) ad  
colloquium conueniunt, interposito nullo incolumi-  
tatis pacto: neque enim hoc necessarium videbatur,  
quia posset eques pedites facile effugere, & unus cum  
duobus congregari non videbatur aulurus: præterea Ca-  
thalus, atque Conlus ex eminente, & præcipiti aggere  
loquebantur, nec inde videbantur facile descenfuri,  
nec eodem Macfortus ascensurus. Igitur cum Mac-  
fortus schedulam papyraceam sepè illis ostendisset,  
nec legendam dare voluisse, infecta re abiturus,  
Cathalo incessit cupidus cognoscendi, quid papyrus  
illa continebat. Itaque ex alto aggere in equum, & asse-  
forem profligans ita corpus librauit, ut circum Macfor-  
ti collum sua brachia daret, illumque ex ephippijs in  
terrā traheret. Socium sequitur Conlus. Ambo co-  
nāntur schedulam adimere Macforto. Hic papyrus in  
os inamissam mandare dentibus, & deuotare molitur.  
illi fauces eius manibus soititer comprimendo, papyru  
cogunt eum euomere. In ea prescriptum erat (ut ego  
comperi) Regina decretum, quo Macfortus iubebatur,  
ut quocumque posset dolo, & modo Cathalum depre-  
henderet, deprehensumque sine mora plectret morte.  
Qua perfidia cognita, Cathalus, & Conlus Macfortum  
ferro confoderunt, alioquin incolumentem dimissuri. De-  
inde Cathalus in Hispaniam secessit. Vnde rufus in  
Iberniā rediens naufragio classis Hispanæ ad locum  
Galletiae, qui Corcubion vulgo dicitur, perireuit. Conlus  
impunitatem consecutus in Ibernia fato fungitur.

C A P.

C A P U T . V I I I .  
**Giraldini Momonijs**

**S**ed ne Momoniæ quidem Anglorum iniurijs im-  
munes extiterunt. Vnde prouocati sunt Giraldini  
Momonijs, ut arma sumerent, quod quemadmo-  
dum sit actum, ut intelligatur, de ceteris origine pauca  
referemus. Alibi docuimus Giraldinæ gentis in Ibernia  
fuisse duas familias, alteram Lageniotum, qua de supe-  
rius sumus locuti, Momoniorum alteram, cuius est in  
præsentia habenda mentio. Huius princeps Ibernotum  
instituto primum dicebatur Macthomas, quod nomen  
titulo Comitis Desia vel Desmonia (quod idem est)  
ab Anglis fuit mutatum. Igitur Ioannes Giraldinus  
comes Desmonia tres habuit liberos Iaimum natu  
maximum, Mauritium secundum, & Iohannem mini-  
mum natu. Iuniores duo diem obeuentes filios supersti-  
tes reliquerunt, Mauritius Thomam, qui citò perire, &  
Iaimum: Iohannes Thomam, Iaimum, & Mauritium.

Iaimus Iohannis Comitis filius, qui defuncto patre  
comes fuit, natos quatuor procreauit, Thomam cognomento Rubrum ex Rochei Vicecomitis filia: qua  
repudiata ex Okearulli Princepis filia in vxore ducta  
Giraldum, Iohannemque suscepit. Post huius interitum  
Iaimum ex Maccarthæ Principis filia sustulit. Moriens  
verò Giraldum auctate secundum hæredem, comitatusq;  
successorem condito testamento scripsi fertur: Tho-  
ma quoque natu maximo non sacerendis possessionis  
bus adsignatis. Quibus tamen hic minime cōtenuit ad  
comitatum, familiæque clarissima principatus adspic-  
tabat: sed frustra, nam à clientibus Giraldo possumi  
Anglici

Anglici etiam consilij iudicio causa cecidisse tenet fama, iure ne, an iniuria, non est minus loci disputare.

Huius familie dominatio, potentiaque & Anglorum Regum indulgentia, & illata creberrime vicinis iniuria eo incrementi, & fastigij breui euecta est, ut ab Anglis ipsis Desmonia Comes magnus cliens nuncuparetur: & si enim magis viribus pollebant nonnulli veteres Iberni magnates, hi non in clientium, sed in hostium numerum ab Anglis referebantur, quamvis tributum soluerent. Ut vero potentiam plerumque multorum odium comitatur, ita cum hac familia finitimis ingens inimicitia, & hostilitas intercessit, maxime principibus Clancartha, Tomonie, Muscrie, qui iniurias acceptas a Giraldinis, & Anglia coronae militibus, & priuatū dominatum augentibus, propagantibusque memorabant. Ob id ea quidem extiterat contentio, qua crux acerbis odij affluenter utrinque effusus horrida arma sèpè tinxit. Neque erant Giraldini minus inuisi multis etiam nouis Ibernis proceribus ex Anglia originem trahentibus: ab Vrmonia Comite, omniq; fere Buttelorum genere odio inexpibili habebantur. Nimirum sèpè utrinque de gloria, finibus agrorum regundis, & tributarijs exactiōibus fuit acriter dimicatum, Regibus etiam Anglia conniuentibus in utriusque prosapia quæ Catholica erat, perniciem, qui tamen Iberni gubernaculum tenentes hoc reipublicæ incendium inhibere debuerant. Neque chariores sèpè numero erant Giraldini Lascnae Baroni, quem etiam ex Giraldinorū genere esse multi perhibent.

Quod ad institutum præsens artinet, Iohannes Giraldinus Comitis Giraldi frater, regnante Elizabetha, Iohannem Buttelum prælio propulsavit, & adolescentis suis manibus occidit. Quod, & maiorū iniurias minimē oblitus

oblitus est occisi frater Thomas Butlerus cognomine Niger Vrmonia Comes, religione Protestans, quippe qui in regis Angliae aula educatus est, & si tamen sub mortem conuersus est ad fidem, vt inferius monstrabo. Is cum intellexisset Giraldū Comitem esse in ea Desiae parte, quæ proprius ad Vrmoniam vergit, paucis comitatum, maiorem militum manum parat, illumque circumuenit. Geraldus & si militum numero longe fuit inferior, maluit tamen prælio, quam fugæ committere salutem. Ceterum paucitas ab aduersariorum muleitudine circumdata vincitur. Ipse Geraldus pede accepto vulnera plumbea glande fortissime prælians sternitur. Ita ab Vrmonio captus ad Anchamanum vadum sedula medicorum opera curatur: qui tamen non sunt assecuti, ne semper postea parum claudicaret. Curatus in Angliam mittitur ad Reginam, quæ illum in Londoniam arēm coniecit, partim gauifal se validum persecutiois impedimentum declinasse, partim etiam anxia, quod Iohannes Giraldinus comitis frater vir magnanimus, largus, artibus bellii clarus, & Ibernis acceptus in libertate constitutus esset. Igitur, ut eum etiam capiat, operam dat: idque nullo negotio stitit assecuta, quod illam Iohannes neque fugere, neque vel minima iniuria laceſſere audebat, magis fratri, quam suæ saluti consulens. In eundem ergo cum fratre hunc quoque carcerem detrudit.

Hoc moleſtē ferens Iaimus Giraldinus Mauritijs filius Comitis Giraldi patruelis, negat se Reginę authoritati prius obtemperaturum, quam illa patruelis restituat in pristinā libertatem. Hinc bellum ortum. Iaimi partes sequuntur patruelis alij, omnes ferè Comitis clientes, tota penē Giraldinorū Momonia familia: ex finitimis Momonijs nonnulli, maxime Macfusonij equites,

tes, nominatim Edmūdus, Eugenius, Maurus, auuncilio meo; aliqui ex Beātra principatu Duce Dot myfis! O sulleuano patre meo, & alia intinctus anima quorum opera, & virtute laimus Comitis patrue lis possessiones occupat, & tueri contendit.

Regina p̄fectus suis Iberniae, ut se in rebellēs expediāt, imperat. Comitem Vrmoniæ veteri Giraldinorū odio facile concitat. Thomam Giraldinum cognomine Rubrum Giraldi Comitis fratrem natu maximum spe Comitatus obtinendi accedit, & hominem non satis compotem mentis, & Comitatus p̄fectum nominat, qui proximus gradus ad Comitis titulum illi forsitan videbatur: animos Ibernorū p̄tōrum sollicitat: persecutionem laxat: indicat se non de Religione, sed de iure dominij contendere. Ita bello conflato, mirum est, quanta felicitate laimus, & per se, & per legatos Maca suianios equites, & alios pugnauerit. Regios ad Killmūchallogum oppidum fudit: ad Sannidum tumulū vicit: cū illis ad Killchuguium sylam prosperè dimicauit. Ad Cluoniam templum Morganum ducem interfecit, & eius copias delevit: & alibi signa feliciter conculit. Neque incepto desistit, donec patruelis Comes, & Iohannes carcere dimissi in pristinum statum fuerint restituti, & ipse impunitatem p̄ctus.

## C A P V T . I X .

*Bellum Maccarrhæ Principis, & Comitis  
Desæ. Iaimus Giraldinus in Hispaniam proficiscitur.*

**H**AUD diu post Iaimi motus sedatos inter Giraldum Comitem, & Domhnaldū Maetarham

Sannid  
Kuill  
chugi.

Clancarrhæ Principe in, & Belinsæ Comitem bellum est ortum & ad Mangum flumen magis infasté, quam acriter pugnatū. Namque ceciderunt aliquot equites splendidī ex Maccarrhæ exercitu, & inter illos Maurus, & Eugenius Macsuinnij, quorum opera laimus ante contra Hæreticos fuitat usus, & ex Giraldi copijs Colus Mauri frater solus occubuit. Breui laimus ratos id, quod mihi futurum fuisse videbatur, se per Anglos in Ibernia minimē tutum fore, in Hispaniam cum uxore, & filijs duobus iuuenibus nauī traiecit.

## C A P V T . X .

*Richardus Iberniae Primas vir insignis.*

**H**IS calamitatibus Ibernia diu misere concutitur. Cum verò tumultus armorum pacabantur, Angli nihil antiquius habebant, quam, ut in sacros Antistites Religiosos, & Sacerdotes sequirent. Ab illis, hoc tempore reprehenditū Ibernia Primas, de cuius vita, carcere, & obitu in præsentia pauca relatu iucunda sunt perstringenda. Itaque Richardus Omelcrebus, vulgo Chreacbus, & ab aliquibus scriptoribus Crauæs dictus fuit, genitus patre mercatore oppidi Lomnachæ in Ibernia, homine plane probo, & honesto, imbutusque Christiana institutione, & litterarum rudimentis iuxta gentis illius morem à pueritia pietate, diuinique cultus studio flagravit. Adolescentis mercaturam patris exemplo exercens inita cum popularibus mercatoribus societate, nauī cōducta, mercibus onerata in Hispaniam soluit. Vbi mercibus venditis,

venditis, & alijs causa lucri maioris emptis; inquit nauim impositis, atque rebus omnibus ad redditum paratis, secundo vento inflante, dies, atque hora constituitur, qua mercatores omnes nauim conserdant. Qua die cum summo mane concurserent ad nauim, Richardus socijs dixit, se oportere sacra Missæ prius audire, quam nauim condescenderet, & auditis illos sine mora securutum. Sacrae Missæ celebrationi, videnda intentus relinquitur à socijs anchoram breviter mollientibus, velaque vento dantibus. Quos ex continente prospiciens, & vocans in ipso portu videt vna cum naui, & mercibus subito casu obrui. Qua re vehementer commotus, quod ipse fuerit seruatus, Deo gratias agit, statuens animo vitam aliam agere corpori minus periculosam, & animæ longè tutiorem. Igitur litteratum studio se totum addicit. Pietate excellens, & doctrina minime rudit sacerdos brevi consecratur, & Ardachæ Archiepiscopos, Iberniæque Primas inauguraatur. Mox in patriam redit sapientæ diuinæ, sanctitatisque merces pro terrenis, & vilibus importans, ut his auxilijs popularibus suis vehementissima persecutio ab Elizabetha percussis ferat opem salubrem animabus. Sanctum munus sanctus Pontifex obiens ab Anglis sacerdotum inquisitoribus deprehensus in Angliam mittitur. Londini coniectus in carcere, & vincula diu multumque, & præmijs inuitatus, & minis, terroreque oppugnatus, nunquam Catholicæ Religionis desertor voluit esse. Inter alias res is euentus fuit dignus nostrorum ore circumfertur. Fuit Archiepiscopus ad regios consiliarios in iudicium productus, initio prius per Hæreticos consilio, & pacto, ut filia custodis carceris Pontificem argueret, tentasse ipsi vim inferre, pudicitiamque violare. Stantem Pontificem sacram

pro tribunali falso criminis accusatura (ut erat compositum) puella specie pulchra, & ornatu elegans, magna consiliariorum, & omnium circumstantium expectatione curiam ingreditur. Ceterum in insontem cum lumina infixisset, obmutuit, iussaque à consiliariis loqui, nullum verbum potuit proferre: neque prius vocalis redditur, quam secum tacita consilium iniquum mutat: & tunc prater id, quod ipsa statuerat antea, & consiliarij expectabant, & iussrant, in contrariam vocem subito prorumpit, nullum hominem Archiepiscopo sanctiorem à se vnuquam fuisse visum: se nunquam ab eo fuisse ad peccatum prouocatam, nedum coactam, neque vel uestes sua factas: idque se non posse inficiari, etiam si necessæ habeat, mori. Antistes vero sanctus in eandem custodiam retrusus aliquot post diebus creatori spiritum reddidit,

## CAPVT. XI.

*Patrius Ohelius Moyoæ Episcopus, & eius socius Connatus Orruarkus Franciscani religiosi, & inclyti Martyres.*

**N**ihil mirius, est actū cū Patrio Ohelio Moyæ Episcopo & eius socio Connatio Orruarko, de quibus ego iam ita scripsi. Ea miserrima tempestate, qua Elizabetha Britannæ Regina post Ecclesiæ in Anglia deletam in Ibernia quoque Catholicam religionem summis viribus oppugnabat, floruit Patrius Ohelius Ibernus minime obscuro genere natus. Qui Sraphici Francisci institutum amplexus in Hispania in

florentissima Compluti Academia diligenter annos aliquot incubuit litteris Inde postquam cum alibi, tum Romæ in Araceli conuentu vitam suam innocentem, & integrimam magnis penitentiæ sanctitatisque documentis omnibus probavit, à Gregorio decimo tertio Pontifice Maximo Episcopus Moyoæ consecratur anno Redemptoris millesimo quingentesimo septuagesimo nono, & ornatus donis in Iberiam mittitur, prouinciam sibi demandatam. Hæc sis Anglicæ contagioni mortiferæ reluctantem administratus. Obiter cum venisset in Parisios, gymnasium tunc temporis longè celeberrimum, in publicis disputationibus ingenij magni, minimeque vulgaris eruditioñis elogium reliquit. Cum cōfocius ibat Connatus Orruarkus filius. Otrautki Principis viri splendore sanguinis inter Iberniæ primarios referendi Seraphicæ religionis alumnus, moribus irreprehensibilis. Ambo naui consensa soluunt in Iberiam. Eò cum appulissent in vastum litus expounduntur. Vnde Asketiniam (quod erat municipium Desmonia Comitis) ingressi à Reginæ raimistris, militibusque capituntur, Giraldo Giraldino comite, eiusque fratre Iohanne, & alijs consanguineis absentibus. Vincti mittuntur in urbem Lomnacham. Vbi tenebroso, sceridoque carcere dies quindecim includuntur. Cum vel hoc supplicio sati affici, atque devicti esse. Gulielmo Drurio Anglo Ibernia Proregi videbentur; contra tame illi responderunt, amenorem, letioremque sibi locum illum videri iucundissimo horro florum odoriferorum varietate consto, solisque claritate illustrato, grato auræ spiritu meridiei astivalis ardorem leniente. Eos furiosus Prorex acius statuit oppugnare. Iubet ad se produci. Tunc in Antistitem ferula lumina, trucemque vultum vertens. Quid est

(inquit) homo insane, atque scelestissime, quid est, quod Reginæ nostræ iussa speras, authoritatem contemnas, atque leges iudibrio habeas? Conuertere, si sapi, ad Reginam, ad eius Religionem conuertere. Ita quæ sceleris commisisti haec tenus, et tibi condonabuntur hac tantu facili conditione, ut Papæ partes, atque ductum deserens iure iurando confirmes, Reginam esse Ecclesiæ in regnis suis caput, & Principem. Ita non modo Moyoæ Episcopatum, sed vberiora dona à Reginâ (ea ipsa est regali munificencia) habebis. Ad hæc Antistes nihil respondens leniter subrisit. Tum Prorex, quid, inquit, rides? Da, precor, inquit, Præsul, hanc mihi veniam. Haud porui sane risum tenere, quod iussus, ut me cōuertam, qui nunquam à vera Dei religione fuerim auersus. Quare, si abhinc Reginæ sectam sequerer, ea quidem non conuersio, sed auersio esset: cum semper conuersio ad veram Religionem à falsa, & auersio à vera ad falsam fieri dicatur. Supercedamus, inquit Drutius, his nugis. Ego quidem minimè ignoro, quin animus Papæ, & Regis Hispaniæ de inferendo bello Reginæ, præseruum in hoc Iberniæ regno sit tibi satis exploratus, atque consiliorum sis ipse particeps, quod tibi minimè licet occulere. Hac de re nihil Episcopus retulit: cumque questionibus adiuvaueretur manibus, & cruribus malleo fractis, aciculis inter vngues manus, & carnes infixis, nihil tandem prodidit. Sacri Præsul's vestigia sequitur intrepide socius Connatus. Ambos Prorex Lomnacha in Killmuchallogam oppidum detulit ibique morti addixit. Cum ad patibulum, quod non longo interuallo ab oppidi porta aberat in tumulo erectum, ferrentur, Episcopus concionem exorsus mira animi alacritate, raroque verborum delectu cū sancta doctrina coniuncto populi in fide Catholica

confirmat; ab erroribus Anglorum deterret. Denique Proregi diem dicit ad reddendam rationem iniquæ sententia contra se Episcopum vñctum, & socium sacerdotem & religiosum crudeliter latet, iubens nomine Domini eum, ut ante decimum quintum diem silitat se pro diuino tribunali. Illico nostri Martyres suspenduntur laqueo facto ex cingulis sacris, quibus religiosas vestes Seraphici Ordinis cingebant. Episcopus est suspensus medius inter Connatum solum, & alium, qui latrocinij accusabatur & in furca cum penderet fronte traiectus plumbeo pilo ab Anglo bombardario. Ita duo Martyres spiritum creatori reddiderunt. Quod & eos, qui interfuerunt, conspicuis, & apertissimis signis visuisse effectos incredibili solacio propter miraculum, nonnulli sunt autores. Id fatis constat, eorum corpora in furca pendentia nunquam ab ullis animalibus tacta, vel minima lesione inusta fuisse, eum aliud cadaver fuerit à molosis canibus, & avibus dilaceratum. Proregem quoque cito incidisse in horrendissimum morbum, & ingente dolore cruciatum, insanibili lue indies putrefactentem, fortore inaccessum, decimo quarto die à Martyrum morte animam perpetuó cruciandam malis Furijis tradidisse Manapiæ. Martyrum corpora breui fuerunt à Catholicis inhumata.

## C A P V T . X I L

## De Milerio falso Archiepiscopo Casiliæ.

**V**T autem æquum est, sanctos, atque gloriosos viros, qui in terris summam laudem, & in celis eternam felicitatem meritis assecuti sunt, literis, memoriaque celebrate; ita par quoque videtur

## De varijs Iberniae casibus &amp;c. 92

flagitosos, atque perditos homines silentio non praeterire: ut non modo viui digna vituperatione coercantur, sed eorum etiam nomen omnis posteritas execretur. Itaque Milerus homo non tam genere nobilis, quam scelere clarus sese Religioni addixerat, in qua longè præter regulas, & morem parum religiosum se gescit. Sacerdos consecratus, & à Pontifice Maximo non minimum potestatis, & autoritatis adeptus in Iberniâ Roma proficisciuit, quasi contra nouos Anglicorum dogmatū errores concionaturus, sed aliud forsan animo cogitans. Namque primum Angliam adit. Vbi, ut quidam mihi reculit, magna, & pulchra pyxide, vel teca, quam e collo pensilem exterius coram omnibus portabat, Apóstolicas litteras gerebat, non aliam ob causam, nisi, ut conditionem, & personam proderet. Deprehensus à iustitia ministris, cum vna cum litteris Apostolicis ad Reginam Elizabetham, vel eius consilium produceretur, Religionem Catholicam minimè inuitus deseruit; Reginæ festam, & præmia libenter accepens. Minora munera prius exercuit. Deniq; Casiliæ Pseudo archiepiscopus factus Annam Nimearam in primam coniugem sibi nefaria copula coniunxit: qua die veneficiis nolente comedere carnes. Quid est, inquit Milerus, sponsa, quod mecum non vesceris carnibus? Id est, inquit illa, quod tecum nolo peccare. Profecto, inquit ille, longè grauius peccas meum Religiosi torum ingrediendo. Eadem à Milerio interrogata, cur fieret, quia, inquit, Eugenius, qui apud me hodie fuit, asseveratione magna, multisque testimonij sanctis mihi confirmavit, me esse ad Tartara condemnandam, si in hoc statu, in quocuia coniux ago, sim moritura, nequæ ne hoc verum sit, timor cruciat, lachrymasque cogit effundere. Sane, inquit Milerus, si aliud speras longè te spes fallit, neque

timore, sed dolore cruciari deberes. Neque diu post Anna moritur in oratore confessus. Eugenius autem, qui tunc, sicut alias saepe, eam ad bonam vitam frugem reducere conatus est, erat Oduithius Franciscanus religiosus, cuius aliqua carmina acris fane Ibernicè composita in Mileram, & alios Hæreticos extant. Seeleustus autem Milerus secundam uxorem duxit, & adhuc viuit non ignorancia, sed voluptate peccans. Sacerdotes non inquirit, neque Catholicos à vera religione subducere laborat. Est iam senio non parum confessus.

## CAPVT. XIII.

*Thomas Ohierlatha Episcopus Rose  
vir insignis.*

**L**ONGE ALIA, arquè Milerus mente fuit Thomas Ohierlatha Rose Episcopus, qui Tridentino Cœfilio celebrando interfuit. In Iberniā reuersus in Elizabethā quoqué Reginā tempus incidit. Quo vix credi potest, quantum opera contra Hæreses contulerit concionando, sacramēta ministrando, sacerdotes consecrando. Ab Anglis diu diligenter investigatus deprehenditur, & vincitus in Angliam missus in londiniam aream detruditur. Vnde ad regium senatum primum productus mira eruditione, & doctrina causam dixit, & obiecta diluit. Nec tamen ideo minus vexatur in eundem carcerem dimissus. Ex quo rursus in senatum deductus, & accusatus nullum verbum protulit. Silentij causam à consiliariis interrogatus, si inquit, æquitas, & inexcendum fuisset, nunc mihi verbis opus non esset, cum iam satis obiecta crimina purgauerim, meamque innocentiam probauerim. At cum non iure, sed arbitrio vestro

## De varijs Ibernia casibus &amp;c. 93

vestro mecum agendum sit, superiuacaneum mihi videatur, ut me iure tutari coner, ubi ius, & leges nihil reis optantur. In pristina vincula coniunctus, diu fame, siti, tenebris, scitore, siue profligatur, eius corpus pulicibus obruentibus, & plantas pedum rodentibus muribus. Denique dimittitur, quibusdam consiliariis regis cau-santibus cum esse stultum, & mentis incomptem. Ignoro, si ne verum, quod audiui, nonnullos Reginæ consiliarios fuisse præmio corruptos à Cormako Maccartha Thadæ filio Mucria principe Iberno, ut Episcopo suffragarentur. Catenis solitus aliquot annos munus suum sancte exercuit, & tandem fatu sancte functus est.

## CAPVT. XIV.

*Lageniorum motus.*

**S**VB hoc tempus Lagenia quatitur non modicis motibus, quorum causa ex his, quæ diximus, colligitur. Namquæ Lagenijs ægræ fermentibus sacri Misericordiæ, ecclesiæ sacramentorum vsu sibi esse interdictu, sacerdotes, vel prescribi, vel in vincula coniici, vel occidi, templa Hæreticis cæteronij contaminari, denique defensis diutina persecutione, maioremque timentibus, quemadmodum his malis eatur obuiam, aliqui nobiles cogitant. Geraldus Giraldinus Killariae Comes, quem à Maria Regina restitutum fuisse demostrauimus, se Dubhlinensem aream capturū pollicetur. Iacobus Eustatius Kvillechullinn Vicecomes, & Fiachus Fiacha Obruin Aegydijs filius èques nobilis coniurationem nobilitatis se facturos promittunt. Hac de re cū inter equites vltro, citroquæ litteræ daretur, equitis cuiusdam vxor, feminæ zelotypia laborans verita, ne forsan ab alia feminæ marito suo epistola fuissent traditæ, dormienti suscepimus.

Glain  
Mulura  
My lord  
Grey

surreptam vnam dedit legendam consanguino suo  
Hæretico. Is tempore intelligens ad Protagem refert.  
Protagis iusl equites Lageni, & Midhij triginta sex  
repente, & inopinatò comprehensi afficiuntur suppicio  
summo. Kildaria Comes, qui capere potuit arma, seg-  
niter rem gesit, se Anglorum arbitrio permitendo,  
à quibus in vincula coniectus incarcere brevi diem  
obivit. Vicecomes, & Fiachus cum coniuratis aliquot  
vitam, & libertatem fero tueri conantur. Memorabi-  
lem pugnam ad Muluisiam sylvam committunt. Vbi  
Greium Anglum Iberniæ Protagem acie superarunt:  
ostegentos milites occiderunt, & inter illos crude-  
lem Catholicorum Carnisicem Franciscum Cosbium.  
Lisia prefectum, cuius superius mentionem fecimus.  
Per duos annos bellum administrantes cum faculta-  
tes consumpsissent, vicinos etiam deuastassent, post  
trebras velitationes, & illata, & accepta vulnera non  
paucia ad pauperiem redacti à suis deseruntur. Viceco-  
mes, & eius frater in Hispaniam fugientes à Philippo  
Secundo Rege piissimo excepti dum vixerunt, re-  
giz munificentiae donis fuerunt aliti, & ornati. Ita  
Rolandi Eustatiij Vicecomitis filij, & familia corrue-  
runt, ut ipsi nocturnum hoc carmen, quod superius  
memorauit, portendit.

Quæ ius Ecclesiæ peruersit auara cupido,

Illa graui pagos opprimet ære tuos:  
Et dabit, ut subito soboles tua corruat omnia;

Vt folia aetio præcipitata loco.

Fiachus haud prius depositus arma, quam incolu-  
tem pactus, fuit in possessionibus relictus.

## Bellum II. Giraldinorum Momo- niorum.

**H**æc in Ibernia dum geruntur, Iamus Giraldi-  
nas, de quo fusiorem sermonem instituimus,  
in Hispaniam eum venisset, Philippo Secundo  
Regi Catholico, quis sit in Ibernia rerum status, expo-  
nit: ab illoque Catholicis petit auxilium. Inde per Gal-  
liam Roman proficisciatur: vbi tunc temporis erat Cor-  
nelius Omelrianus Franciscanus religiosus Killalo-  
censis Episcopus Ibernius, & Thomas Stulius, qui ab  
alijs Henrici Ostia Regis Angliae filius nothus, ab  
alijs equite Anglo patre, & Iberna, matre genitus, ab  
alijs omnino Ibernius perhibetur, & vel Anglicus natus,  
vel pueratus, vel nouarum rerum, bellique cupi-  
dus, & inde sperans aliquid incrementi, vel ad reg-  
num adspirans vir forsitan regio genere natus Ibero-  
rum nomine auxiliū in Anglos efflagitabat. Ibidem  
agebat Doctor Sandetus gemis Anglici pidecus suorum  
tyrantidem fugiens, postquam de Anglico schismate  
librum condidit. Eo tempore nonnulli latronum mani-  
puli Italianam non parum infestabant, dum ex sylvis, &  
montibus, in quibus latebant, etumpentes, nocturnis  
rapinis, & incursionibus pagos diripiabant, & itinera  
obsidentes viatores spoliabant. Iamus Gregorium De-  
cimum tertium Pontificem Maximū exorat, ut Eccle-  
siæ Catholicæ in Ibernia iam pene conuenient ferat opér-  
a quo demū impetravit impunitatem ijs latronibus ea  
cautela.

conditione, ut secum in Iberniā proficerentur: & ex illis, & alijs mille milites plus, minus coegerit. Quibus Summus Pontifex duces praefecit Herculem Pisanum, virum fortitudine, reique militaris scientia clarum, aliosque Romanos. Milites in naues impositos vñā cum Cornelio Episcopo, & Sandero Doctore Iaimus Stuclū iubet, vt Vlyssiponem ducat, ibique ipsum spectet, donec vxorem, quam in Gallia reliquerat, deferat. Stuclius Italicas oris puppes vertens Vlyssiponem secundis ventis defertur illis diebus, quibus Sebastianus Lusitanæ Rex inclitus in Mauritaniam faciebat expeditionem. Rex à Stuclio, ut secum in Mauritaniam transmittat, petat, pollicatus post redditum, vel se ipsum cum Stuclio traicteturum in Iberniā, vel certe copias vberiores daturum ad asserendam illam insulam in libertatem. Stuclius animo libentissimo conditionem accipiens in illa hotissima clade Lusitanorum gentis inclytæ vñā cū clarissimo Rege Sebastiano basbarorū armis succubuit. Ex qua clade Itali, qui super fuerunt, in Hispaniam reuertuntur: quo etiam Iaimus iam venerat: qui receperit Italas Mauritanas cladis superstitibus, & Cantabris paucis, à rege Catholico, milites octingentos habebat: quibus vt auctor est Michael ab Isselto, quidam Sebastianus Saniosephus tribunus militum summi Pontificis decreto constituitur. His in naues sex impositis cum magno commeatu, tormentarijs machinamentis, armis ad instruenda quatuor millia Ibernorum Iaimus cum Cornelio Episcopo, & Sandero Doctore ex Hispania in Iberniā soluens prosperocysu peruenit in Ardnamacatum portum; qui Anglis Smeric vocatur, iuxta Danguinam oppidum. Est in eo portu scopulus (Aureum monumentum vocat accolæ) natura sat is munitus partim marinis fluib[us] allutus, partim rupibus altis praescissus

scissus, cum continente subilio ponte coniunctus. Hic erat penes Petrum Ruisium Danguinensem ciuem, qui in illo custodiaz causa tres, quatuorū pueros scoloparios habebat. Vbinam Petrus sit Iaimus explorat, illum quē deprehensum, & vincitū sublimem collocat in mucho bellico machinamento, quod militibus agentibus petræ admovet. Petrus clamitans pueros suos dedere rupem iubet. In eam Iaimus confessim milites sexcentos sub imperio Sebastiani Saniosephi tribuni militum exponit. Eam opere sex dies continuato munit, etiam in continente pro scopulo vallo, fossaque deductis exposita tormenta disponit. Erat munitio magnis vitibus vix expugnabilis. Vinum, oleum, acetum, nauticum panem, carnem saltam, cæterum commeatum ex naubus infert. Insuper ouillam, suillam bouillam carnem ex locis proximis cōparat. Naues cum reliquis ducentis militibus remittit. Interē concurrunt ad eum Iohannes Giraldinus patruelis suus Giraldi Comitis frater, & alij iuuenes nobiles: quibus ille refecit, id, quod erat se fuisse à Pontifice maximo Ibernis auxilio missum in Hæreticos pro Ecclesia Catholica iure, & libertate: ob id in militibus signis claves gerere depicatas, quod illi militabant, qui regni cœlorum claves habebat, Iohanni vero se fidem non habitui priusquam facinus aliquod dignum committat, quo Hæreticorum iram, atquē indigationem provocet, sibiq; ipsum fidum fore, intelligat. Illico Iohannes Traliam oppidum inuadens Dauerem iustitiae ministrum, Atturum Carterem Momoniarum castrametatorem Anglos Hæreticos, Miachum iudicem, Raymundum Nigrum cum alijs occidit. Ceteros Anglosex cooppido fugat. Quo facto landatus à Iaimo milites incipit comparare. Sebastianus Saniosephus à Iaimo iubetur esse animo forti, munimentum strenue defendere

defendere, dato in interpretem equité Iberno ex generē  
Planketorū. Cornelius Episcopus, & Sandeus Doctor  
concionandi alliciendique voluntates hominum causa  
reliquuntur apud Iohannem.

*Caislean Ichonail*  
*Beal anthaan*  
*Bhorin.*  
*os vadi semita.*

Ipse Iaimus cum Ibernis equitibus octo, & peditibus  
octodecim, quos duxerat Thadæus Maccartha ad mo-  
uendos alios in bellum, quibus cum, antequam ex Iber-  
nia exierat, profectiois suæ consilium communicaue-  
rat, proficisciatur. Illi in itinere occurrit Theobaldus  
Burkus Castelconelli dominus cum Richardo, & Vlligo  
fratribus equitatus, & peditatus numero superior. Qui,  
quamvis Iberni, Catholici, Iaimique consanguinei fue-  
rint, tamen insana stultitia acti, ut suam fidelitatem  
Regina probarent, Iaimum missilibus enim in carpunt.  
Vadum semite iam Iaimusta reicit, idemque Burkī pe-  
netrabant Ibi Iaimus plumbea glande icitur, & ob id ira  
percitus agmen flexit. Vt inquit magis acriter, quam  
prosperè dimicatur. Iaimus additis equo calcaribus in  
fluctuantes adhuc vado irruit suis equitibus, & pediti-  
bus intrepidè secutus: stricto gladio Theobaldum appe-  
tit, magna cæsa infra Gallem percutit, cranium in  
duas partes scindens, sanguinem, & cerebrum eius per  
pectus, & humeros exprimit. Exanimis Theobaldus equo  
cum ruit, Burkī vado cedunt: deinde Iaimo virgente  
se fugæ mandant. Fugientium tergis Iaimus hæret.  
Perierunt ex Burkis cum Theobaldo duce suus frater  
Richardus, & Gulielmus Burkus eques. Vlligus quoque  
frater tertius lethaliter saucijs sternitur. Edmundo  
Omeltriano equiti oculus eripitur: plerique veluti fu-  
giunt, vel omnino desiderantur. Ex altera parte Iaimus  
solus ante horas sex ex accepto vulnere moritur, prius  
expiatus peccatis a sacerdote, quem secum habebat.  
Milites octodecim vulnerantur: quorum Gibbon Giral-  
dinus

dinus cognomētus Niger octodecim vulneribus affe-  
ctus in fruticeto relinquitur absconsus, ubi ab amico  
chirurgo clam curatur, qui cum discedebat, lupus ex  
syluis proximis veniens vetera, & reiecta emplastria  
pure, sanguineque infecta mandebat, derelictum egrem  
nunquam aggressus. Ceteri postquam ducem Cadmeo  
certamine amissum sepelierunt, ad Iohannem Giral-  
dinum revertuntur. Ob hunc casum Castelconelli Do-  
minus defuncti successor à Regina Baro creatur.

Nuncio extinti Iaimi allato, plerique Iberni eius  
consiliorum participes spe destituti arma mouenda  
omiserunt. Sebastianus Saniosephus animo penitus  
consternatur. Angli contra animos extollunt: auxilia  
perunt ex Anglia. Regina persecutionem diminuere  
iubet. Ibernorum animos solicitat: Thomæ Buttlero  
Comiti Vrmoniaæ Desmoniaæ comitatū pollicita fuisse  
fertur, si quam celerrime conficiat bellum, Eugenium  
Osalleuanum Bearræ Principem patrum meum, quæ  
in bellum cōspiraturum timebat, inopinanter vindictum  
custodiæ mandat, nec ante finitum bellum dimisit, in  
Dumbea arce principatus illius capite præsidio collo-  
cato Fentone Anglo. Itaque Greius Anglus Iberniæ  
Prorex cum Vrmonio Comite, alijs auxiliariibus Iber-  
niæ alioquin Catholicis, maxime Angloiberniæ  
Midhijs, & Anglis suis circiter mille, quingentosque  
milites comparat, copias minime validas ad expugna-  
tionem tantæ munitionis, quanta erat Aureum muni-  
mentum. Tamen cum illis, & duabus, aut tribus nauibus  
onerarijs Sebastianum terra, marique dupli obsi-  
dione vallat, dispositis tormentis oppugnans. Oppug-  
nationem nihil faciebant propugnatores non solum  
machinamentis, & armis instructissimi, sed etiam natu-  
rali loci munitionissimi. Jam quadraginta circiter dies Ha-  
reticus

retius munitum tormentorum istibus frustra verberat, vites in cassum diffundens, hyemis inclemens quassus, in vasto, desertoque campo sine auxibus sub paucis tentorijs castrametatus: ab Ibernis inuitè tractis deferebatur: aliquos Anglos machinamentorum istibus occisos desiderabat; & inter illos Iohannem Schichium hominem apud suos magni nominis. Ne vero infesta re discederet, quod viribus minimè est asseditus, dolo tentat. Dato signo petit, ut colloquendi fiat potestas. Planketus nititur, colloquendum non esse cum Anglis gente hominum callido, & fallaci, à quibus Sebastianus homo credulus, & imprudens forsitan esset decipiens. Sebastianus, penes quæ erat imperium, colloquium denegandum non esse censet: Et ita interposita incolmitatis fide Proregem in castra adit cum interprete Planketo, & aperto capite allocutus fertur abiecti animi homo, cum tanæc interpretes caput operuerit. Prorex, & Tribunus uterque alterum ad pacum inuitat. Eorum sermones Planketus contrariè interpretabatur, Proregi referens Tribunum prius animam amissurum, quā in ditionem venturum: & Tribuno significans esse Proregi deliberatum, ne incolmitatem quidem date obssessis. Fallacem interpretis translationem cum Proregis vultu minimè consentientem Tribunus intelligens, Planketum in munimentum relatum iubet in vincula coniici: & alio interprete cum Prorege pacisficitur. Inde reuersus ad suos refert à Prorege se conditiones exquisitas obtinuisse. Planketus ex catenis reclamat, Pontificis arcem perfidè prodi: Proregem hyemis asperitate coactum citò dimissurum obditionem: Iohannem Giraldinum opem laturum: Ibernos omnes ab Anglis defecturos, modò Tribunus arcem tueatur: propugnatoribus in multis menses suppetere viatum:

Hæreticis

Hæreticis denique non esse habendam fidem.

In eandem sententiam loquuntur Cantabrorū Dux, & Hercules Pisanus se non modo propugnaturos esse munitionem, sed etiam in plano, si necesse sit, cum hoste manum conserturos. Tribunus milites in suam sententiam mouet. Itaque timidi Duxis ignavia cætotorum virtus vincitur, qui vitæ suorū, quam gloriae cupidior utramque amittit Arcem dedidit niente Decembri vna conditione quibusvis deditijs satis aqua iuramento à Prorege confirmata, ut cum militibus, armis, impedimentis, & rebus omnibus incolmis dimitteretur. Ceterum Hæretica perfidia neque fide, neque iuris iurandi religione, neque legibus apud omnes gentes etiam Ethnicas, & barbaras inuolatis se ligatam putat. Arcæ tradita deditijs iubentur exuere arma: quibusnudi ab Anglis iugulantur, tribuno excepto, qui dimissus fertur in Italiam venire. Planketus diutius paulò seruat ad duriores mortem, qui breui post ossibus malleo tunis, & fractis necatur. Hinc Greia fides pro ingente, & in humana perfidia in prouerbium abiuit.

Inde Greius Dubhlinnam reuersus in Momoniæ oppidis praefidia collocat: contra Iohannem Giraldinum ab Ibernis, & ex Anglia petit auxilia: præfectis imperat, ut in bellum quam celerrimè confiendum toto pectori incumbant, neque desistant, donec Iohannem vel capiant, vel occidant. Comes Vrmónius, & alij magnates Iberni Giraldinorum superbiam, & potentiam exosi facilius in illos alliciuntur. Iohannes cum fratre Iaimo, patruelibus, gentilibus, animosa iuuentute ex genere Macsuinitiorum (quorum non infimos tunc Giraldini desiderabant Maccarthaë bello peremptos) Dermysio Osullenano

N

patre

Goart  
par-  
tibus  
huria.

patre meo, qui Bearros pedites ducebat, alijsque fese tutari, & hostibus simul officere molitur. Principio statim belli Comes Giraldus in regia castra ire, seque Hæreticis permittere, non est ausus, memor longi carceris, quo fuit ab illis anteā diu detentus: nec tamen ab illis se defensare præferebat, neque fratribus, & consanguineis opem ferebat. Quin & eius vxor Comitissa Iaimum filium unicum mansuri patris in amicitia ob sidem regis tradidit. Nihilominus ab illis Comes hostis iudicatur, eiusque municipia ferro, flammeaque deuastantur. Ad quæ defendenda ille sumpit arma. Qui cum principio felicie marte non semel contulisset arma, illa Regina impunitatem, pristinas immunitates, aliasque pacis honorificas conditiones obtulit ea una lege, ut Doctorem Sanderum, quod erat Anglus, ipsius arbitrio permetteret. Giraldus respondit, nunquam se futurum proditorem sacerdotis pij, qui à nullo sua gentis protectus ad Pontificem Maximum confugerat, & inde venerat in Iberniam fama Catholica fidei, & religionis Ibernorum ductus. De hac conditione cum non conuenisset, bellum cepit geri profecto cruentum, quo ratio, & aincipiti marte per annos circiter tres fuit pugnatum. Ex dignioribus scitu casibus aliquos referemus. Ad agrum Fontis Tarbertus Anglus cum quatuor cohortibus, & Iohannes Giraldinus ducens quingentos pedites, & paucos equites concurrunt. Iohannem animo fortissime Doctor Sanderus iubet, se pro illo præliante flexis genibus ad Dominum preces effusurum, nec loco discellorum, nisi ille vincat. Dum Sanderus in alto tumulo Deum orat, Iohannes militum numero inferior prælium committit, hostes fudit, fugat, occidit, signis vasisque militaribus potitur, nullo memorabili damno accepto.

Paucis

Paucis post diebus Malibus Anglus Connacht & regni præfetus urbem Lomnacham transiens ad Par- uas Nundinas (ita locus nominatur) peruenit. Ducebat <sup>Eanach</sup> Anglos milites quingentos, sed vberiores copias Iber- <sup>beig.</sup> norum auxiliarium, inter quos erat Ulligus, & Iohannes Burk i Clanrichardæ Comitis filij, & Petrus Iohannesque Lessij. Eis obuiam ire pergit Iohannes, qui cum procul constitisset, ex eius exercitu pauci in hostes in-compositè prorrunt, eosquè in proximum castrum compellunt. Vnde regi rufus crumpentes Catholico- rum paucitatem spenentes audacter aggrediuntur, & in fugam vertunt, donec Iohannes fugientibus auxilio venerit. Occisi sunt eo die ex Catholicis Thomas Giraldinus Iohannis filius Comitis patruelis, & Thomas Brunus eques cum peditibus viginti tribus.

Iohannem ex Clenglasia in Atharlam profectum Killmu- equites regi ex Killmuchalloga oppido sequuntur, qui- challog. bus cum ille prosperè dimicauit.

Ad Agrum lenti Giraldus Comes, cum arma co- Goare pit, decem regiorum cohortes deleuit na Pisa.

Breui post Butlerorum fines intradit, & depræda- tur. Illum Butlerti fecuti ad montem Grafunum nanciscuntur cum numeroso exercitu, quem Butlerorum principes ducebant Eduardus, & Petrus Buttle- Cnoic ri Comitis Vrmonij fratres, Macpieris Dunbunnæ grafun Baro, Purcellus Luochnæ Baro, qui à Giraldo præ- lio superantur exercitus Butlerici flore peremp-to.

Daniel Osulceuanus adolescens, qui posteā Bear- ræ princeps factus pro Hispanorum salute cum An- glis bellum gessit: ad Beantriæ monasterium An- glorum cohortem lapidibus obrutam deleuit, & Dermysium Odonnobhanum Anglorum iussu Bear- ram

*Lathbach* ram deprædantem ad Lutum houm occidit.

*na* Casilianum agrum Giraldus deuastat, cuius conatum  
*ndaibb.* repressurus Robertus Anglus cū Casilianis oppidanis,  
Baile na & præsidarijs veniens obuiam ad oppidum Scurlogorum fugatur aliquot Casilianis ciuiibus captis.

*Scurlog* Ochellam oppidum nobile, locupletissimumque Giraldus vi captam diripit, in cuius expugnatione Dermysius Osulleuanus pater meus Bearrorum peditum dux ingente virtute ingens periculum superauit mēnias scalis ascendendo, propugnatoribus frustra repugnantibus: in oppidi direptione cum miles eiusarca fracta aurum, & argentum, quo plena erat, sacco exciperet, hæc inquit, inuidi simus Dux, iucundissima res videtur, ni forsan somnium est. Cui Dermysius respōdens, noli, inquit, fortissime comes somni dulcedine tantopere delestanti, ne experfectus nō verā specie, sed sensus ludibriū esse intelligas. Postea Dermysius cum Fentone Anglo Dumberz præfecto vario stratagemmate conreditur.

Vestibus, & armis insignis fuit cohors Anglorū, quæ Sagorum rubrorū nominabatur, à Regina in hoc bellū nuper missa. Quam iuxta Lismorem Iohannes Giraldinus, qui Seniscalis dicebatur, eques nobilis minorem peditum numerum dicens lapidibus obruit.

*Lismor.* Castrū. A Macmorise Lacnae Barone sex pueros nobiles Hæreticus obfides extorserat & cōcepta de ea rebellionis suspicione suspenderat. Ob id Macmoris ita percitus Anglicas cohortes quatuor vñā cum Duce Achamo ad oppidum nomine Ardfartam idest Tumulum miraculorum circumueniens obturcat.

*Ard* Sub hanc victoriā prosperitatē alia fallacis fortūpx akeram paginam citō vertit, Giraldinorum felicitatem subvertens.

Iaimus

Iaimus Giraldinus Comitis frater veteri inimicitia Muscriam deprædandi causa ingressus á Cormakō Maccartha Thadai filio Muscria Principe captus, & ad Anglos Corcacham missus morte plectitur. Alius Iaimus Giraldinis Iohannis filius Comitis patruelis à Bernardo Obriene equite Iberno in quodam concursu occiditur. Giraldus Comes Maccartha Magni ditiones deuastans cum confedisset Achadoz cum paucis, dum eius frater Iohannes incursiones facit, Suchus Anglus ex Danguina oppido progressus cum equitibus sexaginta, & peditum cohorte, qui subsequebantur, comitem improuisō circumuenit, & ædes immuniti oppidi circumdans Melmarium Macquinnum Tribunum militum. Thadrum Maccarham Cosmangz dominum, & Diuidem Giraldinum equitem interficit. Ipse Comes semiomnus in Castellum se recepit. Vnde rufus comparatis viribus erumpens, Suchumq[ue] secutus captivas feminas, & spolia illi adimit. Sed hoc vulnus Melmatij interitu Comiti magnum, & acerbum fuit. Haud diu post Iohannes cum equitibus tantum osto profectus ex exercitu causa componendi controvēsiā, & rixam ortam inter quosdam factionis suæ, qui aberant, Dromi phrinum montem transibat, cum grato vespero post æstuantis meridiei equitationem ad pedes descendit deambulacione animum relaxatus vñā cum comitibus: qui nihil aduersi timentes, rati procul abesse hostem spatiabantur, pedissquis ducentibus equos. Ceterum cum lumina vertissent, haud procul conspexerunt Suchum cum equitibus sexaginta venientem. Mox omnes in equos insiluerunt, præter Iohannem, qui alias omnium dexterius erat, vir ingentis animi, & roboris, in subiitis easibus intrepidus, sèpē solitus summa facilitate altius equo assilire. Verum tunc ne aliorum etiam ope

Tiarna  
Srona  
Calli.  
Dñs  
Nas  
anus.

potuit equum ascendere, quod, & ipsum torpor invaserit, totumque oecupavit, & equus alioquin mansuetus, & domesticus calcitrabat, hunc priores, hunc posteriores pedes erigens. Tum Iohannes comites alloquens, Abite, inquit, feliciter fortissimi commilitones. Ego non possum equum ascendere: viribus omib[us] sum destitutus. Hac est fati mei dies Ita solo telo sepe equites comites discedunt, ex quibus Iainius Giraldinus Stoncallia dominus, cū paululum processisset, non inquit, deferam Iohannem, virum fortissimum, cuius auspicio, & virtute sepe Hæreticos vicimus, cuius vnius manu multi hostes perierunt, optimum Comitis filium, quem vñquam vidi: efficiam, ne solus intereat. Ut ille vñctor me per Hæreticorum agmina sepe duxit, ego illum nunc moriturum comitabor. His dictis ad pedes cum descendisset, iuxta Iohannem stetit. Interim hostes interfuerunt, à quibus ambo circumdati maluerunt interfici, quam arma tradere.

Iohannis Melmarij, ceterorumque, quos retulimus, cede viribus magna parte fuit Giraldus Comes fractus, & contusus, sed omnino penè consumptis facultatibus debilitatus, & exhaustus Nihilominus annum penè post bellum duxit. Denique ad incitas, summamque paupertatem sedactus sensim ab omnibus desertus a Goffredo Machinario. Duce suo cohortis in specubus, vel nemoribus occultus alitur. Goffredus in Anglorum obedientiam redditus, & ab Urmonio Comite deprehensus de Giraldo, interrogatus respondet, se nihil certi habere. Testis, qui apud eum Giraldum viderit, producitur. Oculato teste rem probatam cum Goffredus diutius negare, integrum sibi non iudicasset, impendente morte, si inficiaretur, satetur penes se Giraldum esse, & Vnus omnis tradere pollicetur, modò digna præmia sibi denerentur.

Præmij

## De varijs Ibernia casibus Et. 100

Præmij promissis Goffredus laudatus mittitur, ut Giraldum vinclum deferat. Neque enim vlli videbat ut propter Giraldi salutem præriorum, fortunatumque iacturam facturus, sequi in summum vitæ discrimen deducturus. Sed fuit Goffredi maior pietas, & mirabilior fides, qui Giraldum in alia loca deserta transtulit, ibique venatione, & rapinis alebat, donec cibum illi querens interceptus, & occisus fuerit. Inde Giraldus sylam densissimam suæ ditionis, quæ sylua cunei vocatur, petat cum quatuo, aut quinque comitibus, in qua latitans circumuentus capite truncatur. In re memoriam locus, qui tunc eius sanguine fuit perfusus, adhuc sanguineo colore fertur esse affectus. Inueniendi eundem furent duo fratres sui familiares, & in quos sepe beneficia dicitur contulisse, Eugenius, & Daniel, qui aliud forsan querentes in eum incidenterunt reginæ ministris comitati, sed tamen miserè obierunt suspensi, alter in Anglia, nescio quod ob crimen, alter in Ibernia à Macmorise Lacnae Barone ob fœditatem sceleris huius in bello maximo, quod inferius sum scripturus.

## CAPVT. XVI.

### De Cornelio Episcopo, & Sandero Doctore.

**S**anderi Doctoris mors non est hoc loco silentio prætereunda, qui ante finem huius bellissimo flentis ventris occupatus, adhuc viribus validus, & omnium iudicio nihil periclitans principio noctis ita Cornelius Killaloacensem Episcopum fuit allocutus. Vnde me,

illustris Domine, extremaunctione olei morientium, nam hac nocte sum ē vita discessurus, à creatore meo vocatus. Profestó (Cornelius inquit) ita & tu corporis robore firmus es, & aegritudo nihil vrgens, vt neq; vngendus, neque moriturus mili videaris. Nihilominus morbo vehementius oppressus ad medianam noctē vngctus sub gallicinium domino spiritum reddidit, & sequente nocte clam fuit inhumatus à sacerdotibus, vctus ad sepulchrum à quatuor equitibus Ibernis, quorū fuit pater meus Dermysius. Plures verò funeri interessc prohibitum est, ne esset, qui cadauer ostenderet Anglis solitis in mortuos etiam exempla crudelitatis edere. Cornelius Episcopus in Hispaniam venit, & Vlyssipone diem clausit anno 1617. annis aliquos postquam in margine Stanihursti libri de moribus, & rebus Iberniæ ad singulas falsitates scripsisse fetur hanc annotationem : Men-situr.

## CAPVT. XVII.

Gregorij XIII. Pontificis Maximi litteræ  
ad Iberos datæ repetuntur.

**H**Æc sunt huius belli memorabiliora euenta, de quo Gregorij decimi tertij Summi Pontificis epistolā ad Iberos datā silentio nō inuoluam.

Gregorius Papa XIII. uniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, caterisque Pralatis, nec non Principibus, Comitiis, Baronibus, clero, nobilitbus, & populis regni Ibernia salutem, & Apostolicā benedictionem.

Cum proximis superioribus annis per nostras litteras vos horatī fuerint, ut ad vestram libertatem recuperandam, eamque aduersus

## De varijs Iberniæ casibus &amp;c. 101

aduersus Hereticos tuendam, ac conseruandam bona memoriae Iacobo Giraldino, qui durum seruitutis iugum vobis ab Anglis Sanctæ Romanae Ecclesie desertoribus impositum depellere summo animi ardore cogitabat, pro virili nostra adesse, cumque contra Dei, & vestros hostes ire parantem prempste, ac strenue adiuuare velletis, & quo id alacrius efficeretis, omnibus contritis, & confessis, qui ipsum Iacobum ducem, eiusque exercitum Catholica fidei assertorem, & propugnatorem secuti fuissent, & se illi adiunxissent, aut consilio fauore, commeatibus, armis, aliisque bellicis rebus, seu quacumque ratione in hac expeditione opem dedissent, plenariam omnium peccatorum suorum veniam, & remissionem, & eandem, qua proficisciens ad bellum contra Turcas, & ad recuperationem terra sancta per Romanos Pontices imperiri solita est, concessimus. Nuper autem non sine graui animi nostri dolore, per nos accepto, ipsum Iacobum fortiter cum hostibus dimicando (sic ut Domino placuit) occupuisse: dilectum vero filium Iohannem Geraldinum eius consobrinum in expeditione huiusmodi eximia pietate, & animi magnitudine, auctore Deo, cuius causa agitur, suscepisse, compluraque egregia facinora de Catholica fide benemerendo iam edidisse: idcirco vos omnes, & singulos maior, quo possumus affectu, hortamus, requirimus, & urgemos in Domino, ut eundem Iohannem ducem, eiusque exercitum omni ope, quemadmodum dictum Iacobum viventem, ut faceretis, vos admonuimus, contra diabolos Hereticos adiuuare studeatis. Nos enim vobis omnibus confessis, & communicatis, & vestrum singulis in dictis litteris contenta pro ipso Iohanne, & eius exercitu facientibus, & post ipsius obitum, si forsitan contigerit, quod Deus auertere dignetur, Iacobo eius fratri adharentibus, atque fauentibus, eandem plenariam peccatorum vestrorum indulgentiam, & remissionem, quam aduersus Turcas, & pro recuperanda terra sancta bellantes consequuntur, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apolorum eius autoritate confisi tribuimus, & clargimur præfatis

tibus quoad dicti Iohannes & Iacobus fratres vixerint, duratus: ris. Quoniam autem difficile esset, has nostras litteras ad omnium, quorum interest, notitiam peruenire, volumus, ut earum exemplis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, si gilloque persone in dignitate Ecclesiastica constituta obsegnatis plena, ac certa fides ubique habeatur, ac si presentes essent exhibita vel ostense. Datis Roma apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xiiij. Maij. M.D.LXXX. Pontificatus nostri anno octauo. Cas. Glorierius. Visa per D. Generalem S. Cruciae Commissarium. Iohannes de la Rumbide.

Supradictae littere extractae ex suis originalibus in stampa impressa fuerunt correcatae, & collationate per me Alfonsum de Serna publicum Apostolica, & ordinaria authoritate, ac Archivis Romane cuius Notarium in oppido Madriti Toletana Diaecesis die xiiij. Octobris. M.D.LXXX.

Ad huius epistole, nostraque historiae concordiam ignorandum non est, cosdem & à Summo Pontifice Iacobos, & à me Ibernicæ linguae vocem sequente laimos vocari.

## CAP VT. XVIII.

De Vlligo, & Iohanne Burkis Comitis  
Clanrichardæ filijs.

**E**X his, quæ haec tenus vidimus, non obscure colligitur, quanta cura, diligentiaque fuerint Angli Ibernorum excidium moliti, & magna parte assecuti, ipsique Iberni eos in suam perniciem adiuverint alijs alijs nocendo. Sed adhuc clarius constabit

vno

vno exemplo, quod subiecturus sum. Vlligus, & Iohannes Burkis Comitis Clanrichardæ filij diuersis matribus editi de patris defuncti hereditate litigabant. Quam occasionem Angli ad ytriusque perniciem opportunam rati fecerunt utriusque occidendi alterū impune facultatem fecisse scripto instrumento clam tradito. Inter omnes conuenit Vlligum in fratrem minime satis pium fuisse. Quod Iohannes timens cum in castello ab utriusque consanguineo exciperetur hospicio, ut cautus custodias, & excubias ex familiaribus dorinienti sibi adhiberet, illisque castelli claves tradifacit. Sed nihil totum, ubi perfidia locus est. Hospes homo perfidus & inhumanus instruelo conuiuio, poculis paratis custodes inebriat, atque somno, vinoque sopitis substrahit claves, & patefactis ex compagno foribus Vlligi agmen armatum noctu in castellum infert. A quo duo Iohannis familiares equites splendidi somno capti circumdati ferro primum confodiuntur. Iohannes, qui in proximo cubiculo dormiebat, clamore, & strepitu excitatus loricam super subuculam subiecto induit, stricto gladio cubilis ostium properat defendere: omnibus aditum intercludit, donec pacificatur, ut ad Vlligum fratrem, qui ad foras castelli expectabat, incolamus producatur. Cæterum perfidis fidei nihil habendum. Vix enim tradidit, & loricam extit, cum à sicariis in ipso cubiculo diris vulneribus, conficitur codem anno, quo Desmonia Comes est capite truncatus. Reliquit filios duos Raymundum Literimæ Baronem, & Gulielmum, de quibus infra sensus agemus.



## C A P V T . X I X .

*Dermysius Ohurlius Archiepiscopus  
Casilia longè inuidissimus, &  
Clarissimus Martyr.*

**H**is bellicis incendijs, quibus hæc insula misere flagrabat, pacatis, alia flamma excepit longè miserabilior, & immanior, ea est tyrannus exercita in sacerdotes, & alios Catholicos. Qua sublatus imprimis est Dermysius Ohurlius Casilia Archiepiscopus, de quo nos ita memorauimus Dermysius Ohurlius genere Ibernum equitis filius puer parétu cura fuit ingenuis moribus, atquè litterarum rudimentis excultus. Äuò grandior Louania, & Parisijs tantum in gravioribus studijs progressum fecit, vt, si cum hominibus sui temporis conferatur, Grammaticus vix vlli secundus, Rhetor eloquentissimo cuiqué par, plerisque iurisperitis superior, Theologis paucis inferior euaserit. Doctor in Theologia, lareque utroque creatus annos quatuor leges Louania publicè dictauit. Inde cum vir prædictus his artibus coniunctis cum mirifica quadam formæ, staturæ, & animi graviitate, & magestate annos aliquot Romæ egisset, dignus Gregorio Decimo tertio Pontifici Maximo visus est, vt sacris ordinibus iniiciatus in Casilia Archiepiscopum consecraretur. Illoco in Iberniam rediuit delegatum sibi munus obiturus funestissima patria sua tempestate, qua eius sceptro potiebatur Elizabetha Teder Angliae Regina nō modo Hæresis tertima luc infecta, sed acerrima fidei Catholicæ, sacerorum Episcoporum, & sacerdotum hostis.

Principis

## De varijs Iberniae casibus &amp;c. 103

Principis suæ crudelitatem regii præfeti, & ministri tyrannide in Catholicos vincebant, non iij solum, qui regebant Angliam, in qua fidei splendorem iam extinxerant, sed & hi, qui Ibernia præerant: ubi indigenæ in hunc usque diem pro Christo extrema perpetientes reluctantur. Nihilominus Archiepiscopus noster summo labore, & studio suj iurisdictionis gregi adminis strauit sacramenta, & euangelium domini expandit, orantes in fide confirmans, bicanium ferè ab Angli frustra inquisitus Ibernorum opera, & fide protectus, secularibus vestibus, quibus personam, & conditionem dissimulabat, induitus (quemadmodum cæteri quoque sacerdotes in Ibernia, Scotia, & Anglia in præsentem usque diem incedunt, postquam Anglorum Regum futurori Ecclesiæ Christi Iesu exardet.) Euenit denique, vt in Slania castello, & municipio Thomæ Flamenzi Baroni Angloiberni, apud quem eo die Archiepiscopus diuersabatur, coram Roberto Dillon coclite Regine iudice inter cænandum grauis quæstio fuerit excitata. In qua Hæretici suam quisque sententiam licentiose dicens, eò insanis processerunt, vt Dermysius qui intersuit diutacitus ne se prodet, tandem tamen non potuerit ferre delicia Itaque qua fuit vultus autoritate, summa eloquentia, & doctrina, Hæreticorum vana iudicia facile confutauit magna omnium admiratione. Vnde Dillon index coniectura adductus, vt sibi persuaderet illum esse insignem aliquem virum, qui plurimum posset Hæretibus ostendere, rem retulit ad Adamum Loftum Iberniae Chancellarium, & Henricum Valoptum summum quæstorem Anglos, quos regni administratio erat, Proerce auctoritate. Hi Thoma Baronii magnis penis impetrant, ut Archiepiscopum vinculum ad ipsos mittat. Interim

Archie-

*Carriga na Siuri.* Archiepiscopus Slania proscutus a Barone, & regis missariis in Rupesurio Castello deprehenditur anno 1583. mense Septembri apud Thomam Butlerum cognomento Nigrum Vrmoniæ Comitem, qui a grè, & iniquo animo casum tulit, quantumque potuit postea insudavit, ut præsulem carnificum manibus ciperet, præterquam quod arma non suscepit, ut in simili euentu debuit, & forsitan fecisset, nisi Protestas esset: siquidem reliquus labor erat inanis. Antistes in regni principē urbem Dubhlinnam allatus multos dies ceci, tetricque carceris tenebris, & fætore, vinculisque vexatur usque ad illum sequentis anni diem, qui dominice cenæ nomine celebratur, quo fuit hunc in modum ab Hæreticis impugnatus. Primum ad Adamum Chancellarium, & Henricum Quæstorem productus comiter, & benignè inuitatur ad Hereticorum sectas sequendas magnis propositis præmijs ea conditione, ut sacro charactere spredo, & autoritate recepta à Pontifice summo contempta per Reginæ inaugurationem (o scelus) Archiepiscopatum iniret. Ille dixit sibi decretum, atque fixum esse à Christi Iesu Ecclesia, fide, & vicatio beneficij vñius nunquam desciscere. Inde Chancellarius, atque Quæstor suarum argumentationum calliditate illum decipere conantur, omnes ncurios extricantes, ut veritatem falsitatis conuincant. Hoc Dermysius molestè ferens, præsertim, quod sibi tricarum responso interdicebatur, stolidos, atque insrios iubet (ea erat animi magnitudine) ne sibi Archiepiscopo, & homini in celebribus gymnasijs à doctorum numero non cieco ridicula, & falsa documenta ingerant. Tum Hæretici ira perciti, re, inquiunt, efficiemus, quod verbis præstare non possumus, ut hac tua lege delusa deserta Religione nostram velobuijs manibus amplectaris.

Antistes

Antistes pedibus, atque manibus vinctis humi prosteretur ad vastum truncum religatus. Eius pedes, cruraque ocreis (id calciamenti genus est hoc seculo frequens ex corio confectum, & ultra genua pertinens) sale butyro, oleo, leuo, piceaque illitis, aqua feruente admixta induuntur. Ita crura calciata, ferreæque craticula imposita iniesto igne dirè, & crudeliter friguntur: iamque cruciamento per integrum horâ continuato, pice, oleoque, reliquaque materia commixta ebulliente, atq; spumante nō modo cure nudatur, sed & caro coctione comminuta dissipatur: musculi, venæ arteriaq; sensim deficiunt: cumque ocreæ excalciarentur, frustra strictæ carnis secum trahentes non paruas ossium partes nudas, atque rasas reliquerunt, spectaculum circumstantibus horribile visu, vixque fidem faciens. Attamen Martyranimo Deo, rebusque diuinis intentus, ore ne ullum verbum proferens in eodem alaci, & placidissimo vultu habitu, in tormenti finem persistit, quo fuit prius, quam cœpit excruciar, perinde ac si solis astutis ardore fugiens in molle lecto stratis capiti, lenissimis puluinis opaca sub arbore patulis ramis diffusa iuxta aquæ riuum iucundo murmurste penitentem inter fragrantia lilia iacentis, corpus magnis laboribus, atq; longis vigilijs fatigatum quieti reficiendum traderet. Cum vero né hoc seuo, & plusquam Phalarico cruciatus Martiris in iustum animum tyranni fregissent, corum iussu in pristinum carcere, locum fetidum, & alta caligine mersum reseretur, al duriora, si ex cogarentur, perpetienda paratus. Tunc temporis erat Dubhlinnae Carolus Macmoris presbyter e Societate Iesu, vir artis mediae, & chirurgieæ peritus, qui, cum propter Christi fidem fuisse ab Anglis in carcere conicetus, ab eisdem rursum fuit dimisus ob aliquas difficiles curationes adhibi-

tas quibusdam nobilibus. Is Sanctum Archiepiscopum in carcere adiens, eideisque admouens medicamenta, eo illum perduxit, ut die decimo quarto potuerit in lecto aliquandiu stare. Quod Chancellarius, & Quæstor intelligentes, & Vrmoniaæ Comitem aduentare, cuius autoritatem, atque potentiam Dermysius saluti fore, timebant, malis Furij acti statuunt illum quamecelerrime vltimo supplicio afficere. Veriti autem, ne populus ad tumultum concitaretur, atque pastorem à nece eriperet, si palam ciuitibusque scientibus esset interficiendus, litorum nullius tortorumque sentine imperant, ut Antistitem summo manante solis exortum, nondum ciuitibus exprectis extra vibem carro vectum furca suspendant. Cum ita ferretur, occurrerunt illi ex omnibus oppidanis duo tantum, & amicus quidam qui summa erga eum fide fuerat, eiusque singularem curam ab eo tempore, quo fuit primum captus, habuerat, eumque comitauit. Archiepiscopus antequam in patibulum fuit elatus, amici manum sua prehendens, & fortiter stringens, palmæ indelibile crucis signum colore rubrum, pignus animi gratissimi erga fidissimum amicum rarum, atque sanctum fertur impressisse. Illico viminæ testis laquo suspensus breui cruciatu, & morte præmia æterna in celo fuit adeptus anno Domini millesimo, quingentesimo octogesimo quarto septimo die Iunij mensis. Fama est, nobilem fæminam à malo Dæmoni, quo fuit diu afflita eo in loco, quo Dermysius supplicio fuit affectus, esse vindicatam. Martyris cædauer Gulielmus Simoensis Dubhlinnensis cuius ab eo loco, quo fuit Hereticis sepultum, in aliud occultum translatum vrna lignea conditum in humauit. Mortem, & supplicium Richardus insignis Musicus fidibus celebravit lametabili, atq; funesto tono, qui Slanij Baronis delictu nuncupatur.

CAP.

De varijs Iberniae easibus &c. 105  
CAPVT. X X.  
Gelatius Oculennanus, & Huon Omelkeranus Martyres.

**H**æchabui, quæ de Casilia Archiepiscopo inuicissimo Martyre dicerem. Pauciora de Gelatio Oculennano Abbe, & Huone Omelkerano sacerdote memorabo. Gelatius Oculennanus fuit editus natalibus haud obscuris, Louaniæ litteris excultus Romanæ adiit. Vnde reuersus in Iberniâ sacrâ Diui Bernardi Religionē profectetur. Virtutibus magis indies Florens & Pontifici Maximo, & ordini sancto dignus videtur, ut Bulliaz Abbas creetur. Breui post capt⁹ est ab Anglis, qui Moyox, & alios vacuos Episcopatus regni Connachtæ illi offerunt, modò Catholicâ Religionē, Pontificisque Maximi partes deserat. Ad hæc ille respondens Hæretici, magna sunt, inquit, amplaque hec beneficia, quæ mihi proponitis, sed vt illis fruat, quandiu dabitis mihi? Quandiu, inquit Hæretici, vixeris. Ille tum, quādiu, inquit, mihi dabis, vt viuam? Nos, inquit isti, non possumus tibi constituere finem viuendi, neque vitam tuam producere, scirue tu fati diem. Ergo, inquit ille, longè consultius mihi fuerit, huic obtemperare, eiusque legem seruare, qui fati mei horam seit, qui potest mihi vitam longiorem concedere, & dare, vt in celo vitam æternam, & felicissimam agam, quam gerere vobis morem, qui, ne vt uno momento temporis viuam, facere valetis, istis fucatis, fluxis, atque falsis muneribus me ab æterna beatitudine auertere conatibus. Hoc responso Angli ita perciti, Religijs digitos, crura, brachiaque malleo contundi iusserunt. Cum tamen ne hoc cruciatu possent eius iniustum animum frangere,

O

illum,

illum, & Huonem Omelkeranum sacerdotem eiusdem sententia assertorem imperant suspendi. Quod Huon timebat, flebatque petij Abbas a tortoribus, ut ille prius afficeretur morte, vt ipse timidum mortis terrore sacerdotem intermoriendum confirmaret: idque fuit adeptus. Huone suspenso Abbas non solum intrepidè, sed magnanimè seQUITUR. Ita ambo furca suspensi cęlos celeriter ascēderunt Dubhlinna Rēdemptoris anno millesimo quīngentesimo octogesimo quarto, vigesimo primo die Nouembris, sub quod tempus sextum, & vigesimum annum Abbas explebat. Cuius corpus fuit in pinnis arcis oppidi collocatum, triste Catholicis spectaculum, & in illud Angli plumbeas glandes bombardis iaciebant.

## C A P V T. XXI.

*In Connachta vehemens Anglorum atrocitas.*Sir Ri-  
chard  
Binghā.Ocochur  
Rua.

**N**eque in sacerdotes solos, sed in alios quoque Catholicos hæc tyrannis exercebatur. Richardus Binghamus Anglus eques auratus Connachta regni præfectus ea lenitate, & moderatione provinciam primū cepit administrare, vt fuerit omnibus quā acceptissimus honorificentissimo titulo vocatus à provincialibus misericors præfectus. Ceterum hæc nō vera, sed ficta fuit misericordia; non columba; sed vulpina simplicitas. Hæreticus, postquam de se magnā miserationis, & pietatis opinionem concitauit, inde crudelitatem plusquā Phalarica exarsit, Catholicorum sanguinem audiē effundens. Oconchurum Rubrum agentem octogesimum circiter annum laqueo strangulat: ex Oconchurum, Burkorumque gente multos extinxit.

Quam

Quam tyrannidem fugientes equites Burki duo in castellum, quod in lacu ipsi habebant, cum familia secesserunt. Eò Binghamus lintribus, atque pontonibus adit manipulo militum stipatus. In insulam cum de nauicula descendisset, Burki castello erumpentes occurserunt. Hæretici terga vertentes properant descendere pontones. Vigentibus Burkis Binghamus in aquā se se precipitans nando vix evasit. Eadem sequitio barbara coactus Fargusius Okealla in sylvas densissimas se cum paucis abdidit. Inde erumpens Anglos səpē impetrat, ab eisdem quoque səpē impetus. Illum denique impunitate donatum Binghamus recipit in fidem. Breuitatem post cum Fargusius in festo Dominici natalis domi suz noctu letabundus cęnaret, à iustitia ministro militumque agmine missis à Binghamo improviso obsidetur. Dum Hæretici barbari foribus effringendis distincentur, Fargusius per subterraneum cuniculum, quem similes casus timens domo excavatum longè intenderat familiam præmittit. Ipse temperata bombarda iustitiae ministram nomine compellat, quasi misericordiam barbari imploratus, respondentemque duplice plumbea glande confudit. Secundo quoq; intenta bombarda sternit alium militem, & ædibus flagrantibus igni ab Hæreticis iniecto per cuniculum familiā secutus incolamus evasit, & adhuc mortuus ansit, mihi non constat.

## C A P V T. XXII.

*Momoniarum crudelitatis aliqua exempla repetuntur.*

**I**n Momonijs quoque viros magnanimos ē medio tollere nō omittunt Angli barbara feritate humanū,

Oz

&amp; Ca-

& Catholicum sanguinem sientes Imprimis auuncūli mei Gelatius, & Bernardus Macquinij summo supplicio afficiuntur. Pater quoque meus Dermysius diligētissime queritur, cuius comes Giraldus interceptus, & tortus manibus, atque pedibus igni admotis, donec vngues, & summi digiti fuerint combusti, & cōsumpti, tamen vir magna fide, & constantia præditus dominū minime prodidit. Breui post Dermysius cū comitibus quinque regio ministro quatuordecim militibus stipato factus obuius acriter dimicat, & tandem multis vulneribus affectus sternitur duobus comitibus occisis, & tribus faucijs. Neque hostibus incruenta fuit pugna, ē quibus non pauciores cum duce ceciderunt, priusquā pugna fuit dirempta per homines ex proximis pagis accidentes. Dermysius, & alij fauicij curationibus exquisitissimis conualuerunt.

Kiegan  
Geir.

Anglorum barbarum furem fugiens Daniel Maccartha principis Maccarrha filius aspera, & difficilia aditu loca occupans non sine armatorum firma manu fese aliquādiu tutatus est. Ei canis fuit instinctu mirus nomine Kieganus, qui domino somnum capiente vigilas semper agebat, & quoties aliquos venientes aut prætereuntes sentiebat, illum pedibus exprefaciebat, & præiens adeunda loca explorabat. Cum verò Daniel incolumentem fuissest affectus, Thadæus sylvestris, homo in eum male animatus canem nihil mali facientem ferro confudit, cuius nequissimi facti dignas penas cito peperdit à Daniele ex arbore suspensus. Id etiam, quod modo relatus sum, posteritas, qua de rebus huius xii animo libero, & à perturbationibus alieno iudicabit, in crudelitatis, & etiam ingratisudinis exempla forsitan referet. Donatus Macrahus cognomento Nicias Iberius vir apud populates suos frugalitate, &

libera-

liberalitate notissimus Momoniārum præfectorum Anglo, quem hospicio acceperat, non modō lautum, splendidumque conuiuum instruxit, sed etiam domesticos suos choræas, atque ludos exhibere iussit. Paucis inde diebus præfectus hospitem Corcacham accersitum ultimo supplicio afficere imperauit, causatus viro probo, & frugali non fuisse substantiam alendæ tantæ familiæ parem, atque adeo tot domesticos, non nisi furtis, rapini, vel alijs artibus vetitis (quod nullo modo probatum est) ab eo alijs necessè fuisse.

## CAP V T. XXIII.

*Angli discordias Ibernorum optimatum accendent.*

**E**A verò non minima pars calamitaris, qua misera insula afflita est, erat, quod ipsi primores Iberni alij alios impugnabant, corumque discordias Angli, penes quos erat administrandarum rerum gubernaculum non modō non inhibebant, sed potius augebant, & accendebat, vt sapè iam vidimus & nunc quoque constabit aliquibus exemplis, quæ temporum ordin hic referri debent.

Inter Terentium Onellum Principem Tironem, & Hugonem Onellum, qui postea Magnus cognominatus est, Dunganinæ Baronem Fardorchi filium magna erat controversia de Tironæ principatu, qui tantū absfuit, vt à Regina bello prohiberentur, vt potius veri-  
Carraig que Regina copiæ ad gerendum bellum fuerint sub- lieth.s. ministratæ. Ad locum, cui nomen est Rupes cana, Baro Rupes cum duobus millibus militum, quorum regij magna cana,

parts erant castrametatur. Eodem ire contendit Onelius cum octingentis milibus quorum erant duæ regiae cohortes à Gulielmo Mothene, & Surdano duæ. Ceteros plerosque duæ itabat Macsuinnij Momonijs Mau-  
rus cognomēto vacca, Melmarius, & Maurus Eugenij filius auunculus mei, qui belli, nouarumque rerum cupi-  
di, vel tyrannidem Anglorum in Momonijs fugientes non multis ante diebus aliquos peditum manipulos ex Momonijs in Ultoniam perduxerant. Signa vtrin-  
què conferuntur. Regij regios aggressi non ex animo, sed perfunctoriè certare videbantur, nihil damni vel accipientes, vel inferentes. Ceteras Baroniscopias Mononijs fundunt, fugant, & multos occidunt præter omnium opinionē, cum fuerint numero longissime inferiores. Inde vterque de principatu illo paustum init, & Baro creatur comes. Sic enim Anglis utile visum est, vt vterque alteri impedimento esset, ne contra regiam coronam aliquid moliretur.

*Rosa bui* Neque in bello tantū sed etiā in iudicijs Angli præ-  
*Aodha* fecti conabantur prouincialibus Ibernis potius officere, quā cōculere. Cuius rei subiungam hoc exemplū. Rosus.  
*Rua.* Macmagaunus cognomento Pallidus Aurilia princeps, cū diem obijsset, eius frater Hugo cognomento Ruber,  
*Gullapa.* Patritius, Iberus Farnia Dominus, & Bernardus Darti-  
*drig.* riae Dñs omnes ex Macmagauni familia eo de princi-  
*mac.* patu litigabat apud Gulielmū Fithz, Gulielmū Hæreti-  
*Art.* cum Anglū Ibernia Proregem, quem Ruber corrupit  
*Moil.* promissis septingentis vaccis, vt secundū ipsum iudica-  
*Ebbir.* ret. Prorex Iberum Farnia, & Berna dū Dartiria iussit  
*mag. Iul.* esse contentos. In Munichano municipio, quod illius.  
*Brien.* principatus caput est, ipse præsidum collocat. Ceteros,  
*Mac.* pagos, & agros inter Rubrum, & Patritium diudivit illi,  
*Aodha.* qui dona promisit priorem locu ad iudicans, & Macma-  
*gaunū.*

gauni nōmen relinquens. Lepidū hercle fuit iudicium, quo omnibus simul litigatoribus adempta pars magna rei, de qua controvrebatur, alijs qui nullū ius habebat, cōparatur. Similem sententiā à Romano iudice latam grauitet reprehendit Cicero lib. 1. officiorū. Ruber autē noluit vaccas tradere adempto sibi Munichano mestus, causatus Prorege paſto non stetisse. Ob quod illum Prorex alio crimine insimulatum Munichani morte plexit, & eius possessiones Regine addixit. Has tamen postea recuperavit Bernardus Dartiriae Dñs Macmagaunus inaugura<sup>t</sup>; Anglis invitatis, vt inferius referem<sup>t</sup>.

Interim silenda non est sententia celebris à Iohanne Parotto Ibernia Prorege lata. Coram quo cū Thadæus, & Cathalus Oconchures Iphalij de prædijs litē mouerent, si iussit, vt potius ferro, quā iure experientur: illi pudore moti, ne timidi viderentur, si singulare certamē recusarent, spatiū dierū septem accipiunt, vt se parent ad duellum, quibus Thadæus continentē fere ditinū auxilium implorans ad Deum preces effundebat. Ca-  
*Angli*  
*Proregis*  
*barbara,*  
*& inhu-*  
*mana*  
*sententia.*

## C A P V T . XXIII.

*Angli ab Ibernis obsides extorquent.*

*I*N hoc funestissimo rerum statu Angli veriti, ne Iberni iniurijs, & religiosis oppugnat eausa moti rebellarent, à multis eorum obsides extorserunt: & Hugonem Odonellum Tirconellæ principem aliosque magnates Ultonios, quorū obsides non habebant, timebant: nec tamen obsides ab illis petere audebant, ne

*Loch  
Sulin.  
Lacus  
Ocelli.*

*Ceruleo.  
Goram.*

homines rebellandi cupidos irritarent, à quibus minime nesciebant obsides non fuisse dandos, sicut neque tributum Angliae coronæ pendebatur. Quod verò patet efficere non poterant, claram, & per dolum tentant. Iohannes Bremichamus Angloibericus Dubhlinnensis mercator à Prorege partim præmijs, atque pollicitationibus allectus, partim metu pulsus nauim mercibus onerat: in eam quinquaginta milites à Prorege acceptos imponit, & Dubhlinna solvens, secundisque ventis inter Iberniam, & Scotiam vetus in Lacum Ocelli in finibus Odonelli appulit. Ad noui mercatoris famam iuuenes nobiles aliquot confluunt, quorum primus fuit Hugo Odonellus cognomento Ruber Odonelli Principis filius natu maximus tunc decimum quartum annum agens: quem comitatii sunt Eugenius Macsuinnius cognomine Iunior Thuehiæ Princeps, Macsuinnius Fanida Princeps, & Eugenius Ogallachuir eques. Hos mercator ad videndas merces in nauim inuitat. Sed ubi consenderunt nauim, à militibus quinquaginta viuti subter catastroma mittuntur. Unde Macsuinnium Fanidum dimittunt ab eo in obsidem dato filio Daniele Macsuinnio cognomento Cæruleo. Macsuinnius quoque Tuethius dimissus est, cum puerulum generis obscuri filij sui vestibus induitum in obsidem tradidisset. Eugenius etiam Ogallachuir Huonem Ogallachurem nepotem ex fratre Cormako dedit obsidem. Bremichamus Dubhlinnam reuersus, quatuor obsides, Rubrum, Cæruleum, Huonem, & puerulum ignobilem Proregi tradidit. Is puerum cum cognouisset non esse Tuethij filium, dimisit. Tres nobiles in arce Dubhlinensi cum alijs obsidibus custodire mandarunt.

*in dubione nulli da ratione dubio non credimus*

CAP.

CAPUT. XXV.

*Persecutio vehemens Anglorum contra fidem mota describitur.*

**I**Ta cum Ibernia miserè fuisset profigata nobilium discordijs & inter se, & cū regia corona, Ecclesiasticorumque cruento per Anglos diffuso: nobilesque, quod erant dissensionibus defessi, & opibus iam inuidiores, multorumque obsides apud Anglos, pro Catholicâ religione minus viderentur arma sumpturi: excepti statim contra Christi fidem persecutio, & tyrannis Elizabethæ reginæ iussu, ut omnes omnino Catholicâ fidem desererent, sacerdotes reiicerent, à Ministris Hæreticis præcepta, doctrinamque caperent, Reginæ sectâ amplectentur, atque cærementis audiendis diebus festis in templis interessent: & ad id terrore, metu, pena, vi cogerentur. Quæ dira Catholicæ fidei oppugnatio eò grauior, & periculosior erat, quò iam tunc erant Iberni magis quam vñquam post fidem receptâ, rudes, Theologiz, Philosophiz, & Iuris imperiti, perinde ad disputandum, populumque conservandū in vera Christi Iesu religione imparati, quia præteritis dissidijs, rerum perturbatione, Hæreticorum barbaro furore gymnasia corruerunt: vixq, vllus munere docendi grauiores litteras publicè fungebatur: Religiosorum sacri conuentus erat parte maiore dissipati, & euersi, sacerdotes ad infantes aqua sacra ablucēdos in multis locis nō facile reperiebatur: in locis cōpluribus iuiores id tantū fidei callebant, quod à matribus, nutricibusq, didicerat. Ac aliqui certe tam erat fidei documētis destituti, ut nihil coherere, proferreque scirent, præterquam, quod ipsi firmiter crederent, quidquid Ecclesia Catholica Romana cederet:

crederet: penes eam esse verām Catholicae fidei doctrinā, & Anglos, male de fida sentire: horumq; præceptis se minimē fidē habere. Qua fidei imperitia, & ruditate magis oppida regia, quā optimatū fines laborabant, quia regia oppida Angli magis frequentabant. Quod causē est, ut pastores, & rustici, nēdūm nobiles Iberniēc vētērēs, & noui sine in Catholicae fidei sinceritate magis puri, & candidi, quam Angloiberni, qui in regijs oppidis cōmorantur. In hac summa caligine, & ignoratione dubium non est, quin Iberni diuinus Anglorum concionatores fugerint, lūserint, respuerint, & errores fuen-  
t auersari occulto quodam, & abstruso fidei lumine, quod ex eo solum multi mire duciebant, quod penes summum Pontificem erat vera fidei scientia, & ab eo nouē Angli defecerunt.

**C.A.P.V.Tas. X.X.VII.**  
**Thadæus Oſulceuanus iñfignis cōcionator  
Ibernos confirmat in Fide Catholica.**

**I**N his angustijs Deus Optimus Maximus, qui suos in summo discrimine constitutos minime deserit, Ibernis subuenit per Thadæum Oſulceuanum Theologū doctorem Seraphicæ Religionis aluminum. Is cum in Hispania litteras sacras didicisset, in Iberniā flagrante hac persecutionis facula reuertitur; Dubhlinnam, Manapiam, Corcaghā, Lomnachā, & alia oppida regia adit. Ditiones nobilium totamque Iberniā peragrat, euangelicam legem explicans, in capitolium conservans, & ab erroribus nouis deterrens. Quod tāto sermonis Iberniēc nitore, tanta eruditione, tanta virtuē innocentia, tāta felicitate præstisit, ut eū Iberni secundū suum

ſuū Patriū vocent: quippe per quem Deus illis conseruavit Catholicam fidem, quā per Diuum Patritiūm isit. Cum ih̄signis concionatoris fama per totam Iberniām celebris ad Anglos peruenisset, ipſequē ab illis diligenter inquireretur, illum Eugenius Oſulceuanus Bearræ princeps patruus meus occuluit, donec cū illa inquisitio paululum conqueruerit: duosque perdit oſ homines qui rem ad Hæreticos deferre statuerunt, comprehensos morte plectendo anteuerit. Denique Thadæus diem sancte obiuit paucis diebus ante initium belli magni, quod infra sum scripturus.

**C A P V T . X X V I I .**  
**Aliquot casus persecutionis scitu incundi.**

**R**Eferam hic nō nullos huius persecutionis casus, quibus, & Ibernorū cōstantia probatur, & quā vanæ, & lubricæ ipſis Hæreticis sua scēna videātur, constabit. Imprimis iuvenes nobiles Iberni, qui Dubhlinnæ ab Anglis obsides tenebantur, in templum ducti die, qui festus, & solemnis ab Hæreticis agebatur, Ministris cantu, musicaque personantibus, ingentem clamorem, & vociferationem extulerunt, vsum aurium, intercipientes, & Hæreticas ceremonias impedientes, nec incepto prius destiterūt, quā templo cieetti in pristinam custodiām fuerunt relati: vnde postea nunquā ad sceleratos ritus fuerunt reuocati. Eo die, qui in memoriā Dominicæ cena festus agitur, Hæretici ministri numerosam plebem Ibernorū agricolātū, & rusticorū in templum vi coactam in modum corona, vel circulū genibus flexam digeruerunt: & unus minister gerens magnū triticij panis globū singulis singula frusta porrigit: alter ex magna vinclam phora potum datus.

Drohad  
Antha.

Primus rusticorum cum panem accepisset, sinistra manu seruauit. Mox vini phialam sumens, merum totum perlongam & impexam barbam fudit, simulans se id totum bibisse. Cum verò secundus rusticus vacuā phialam inuenisset, primum alloquēs quid est, inquit, compater, quod nihil vini mihi reliquisti? Tum primus illū suo panis frustro in facie percutiens, si ego, inquit, hausi totum vinum, devora tu totum panem. Inde risus, sibilus, clamor, & tumultus ortus totum illum Hæreticę communioris apparatum subuertit, furstra renitentibus ministris. In quodam pago propè ab oppido Pontana minister Anglus agebat, qui Catholicum sacerdotem pagi, cæterosque Catholicos magnis molestijs afficiebat, nunc sacerdotem conando capere, nunc de vicinis querellas effundendo: connubijisque, baptismo funeribus alijisque rebus diuinis volendo interesse. Cum contigisset, ut quidā vicinus obiisset diem, eius corpus inhumare cæteri cupiebant sacerdote præsente, & ministro inscio. Summa quiete corpus in templum latum circumdatut a feminis (nam viri non intererant præ Anglorum metu) sepulchrum effosum iam erat. Sacerdos lacrum Missæ celebrare cepit uno puerō respondentē. Quod Hæreticus minister, qui totam noctem vigilauit, cum explorasset, clam, & furtim templum ingressus, iuxta fores tacitus stetit, donec fuerit factum peractum. Tum verò sacerdotem collo deprehendens, calicem quoque sacrum capiens, da, inquit, huc calicē, & venitu quoquā mecum capeus autoritate, & iussu Reginæ. Tum feminæ surgentes, & in ministrum manus impigré iniicientes, illum in excauatum, & apertū sepulchrū dimiserunt, terraquā & lapidibus obruere cœperunt. Ille contra clamabat, veniam petens, atque pollicensse nunquam in posterum vel minima lösione sacerdotem

sacerdotem, aut ullum Catholicum lacesitutum. Quod cum iureuando confirmasset, sacerdete iubente à foemina dimissus est, & postea iuramentū impleuit, paginis nihil molestus, sed acceptior, & charior. Alius minister clericus Catholicis officiendo tandem defessus, finit, subiectos suā iurisdictioni ad contrahendas nuptias, infantesque sacro flumine abluidos opera Catholicorum sacerdotum vt, modò mercedem sibi soluant, & matrimonia sic contracta, puerosque sacro fonte lotos in album, vel librum suum referat, ne ab ijs, quibus visitandi, negligenteresque ministros puniendi potestas demandatur, coerceatur.

Alius quoque minister cum editum in lucem infante prius occupat, quam Catholicus sacerdos baptizatum parentibus reddens extorta mercede, sic ait. Parua merces est, sed meritō: nam si minus integra est, baptismus etiam meus minus interger est. Ferte filium vestrum baptizandum ad Papisticum clericum, qui magis vobis placeat, illique reliquam mercedem reddite. Ego non ignoro, quam difficile vobis sit, integrā mercedē illi, & mihi soluere, tamen hac parte egeo, quippe nihil aliud habeo, vnde mihi viquū suppeditem. Idcirco mihi ignoscatis, obsecro.

Idem minister coniugem suam, quam per plateas de ambulantem viciniā pueri solebant detestari, sputisque, & saliuis interdum obruere, clerici vxorem appellantes, ea oratione cōsolabatur, illam non esse coniugem clerici, neq; se quidem clericum, sed tamēa Protestantis ministri munere fungi, vt habeat, vnde se alat, & Catholicis magis per se, quā per alios liberē, & Catholicē licet viuere. Erat quidā Pseudoepiscopus Anglus, qui nuntiantibus delatoribus, vbi esset Catholicus sacerdos, nancium clam mittebat ad iubendum sacerdotem ex Leonis.

GRANADA

eo loco fugere, ne à militibus deprehenderetur, eoque non inuenito nequissimos denunciatores grauter verbis exagitatos iubebat; ne amplius ad se falsa deferrent. Sacerdos quidam fēmina cupidine captus venere non semel se polluit, & à sacerdotibus admonitus, & correspondus scelere noluit expiari: imo quod publica turpitudini sacerdotes curationem salubrem adhibere conabantur, Hæreticum Episcopum adiens profiteretur regiam festam se secuturum, sibique placere, vt in Ministrorum album adscribatur, & sibi beneficium Ecclesiasticum detur. Ad eum verò ita Hæreticus Episcopus. Qui te labores impulerunt, quæ persecutio coegit, ut Religionē tuā iniquam deserat. Nonne colunt illam alii, et magis pri, te sanctiores, omnique parte longè præstantiores? Magna leuitas est absque causa à Religione desercere. Putasne nos tibi fidem habituros, qui tam facile pristinam, dudumque conceperam opinionem depositisti? Eadem inconstantia à nobis quoque desicies. Ego quidem non ignoro, te non regis amore, non eius Religionis studio, non alia causa, quam cupidine fēmina, quam dimittere nonvis fuisse ductum, ut ad nos transfugeres. Licet quidem tibi apud nos esse, minor oportem existimatione, quam si apud tuos fidei constantes permanisses.

## CAPUT. XXVIII.

*Insigne miraculum recensetur.*

**E**X tyrannidis huius miraculis, quorum nonnulla partim retuli, partim etiam referam, plura tandem prætermittens, vnum hic silencio tacitus

præ-

## De varijs Iberniæ casibus &amp;c. 112

præterire non possum rei magnitudine coactus. In Lagenia Ministropiscopus Anglus Farnæ Dicecesi ab Hæreticis suis præfectus apud pagum nomine Castellū Ilisium (qui est in Omurchoorum ditione) templum Diui Iohannis Baptiste nomine dicatum inuadens, *Caisleam Virginis Matris*, & iphius Diui imagines indigenis *Ilisi*, magna semper veneratione cultas donis à Catholicis collatis, ornamentisque spoliavat, & altari per comites suos Anglos deturbari fecit. Mox in Catholicos Ibernos, quod in id sceleris admittendum opem nauare noluerunt, instituit crudeliter animaduertere. Quod priusquam exequeretur, piaculi pœnas pependit. Namque statim dolor illum totum occupauit, quo vehementer excruciatus, & ad furorem redactus, vastum suum corpus in terram, & obtios lapides propellendo, impiam animam profudit. Eius cadaver in sacro templo à fratre, & comitibus sepultum postero die extra templum, & eius xistum eiecitum inuenitur. Cuius rei authores fuisse Ibernos Angli putantes corpori tursus inhumato custodias adhibent, sed iterum secunda nocte sepulchro aperto, nullibi corpus reperiit. Miraculi magnitudine non modo Pseudoepiscopi frater, & comites Catholicam fidem amplexi sunt, sed etiam effectum est, ut in hunc usque diem nullus Anglus ausus sit illud templum violare. Nouum, atque ratum mirum Daniel Omurchous magna vicinorum frequentia ludis que celebravit.



DOMINI

Abbas Tomi

CAP.

Generalis regni status breuiter describitur.

**O**MNIA tyrranidis huiusseuenta in medium producere cediosum fuisset. Per insulā totā astuola tyrannois peperit ingentem perturbationē. Catholicis reluctantibus ministrorū imperio, & iussis, doctrinam fugientibus, mortiferos ritus auersantibus, aliquando ministros sustibus cedentibus, & ipsi noctu, & interdiu terrorem iniicientibus, contra Ministris rem ad prefatos deferentibus, praefectis Catholicos in carcere iniicientibus, multa coercerentibus. Ob hoc Regina, & eius consiliarij, & praefecti studium omne, & cogitationes eō verterunt, ut Ibernos bonis spoliarent, grande ierent, vita priuarent. Qued & ante sapè fuerant conati, rati non alter Catholicam Religionem fuisse extingueandam, quām extintis his in quorum pectoribus alto insidiebat, nec nouos errores stabilendos, eisdē saluis, qui semper eos erant execrati. Igitur multi gravibus penis coerciti ad pauperiem rediguntur, multi viri nobiles capite plectuntur. Omnes iubentur tabulas exhibere, quibus constaret, suatum possessionū dominium ad se pertinere, ut qua via fieri posset, bonis abdicantur. Quod hoc modo facile fieri posse videbatur, cum plerique Iberni tabulas non habuerint, neque curauerint, cum fuerint suorum finium possessores dominacione Anglorum antiquiores. Itaque toti insulæ, & Catholicæ fidei excidium, & interitus impendebat. Is erat rerum status, cum bellum illud magnum cœpit: quod ut auspicemur, nunc tempus est.

Finis Tomi secundi.


DOMINI  
**PHILIPPI**  
**OSVLEVANI**  
BEARRI IBERNI.

Compendij historiæ Catholicæ Iberniæ.

T O M V S T E R T I V S .



Emorable bellum sum scripturus à multis Ibernis cum Elizabetha Anglia regina pro Catholicæ Religionis libertate à principio anni millesimi quingentesimi octogesimi octauo ad millesimum sexcentesimum tertium per annos feré quindecim gestum, quo non modò Ibernia tota fuit penitus deuastata, & excisa, sed etiam Anglicæ nobilitatis flos deletus, magnisque viribus, sed odijs maioribus dimicatum, atque sapientiis vieti, qui vicerunt; quæ res varijs libris digerenda sunt.



DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARRI IBERNI.  
TOMI. III. LIBER. I.

*De bello quindecim annorum.*

**E** Artis utriusque dimicandi facultates, & apparatus, totiusque bellī summam hoc libro describam.

CAPUT. I.

*Qui à Regine partibus fletterint, referruntur.*

**V** Iribus maximè disparibus est belligeratum. Principio pro Regina, & eius dogmatibus propagandis totius Angliae Hæretici regni potentia stabat. Eam etiam totis viribus adiuuabat illa pars Iberniæ, quæ dicitur Finegalda, vel Anglica prouincia, cuius plerique incolæ non solum ex Anglia trahunt originem, sed etiam Anglotum sermonem, & si magna parte rudem, & veterem, leges, & instituta seruant, præterquam quod Catholicæ sunt. In eiusdem amicitia manerunt magistratus, atque ciuitates Iberniæ, quippe genus hominum, mercaturæ, commercijs, varijsque renum cōtractibus, atque pacis artibus deditum nō facile mouetur.

De bello quindecim annorum. 114  
mouetur, vt desuetis manib[us] arma inuisa sumat, etiam pro libertate, & fide Catholica, quam tamen constanter proficitur.

Principes, vel proceres Iberniæ, qui non modo longè bellicosissimi sunt, sed & præcipuam vitæ huius gloriæ, & rerum omnium domicilium in armis collocant, in duas factiones magnas, atque potentissimas alterā Anglicam, & regiam, alteram Ibernicam, & Catholicam diuidebantur. Qui genus ex Anglia, vel aliunde, quam ex Hispania ducunt, hoc est nouiores Iberni regū Anglie indulgentia, & beneficijs austi, quamvis sint Catholicæ, maiore tamen parte Hæreticorum partes tueendas suscepserunt, Ethnicorum, & gentilium more præponentes causam gentis, à qua sunt oriundi, Catholicæ Religioni, quam colunt, atque venerantur. Aliqui ex horum clarissimis sunt nominandi.

*Principes Iberni nouiores, qui à Regine partibus fletterunt.*

*Momonij.*  
**T** Homas Butlerus cognomento Niger Vrmonix Comes, Barrius Magnus Boteuanti Vicecomes, Macpieris Dunbunna Baro, Macpadrigus Curtius Baro, Burkus Castelconelli Baro.

*Connachit.*  
Vlligus, & eius filius Richardus Burkí Clanrichardæ Comites, Theobaldus Burkus Richardi filius cognométo Naualis Rannmaculliam Principatus competitor, Macfhoris, vel Bremichamus Dunmoris Baro.

*Lageny.*  
Henricus, Gulielmus, & Giraldus Giraldini Killdale.

et Comites, Sanlaurentius Hotæ Baro.

*Midhij.*

Priston Baligormanæ Vicecomes, Nungentus Dalte  
Baro, Flemingus Slaniæ Baro.

*Principes Iberni antiquiores, qui Reginæ  
partes fecuti sunt.*

**E**X genere etiam antiquissimo Ibernorum ali-  
qui magnates nouos populares imitati ad ami-  
citiam Reginæ se receptos habuerunt.

*Momonij.*

Dionysius Obrien Lomnachæ Princeps Tomoniæ  
Comes, Maccartha Fuscus Catbræ Princeps, Carolus  
Maccartha Dermys filius Muscriæ Princeps, Maurus  
Obrien Insikinnæ Baro.

*Connachtii.*

Oconchur Dounnus Planicie Connachticæ Princeps.  
*Midhij.*

Omelachlinnus. His sequentes etiam Midhij, qui ve-  
teres ne, an noui Iberni sint, controversum est, Reginam  
adiuuarunt. Barnabæ Balisimiledæ Baro, Planketus  
Luthæ Baro, Planketus Dufanixæ Baro, Planketus Killin-  
næ Baro. Quos haec tenus retulimus, Iberos Anglicæ,  
vel regia factionis vocamus, quibus adnumerandi sunt  
Ultonij, Angloiberñi, qui Vriliam incolunt, & alij.

**C A P V T . I I .**

*Qui pro Fide Catholica sumpserunt arma,  
numerantur.*

*In*

*De bello quindecim annorum. 115*

**I**N Catholicæ fidei defensione veteres Iberni ex  
Hispania genus trahentes non modò primum loc-  
cum tenuerunt, sed arx, & propugnaculum belli  
fuerunt: quorum hi sunt clarissimi.

*Veteres Iberni, qui pro fide Catholicæ  
pugnauerunt.*

**C**omes Hugo Onellus Tironæ Princeps cum sua  
factione, qui erat sequentes, Makengasa Ibachæ  
Princeps, Macmagaunus Aurilia Princeps,  
Macguier Faramonachæ Princeps, Ocahanus Arachæ  
Princeps, Jacobus, & Ranaldus Macdonelli Glinnæ  
Principes, Ohanlonus Auriteræ Princeps,  
Odonellus Tirconellæ Princeps cum sua factione,  
qui fuerunt hi: Macquinnius Tuethæ Princeps, Mac-  
suinnius Fanidæ Princeps, Macsuinnius Banachæ Prin-  
ceps, Odocharra Inisone Princeps, Obullus,

*Momonij.*

Osullenanus Bearra, & Beantræ Princeps, Daniel  
Osullenanus Magniæ, cuius pater Dunkerani Princeps  
bellum suscipere senectute prohibebatur, Oconchur  
Kierrius Arachæ Princeps, Donatus Maccartha Cor-  
makii filius Macdonacha Allæ principatus cōpetitor,  
Dermysius Maccartha Eugenij filius Macdquinacha  
aker Allæ competitor, Odriscel Cothlia Princeps,  
Omähunus Cartrius, Odonnobhanus, Odonnothuus  
Onachæ, Odonnochus Vallis.

*Connachtii.*

Orruarkus Brethna Princeps, Macdiarmuda Mel-  
lurgæ Princeps, Okealla Imanæ Princeps,

*P 3*

*Lagenj.*

Lagenij tametsi nulli Principes à Regina defecerunt, nihilominus multi viri nobiles arma pro Fide suscepserunt, quatuor maximè familiarum, quatuor principes non extabant. Kebhani, Oconchures Iphaliæ, Omorra Lisa, Obruines.

Midhij.

Macgocheganus Princeps. Hos secuti sunt ex nouioribus Ibernię magnatibus nonnulli.

Mamonij.

Rocheus Faratnuya Vicecomes, Richardus Buttlerus Montis Gerarti Vicecomes, Macmoris Lacfnas Baro, Thomas Buttlerus Catharæ Baro, Patritius Condon Condonaë Princeps, Richardus Purcellus Luochne Baro, Gulielmus Giraldinus eques auratus Kierrius Raffinanciæ dominus, Edmundus Giraldinus eques auratus Vallis Edmundus Giraldinus eques auratus albus. Eos solum hic recensui, qui possessionibus atque finibus suis potiebantur, cum pro fide sumpererunt arma. Alios etiam referam in historię serie, qui vel ab Anglis defecerunt possessionibus iam abdicati, vel bello principatum nacti sunt antea non obtentum, cuiusmodi fuerunt: Florentius & Daniel Maccafræ, qui aliquando Clancathra principatum tenuerunt, Occiditach Sligachæ Princeps, Iaimus Giraldinus Desmoniæ Comes, Macwilliamus Burkus, Raymundus Burkus Listerne Baro, Huon Omorra.

Hipretipni sunt, qui pro Catholica Religione bellum indixerunt, & quos Ibernicam, atq; Catholican factio nem vocamus: non tamē omnes vna conspirarunt, sed iam alij deponebant arma, alij illa capiebant, alij extinguabant, alij renouabant bellum. Quod si sunt coniurassent omnes, vel vicissent, vel certe maius n

gocium

gocium Hæreticis facilius esset. Alij nobiles viri, quorum multi multis eorum, quos rétulimus genetis claritate, minime inferiores, & factorum celebritate superiores erant, non tamē familiarum, aut ditionum principes, suis locis collocantur. Eiusmodi fuerunt, Nellus Odonellus Asper, Cornelius Odriscolis Magni filius, Dermysius Osullevanus pater meus, Fiachus Obruini, Cormakus Onellus, Cornelius Orellus, Dermysius Maccartha Fusca, Gulielmus Burkus, Bernardus Okealla, Richardus Tirrellus, Bernhardus Omorra, Vaterus Giraldinus, Dermysius Oconchur, Petrus Lessius, Edmundus Omorra, Iaimus Buttlerus, Maures Macsuinnius, Vlligus Burkus, Daniel Macsuinnius, Richardus Macgocheganius, Magnus Macsuinnius, Mauticius Osullevanus, Thadœus Omahunus Carbrius, & alij plurimi partis vtriusque, quos longissimum fuisset nominare, & ideo hic prætero.

Multos etiam Ibernię primores, qui rem segniter agentes, & neutrā partem bene adiuuantes victoribus obtemperabant, silentio tacitus prætermitto.

### CAPVT. III.

*Quamobrem omnes Iberni ab Hæreticis non defecerint, disputatur.*

**E**x illis magnatibus, qui Hæreticis opitulabantur, tres, vel quatuor erant Hæretici, sed scienter errantes, & temporibus seruientes: cæteri Catholici, qui omnes Fidei Catholicae articulos firmiter profitebantur: Catholicos sacerdotes in Hispania, Italia, Gallia, Germania & Belgio doctrina, & moribus excultos protegebant: sacrosanctum Christi Iesu corpus summa veneratione suscipiebant, omnes Ecclesiae Catho

licet ius venerabantur. Quæ, obit ita sint non immensis  
ritatibus quippe fuerit sceleratus, cur tam clarissimi, &  
Catholici Principes, cur tam Catholicorum, atque pio-  
rum ciuitum societas, reipublicæ, ciuitates, cur tam  
Christiani milites non modo tolerint Hæreticis opem,  
sed etiam Catholicos pro Ecclesiæ Catholicæ iure, &  
libertate pugnantes impugnauerint.

Evidenter potest fuisse hanc Iberniæ penam à Deo  
propter christinam Ibernorum inflictam. Namque ciu-  
tates, atque magistratus in Ibernos Anglicæ factionis,  
principes veteres, & nouos, qui ab Hæreticis non defec-  
terunt, & in suos Catholicos sacerdotes, qui ad bellum  
minime cohortabantur, culpam suam transferunt. Pre-  
terea dicunt se moleste tulisse, quod à principibus, &  
nobilitate Catholicæ factionis fuerint tam spreti, & pri-  
abieatis habiti, ut ad amicitiam, & societatem non sine  
rogari. Iberni principes Anglicæ factionis non vnam  
rationem seddunt, quamobrem ipso à Regina non de-  
fecerint; primum se fuisse perterritos aduersa fortuna  
eorum, qui se superioribus temporibus à Regum Angliae  
ductu subduxerant: disbos Catholicos viatores,  
qui nec à Pontifice summo, nec ab Hispania, vel Gallia  
Rege adiutabantur: sperasse Reginam multorum ap-  
norum feminam citè vita defunctam, siquè consuli-  
tius esse celerem eis morte spectare; quā se fortunam  
què suas in discrimen deducere: non dubitas, quin  
bello confecto, ipsi quorum opera, & virtute Regina vi-  
cisset, ab illa munus illud pro meritis suis impeararent;  
ve possent Christianæ, & Catholicæ viuere: timuisse po-  
tentiam principiū Ibernicæ factionis nō ab illis, si vin-  
cent, possessionibus suis expelleretur: ubi persuasum  
habuisse ex parte Anglorū aque iustum fuisse hoc bel-  
lum, atque alia, quæ Pontificis Maximi pēnitissu super-

riores Catholici Reges Anglie cū multis Ibernis mag-  
natibus non de religione, sed de terrenarum rerū iure,  
& dominatu gerabant: eo tempore persecutionem in  
sacerdotes nō ingruisse: Catholicos, qui Hæreticis opem  
ferebant, non fuisse à Summo Pontifice excommuni-  
cationis, & ecclesiastiarum censurarum mucrone per-  
cussos: his tamen rebus omnibus non fuisse à conspira-  
tione absterrendos, nisi multi sacerdotes, & religiosi  
eam opinionem assuerint, venon solum fas esset Re-  
gina ferre opem, sed etiam Ibernicæ factioni resistere,  
& eandem ferro lacestere. Erant quippe sacerdotes  
quoque in factiones duas distinctas. Omnes ex Ibernorū  
genere veteri fidei Catholicæ defensioni tota mente, &  
omnibus artibus incumbebant. Huc etiam cogitatio-  
nes, atque nervos omnes intendebant plerique sacer-  
dotes ex nouiore genere, non omnes. Nam aliqui con-  
tra factiouem Ibernicam, Catholicamque stabant, qui  
apud Ibernos Anglicæ factionis principes, atque ciuita-  
tes autoritate plurimum valebant.

De his Ibernorum factioribus certior factus Ponti-  
flex Summus diplomate suo Ibernis omnibus imperauit,  
ut Catholicis principibus nō modo non aduersarentur,  
sed opitularentur. Ab alterius factonis studiobis est ob-  
iectum Pontificis litteras fuisse falsa narratione surrep-  
tas. Quia de re vero relatum est ad Salmantinam, & Val-  
lisolestanam Academias florentissimas, in quibus omniū  
doctorum calculo litteras non fuisse, surreptitias pronun-  
ciatur, & sacerdotū Ibernorum Anglicæ factionis opi-  
nio eodem habuit anno 1603, postquam bellum est penè  
confectum, ut suo loco fuisse demonstrabimus. Quid  
si integrō bello ea factio gymnasiorum iudicium acce-  
perisset nondubito, quin arma, quæ pro Hæreticis fump-  
tit, in eosdem gesisset.

CAPIT. III.

*Non armis, sed artibus varijs Ibernos  
fuisse superatos.*

**I**BERNICA autem, & CATHOLICA factio non hostis virtute, non HERETICORUM armis, sed vario dolo, & stratagēma fuit vīta. Illud ANGLORUM fuit nō ultimum stratagēma, quod vbi bellum incepit, illico persecutionē, atque tyrannidem dimittentes nec sacerdotes IBERNOS ANGLICÆ factiōnis, nec seculares IBERNOS suæ ditionis lacellebant, vel irritabant, tametsi publicum vsum CATHOLICÆ religionis nunquam tulerint; qua indulgentia principes IBERNOS factiōnis ANGLICÆ, sacerdotes aliquos, atquè ciuitates in amicitia continebunt. Is enim est ANGLORUM mos, & IBERNICÆ reipublicæ administranda ratio, vt in bello, dubisque, & aduersis rebus IBERNOS ne minima iniuria prouocent, facient magni, & donis ornent, in pace, & rebus eundis iugulent, deleant, perdant. Finigalda, vel ANGLICÆ prouinciae, & principibus IBERNIS noui generis totō studio persuadere conati sunt, illos fuisse possessionibus suis, atque finibus pellendos ab antiquis IBERNIS, qui pro CATHOLICA fide arma sumpererunt, si vincerent: qua fallacia faciles homines non modò sibi obedientes, sed multos CATHOLICIS infensos reddiderunt.

HISPANORUM inauditam crudelitatem, & leges ini-  
quas esse ANGLI p̄fēcti, & MINISTROCLERICI p̄fēcti, &  
per alios adhibitos p̄dīcabant, vt ab eōtū amicitia  
IBERNORUM deterrent: sed aliter rem habere hodie nulli  
IBERNORUM non est exploratissimum.

Iberni

De bello quindecim annorum. 118

IBERNI si milles ab ANGLIS in bello deficerent, toties tamen ab eisdem in gratiam recipiērunt, & reatibus omnibus condonatis insuper donis afficerentur. Ceterum qui vel semel deficiunt, in pace morte plectuntur, & ANGLI nō fidem frangere videantur, illis, vel falso nouum crimen obijciunt, vel quacunque causa etiam leuissima ad inferendam mortem sunt contenti. Id ego quidem eō minus mīnor, quod pēna par eos quoq; maneat, qui nunquam ab illis desciuerunt, modò CATHOLICI sint, quibus & si nihil peius odiderunt ANGLI, nō tamen chariores habent eos IBERNOS, qui HERETICI sunt, quamvis cum eis familiarius, benignius, blandius adhuc agant, dum eotum opera, & auxilio in CATHOLICORUM excidium vrantur, post CATHOLICOS deleto simili pēna HERETICOS quoque affecturi, quos aque, atque CATHOLICOS diligunt, & non ex animo, sed simulatè, & metu HERETICOS esse, non ignorant. Eodem quoque animo in SCOTORUM esse SCOTORUM neminem præterit. Nec est prætereundum aliud PROTESTANTIUM stratagēma, qui CATHOLICORUM agros, municipia, segetes, armamenta, ferro, flammāque corrumpēbant, vt quos virtute superatēnō poterant, famē, & inedia vinearent, neque suorum quidem Provincialium, vel IBERNORUM factiōnis ANGLICÆ finibus interdum pareentes, frumentum, & armamentum interuertendo, & agriculturam prohibendo, ne com-  
meatus esset, quo CATHOLICI potiri bellum gererent.

AHENA moneta REGINA iussu excusa mittitur in IBERNIAM anno 1601, qua partim REGINA facultatibus consumptis exercitum alebat, partim IBERNICUM aurum, & argenteum est surreptum. Quæ simul ac bellum est confessum, nihil valere cepit magna iactura IBERNORU, etiā tributariorū REGINÆ, maximè mercatorum. Quippē persussum habuerunt PROTESTANTES nunquā finiendum

ANV

fuisse

fuisse Ibericum bellum, dum Ibernis commicatus superpetaret, vel aurum, & argentum, quo illum compararent: exercitu vero suo Angliam victum suppeditatam. Haec causae fuerunt, quamobrem tanta vis Iberorum pauperum exteras gentes, maximè Hispaniam, & Galliam inundauerit.

BL. I. in conuersione in nobis in seculorum beatis annis

## CAP. V.

*Iberos non tam ab Anglis, quam alios ab alijs esse deuictos.*

**H**is malis omnibus possent Catholicci curatio nem admouere, nisi alio maiori, & intestino morbo confetti penitus delerentur. Quod plerorūque Catholicorum principū, qui se pro Catholicā fide tuenda deuocerunt, familię, clientelę, & municipiē in contraria factiones abibant, alij alios duces, atque dominos de principatu, & dominationis iure certantes fecuti. Quorum minus potentes Anglorum partes amplectebantur spe obtinendi principem locum in familiis suis, si principes dominatione, principatuque deturbarent, spem illam Anglicis callidè præbentibus. Igitur homines improvidi priuatas causas publicę defensioni sacre Fidei præponentes, dum à magnatibus Catholicis sociorum, clientum, municipiū animos auertebant, ad Anglos magnas vires conserentes, quod voluerunt, non sunt adepti, & quod noluerunt, effecerunt. Namque Catholicorum præcerum suorum consanguineorum possessiones, & hereditates amplissimas non ipsi, sed Angli sunt adepti, & sacro sancta Christi Iesu religio propagatoribus orba Hereticorum baro furori, & libidini iacet obiecta. Eaenī fuit atq

vna,

vna, qua potuerunt Angli Iberorum principum vires contundere, quod eorum dignitates, atque vestigia consanguineis ipsorum, qui clientes, atque secios ab illis subducerent, pollicebantur, nec tamē finito bello promissis steterunt. Haec cogitatio Quintum, & Henricum Onellos Iohannis Principis filios, & Artum Terentij filium in Onellum mouit. Eadem principatus affectatio incitauit Nellum Odonellum cognomento Asperum, ut aduersus Odonellum belligerando Tirconnelle excidium afferret. Eadem simulatio Eugenium Osulceanum in Osulceanum Beattum patruelē imputavit. Eadē cupido Thadæum Ortuarkum in Ortuarkum fratrem instigauit. Eadem libido Macguierem Angliensem in Macguierem stimulauit. Quid Florentij, Dermysij, Danielis contentionem de Clancarthæ principatu referam? Quid memorem Iaimum Giraldinum comitem ob alterius Iaimi factionem viribus destitutum? Quid repeatam sexcenta hujus rei exempla? Certè Iberni mei, quamvis Catholicæ fidei, Religionisque diuinæ cultu, & obseruantia plerisque gentibus præstent, huius tamen belli tempore factione, dissidio, ambitione, perfidia Turcis, & Hereticis plurimi deterioriores fuerunt. Idcirco fieri minimè potuit, quin tot, tantisque discordijs Ibernia penitus devastaretur, & excideretur. Nam, ut Euangelij faci oraculo proditur, Omne regnum in se diuisum desolabitur. Ego quidem magnope ror, quod tandem tot dissidia, tot bella, tot incendia sustinuerit. Quod verò Catholicorum paucitas Protestantium, & ipsorum auxiliarium multitudinem sapè superauerit, milites semiermes exercitus omni genere armorum instrutissimos profligauerint: exiguae Catholicorum facultates, Angla Reginæ diuinitas, atque potentiae annos quindecim restituerint: ex angustissimis

gustissimis exordiorum riūulis bellum præter omnium opinionem eō magnitudinis increuerit, ut sint Hæretici adducti in discrimen Iberniæ totius amittendæ, non, nisi diuinitus factum fuisse existimo.

## C A P V T . VI.

*Quis fuerit rerum status in Ibernia hoc bello incipiente?*


**H**ac tempestate Daniel Maccarraha Clancarrhæ Princeps, atque Belinsia Comes pacis, quam belli cupidior, atquequè senescens Anglorum amicitiam retinere omni studio enitebatur, & insuper opiparis opsonijs, atque splendidis conuuijs deditus amplissimum patrimonium profulsi sumptibus obliguriebat. Quod homini ingenium Angli probè experti, nihil eum persecutioni obstatrum metuebant, modò ipsum Catholicè viuere sinerent. Fortissimum Giraldinorum Momoniorum genus erat penè extinatum. Alij duo Momonij Principes potentes Hærcis contagione ( proh pudor ) laborabant. Osulceuanus Bearrae princeps, & eius patruelis Eugenius ob possessionum ius discordes erant. Inter Dermysium, & Donatum Maccarrhas de Alla principatu lis vertebatur. In Connacta Ulligus Burkus Clanrichardæ Comes postquam Iohannem fratrem occidit, multis Ibernis magis inuisus non modò non discessurus ab Anglis, sed in eorum obedientia multos Connactos conseruatus videbatur. Alij Burki de Rannmaculliam principatu contendebat Lagenia Principes Iberni magis soliti Hæreticis occurrere erat ex parte maiori extinti.

Killdaria

## D e bello quindecim annorum.

120

Killdaria Comes ab incunabulis hæreticè nutritus nullam patriæ spem præbebat. Angloiberni Principes Lagenia, & Midhia nunquam sublati animos videbantur. In Ultonia Terentius Onellus Tironæ Princeps, & Hugo Onellus Tironæ titulo Comes à Reginæ creatus propter ingentem simultatem uterque alteri obstabat, ne in Anglos aliquid moliretur. Ab Hugone Odonello Tirconella Princepe, & alijs Ultonijs non rebellandi obsides extorti sunt, ut vidimus. Potentioribus ita distentis, & impeditis, minus potentes quis crederet aliquid austros & Nihilominus aliquis Ibernorum Principum timor Hæreticos tenebat, quo tamen minimè obstante truculenta persecutione, quam superius tetigimus, fidem Catholicam oppugnabant, postea quam illam in Anglia extirpauerant.



DOMINI

DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARRI IBERNI,

TOMI. III. LIBER. II.

*De bello quindecim annorum.*

**S**uperiore libro partis utriusque defensores, bellandiæ facultatè, & quem Ibernia statum habuerit, cum bellum ortum est, exposuimus. Nunc ipsum bellum auspicantes describere, illius semina, vel causas, primamque, & rudem ætatem hoc loco enarrabimus.

CAPVT. I.

*De Hispanæ classis naufragio, Alfonso  
Leiu, Orruarko, Macsuinnio  
Tuethio, & alijs:*

**P**hilippus ille Secundus Hispaniarum Rex prudenter misericordia calamitatem, atque Tartareum statum Angliæ, in qua Maria Regina in uxorem ducta breue tempus regnauit, instrutissima classe comparata fortissimum exercitum (cuius imperator

*De bello quindecim annorum.* 121

rator erat Dux Mitinæ Sidoniz) in eam insulam mittit, mortiferam pestem Hæresis in ipsis cunabulis proculdubio extinturum, si incolmis in terram exponeatur. Cæterum peccatis nostris obstantibus, anno Redemptoris octogesimo octavo supra millesimum quingenitimum partim Hæreticorum arte, sed maximè tempestate coorta classis longè, lateque dissipata pars in Hispaniam reuertitur, pars inter Angliam, & Belgium vi ventorum rapta Scotiam, & Iberniam circumvahit: pars magna naufragium fecit. Aliquot naues in Iberniæ, & Scotiæ litora æsta compelluntur, quibus per acutos scopulos concussis, atque submersis, homines alij pereunt, alij, vel nando, vel prosciendi vix eudunt. Sospitibus, vt quemque comprehendebant Angli, mortem inferebant. Alfonso Leiu nobilis eques Hispanus post eas insulas circumitas commatus inopia laborans nauim tempestate quassatam in Vltonia applicuit in portum, quem Eugenius Macsuinnius Tuethiæ princeps obtinebat. Alij Hispani trecenti post nauim in Sligacha Connachtæ portu obrutam, Bernardi Orruarki cognomento Magni Brethniæ principis, qui non longè aberat, sibi praescidium efflagitant. Id Elizabetha Angliæ Regina, & eius Prorex Iberniæ Iohannes Parottus cum intellectis Orruarkum, & Macsuinnium Tuethium iubent permittere, vt regi ministri in Hispanos animaduerterant. Cui imperio Orruarkus, & Tuethius responderunt, sibi prohiberi Religione Catholica, quam profitebantur, Catholicos ad necem tradere, & etiam infra suam dignitatem esse eos, qui ad ipsorum tutelam fugerant, prodere. Itaque Orruarkus trecentos, qui ad ipsum venerant, dato duce, & commeatu ad Tuethium, apud quem Leiu nauim reficiens agebat, Qmittit.

mittit. Ad eundem, qui in alijs Iberniæ locis, amissis nauibus naufragium, & Anglorum manus effugerant, Iberni duces itinerum, & viætū suppeditantibus, confluunt. Iam mille ferè Hispani apud Tuethium erant Leiuæ imperio obtemperantes. Eo Hispanorum numero Tuethius lœtus, & virtute fretus Leiuæ suaderet, ut in Iberniæ bellum Anglis indicat, se suos obæratos armaturum, idem Orruarkum facturum: omnes Ibernos pro Catholica Religionis libertate conspiraturos: Reginæ nec opes, nec cōpias validas, nec arces munītas esse: Iberniā primum, inde Angliam facili nēgocio posse expugnari. Leiuæ refert id minimè sibi licere, quod à Rege suo in mandatis non acceperit: in Hispania verò le cum Rege acturum, ut vberiorem exercitum mittat, qui Iberniā in libertatem afferat. Et ita commeatu à Tuethio accepto in nauim iam refectam milites omnes imponit. Sed vix vela ventis dat, cum in plangentis Tuethij conspectu nauis hominum multitudine onerata dehincens cum omnibus obruitur. Qui postea Hispani ex naufragio in Iberniæ littora euaserunt, ab Ibernis in Scotiam ad Comitem Bothuelium Scoticæ classis præfectum, & ab hoc in Galliam, vel Belgium mittebantur.

Sir Richard Bingham, & Tuethij inobedientiam armis coerceri iubente, Richardus Binghamus Anglus eques auratus Connachtæ præfetus in Orruarkum expeditionem facit, paucis Anglis, sed quam plurimis Iberni coastis. Præter cæteros Vlligus Burkus Clancrichardæ Comes illi præsto fuit. Orruarkus pridem Mari. Maurum Macsuinnium cognomine Vaccam ducendos Momonios ductitatem conduxit, pauloque plures obæratos armavit. Neque maioribus viribus pollebat, cum in Droumdathiere pago ab hostis equitatu, scelerarijsque

perarijsque circumuenitur, hastatorum etiam agmine sequente. Maurus cum ne vltus quidem moriturus videretur, nedum viæturus, si tam exiguis cōpijs cum hostium multitudine prælium consereret, ex eo pago compositis ordinibus procedens, ipse tergiductor suos cohortans, & hostium impetum sustinens vulneratur plumbea glande, quæ ex narium radice per albuginem transuerse missa sinistrum oculum illi ademit. Quo vulnere grauiter afflitus cum exercendo muneris minus aptus redderetur, reliquos ingens trepidatio inuasit, ordinesque laxaturi videbantur, nisi auunculus meus Rothericus Macsuinnius adolescens Mauri pa. Ruere trui insignibus, & armis celeriter induitus succedens, Mhic trepidosque confirmans vltimos ordines duxisset. Domh- Maurus vulnere curatus cum bellam redintegraturus naill videretur, secus fecit. Namque lumine sinistro cap. Mhic tus magis capit, & obcæcatur specie Gorumphlatha Shuinne Orruarki neptis ex Quinto fratre, quam raptam, atque violatam rursus dimittit. Turpitudine facti Orruarkus indignatus sceleris authorem nunquam postea venia dignatus est. A Mauro, & à suis etiam ob- Gorum- æratis fortunæ cedentibus codem pene tempore Or- platha, ruarkus desertus ad Tuethium pellitur: à quo non modò comiter, sed mira, & inaudita magnificencia excipitur. Eius arbitrio Tuethius municipia sua, totumque Tuethiæ principatum reliquit, in illum ius omne rerum administrandarum transferens, & ipse tamquam præfetus ab eo militibus belli rem gerens. Vbi, cum accepisset duos familiarissimos suos Orruarki iussu fuisse patibulo suspensos ob causam tanto supplicio minimè dignam, amicis suis expostulantibus, quod totam suam potestatem Orruarko permisit, finire, inquit, mirari. Is profectò, qui scit ius

exercere, dignior est principatu, quam ego, qui forsitan crimina impunita dimitterem.

Orruarkum finibus pulsum regius exercitus fecerunt omnem bellum molem in Tuethium vertit. Copiosus erat exercitus ille Anglorum, sed maximè Ibernorum, qui Reginæ non obsequi, ubi repugnandi potestas esse non videbatur, minimè sibi integrum putabant. Nihilominus Tuethius semper prosperè dimicans Orruarkum, finesque suos fortiter tutatur. Orruarkus possessionibus suis amissis anxius, & mestus, ut ad eas recuperandas Scotos ducat, Scotiam petit, Tuethio inuito, & inauspicato. Nam à Iacobo Steeuardo Scotiae Rege (quem postea Angli quoque Regem ascuerunt) deprehensus ad Elizabetham Angliae Regiam Londinum viactus mittitur. Vbi in consiliariorum cœtum productus ab uno interrogatus, cur genua non flebant, non sum, inquit, id facere solitus. Tum consiliarius, nonne, inquit, es solitus genua coram imaginibus flestere? Certe, inquit ille. Cur, inquit hic, non idem quoque nunc facis? Quia, inquit ille, inter Deum, & Sanctos, quorum imagines veneror, & vos multum interesse semper putauit. Breui post morte plectitur. Qua re diuulgata Bernardus eius filius

à suis Orruarkus renunciatus paternam

hæreditatem recuperare Tuethie

ferente opem secundiore mar-  
te tentat, bello rursus in-

Connachta reno-  
uato.



## Lagenia motus, &amp; aliqui casus.

**S**Vb idem tempus in Lagenia parvū motus oriuntur, Anglis Protestantibus Catholica Religionis oppressoribus edicta Reginæ executentibus, & Lagenienses graviter cōcūtentibus. Hanc persecutionem fugiens Vaterus Giraldinus cognomento Fucus eques Vater ex Killdarij Comitis familia ex Killdariensi tribu in Riach Gloranem pagum apud densissimas sylvas fecerit iuxta Fiachum Obriuinem Ægydij filium, cuius filiam Gloran: vxorē duxit. Is Fiachus patris exemplo Protestantium acerrimus hostis erat: contra eos coniuravit in Eustatijs Fiacha Vieecomitis conspiratione, sicuti superius vidimus, & Mac in eorū obedientiam reuersus Catholicis, qui ad ipsum Adha: Protestantium iniurias fugiebant, erat præsidium alias occultando, alios palam excipiendo. Ob quod à regijs impugnatus partim sua virtute, partim sylvularum densitate se seletabatur, donec incolumitatem, & fidem publicam pacisceretur, quam libenter concedebarant Angli, ne maiores motus concitaret. Iuxta hunc Fucus commotans ab Anglis sepē impetratur, & eosdem vicissim impetrat, armatis paucissimis stipatus. Anglos finitima loca incolentes deprædatus Gloranem reuertebatur. Redeuntem in itinere nanciscitur Dudlius Sir Baginal Anglus, eques auratus Ibernia Castrametatoris Dudli frater cum cohorte, quam præsidij causa Lethlinnae habebat. Comissa pugna Dudlius cum tota ferè cohorte occiditur. Haud diu post Vaterus cum peditibus Texaginta Vrmoniam improuiso ingressus prædā agit: Lethlin*+* sequen-

sequentesque Buttleros equitum, & peditum numero superiores fundit, & fugat, aliquos praesertim Ducem Petrum Buttlerum Comitis Vermonij nepotem ex fratre occidens. Longas Lagenia & Midhia regiones occultis itineribus dinus ad Lochsindilem Midhia oppidum, in quo multi Angli, ne quicquam pauperes conorabantur, perueniens, horum domus noctu effractis foribus cum comilitonibus ingressus viros interficit predaque Onustus domum reddit. Ita, quia Protestantibus multum damni inferebat, nec facile poterat capi audacia sua, & syluarum densitate defensus, & ne maiorum motuum causa foret, Anglis consuleissimum visum est, ut illum in fidem recipient reatis omnibus condonatis. Initio pacto, fideque interposita Dubhlinnam ad Iohannem Parottum Iberniae Proregem petit. De cuius aduentu cum accepissent Dudlij Bagnalis fratres, & consanguinei, ædes in quibus agebat, armata manu circumdant Fulcus inducta Galea, scuto leuæ imposito, stricto ferro ostium pugnando solus defendit; donec Prorex veniens pugnam diremerit, & illum factorum impunitate donatum domum dimiserit.

## CAPVT. III.

*Tironæ Comes, qui Anglis in rebellionis suspicionem venit, in ius vocatur.*

Aodha  
Gimb-  
lach mac  
Sean  
Ineill.  
Fitbz  
Villiæ.

**N**ondum Orruarki, & Tuethij motus sedati fuerunt, cum maioribus anteuertendis Regina distinctur. Namque Hugo Onellus cognomine Compeditus, quod matre vinculis impedita fuerit editus, Iohannis Principis filius in Iberniam reuersus

reversus Gulielmo Fitzgulielmo Anglo Iberniae Proregi refert, aliquot nobiles Hispanos ex Merinenis Duci classe ab Hugone Onello Tironæ Comite donis ornatos in Scotiam fuisse missos, & eisdem litteras traditas ad Regem Hispaniæ, quibus eius praesidium in Reginam efflagitabat, suam operam pollicens: idque totum Hispanos secum communicasse, existimantes cum fore Tironis fidum, sicut erat consanguinitate coniunctus, & religione Catholicus. Prorex, & consilium Ibernia in Strabaliam Ultoniæ oppidum Dubhlinna profecti Tironum in ius vocant, qui crimen obiectum incunctanter negat, subdens Compedito inimico suo non esse fidem habendam. Compeditus se singulari certamine crimen probaturum afferit: sed ipse, & Tironus stadium ingredi prohibentur. Compeditus, se testes producturum confirmat. Dic constituta, qua testes producantur, Tironus datis vadibus dimissus Compeditum inquirendo deprehendit, & custodiz mandat, iususque à Prorete Dubhlinnam vinculum mittere, imperio non obediens laqueo suspendit Michiens homine tortore: nam pietate, & amore in Onellam familiam, & Iohannem Principem nullus est ora Tirona potuit viribus ullis deduci, ut Compedito mortem inferret. Inde Dubhlinnam Proregem, & in Angliam Reginam adit veniam petitus, quam impetravit, aliquos (ut creditur) donis corrumpendo, & Regina eò forsitan mota, quod consultum esse iudicaret, illum etiam delinquentem contra Terentium Onellum Tironæ Principem seruare ea ratione, qua fuit adiutus, & auxilius. Itaque reversus est in Iberniam datis vadibus Comite Vermonio, & Christophoro Hatone Angliae Chancellario sistendi se Dubhlinna apud Proregem, quando in ius vocaretur. Eum paucis inde diebus Prorex iubet

Dubhlinna comparere, ut perpetuo carceri addicetur, sicuti creditum est. Ille maluit se, quam suos vados periclitari. Itaque Dubhlinnam iter arripit architrichino praemissio, qui lauto, & splendido conuiuio parato Duces, & nobilitatem regij exercitus ad cenam inuitaret. Ipse sub vespertino crepusculum ad portam Dubhlinnensis arcis equo desiliens, Proregem, qui in ea degebat, adit. Hic illum iubet saluere, & valere: ea nocte corpus ab itineris labore reficere, & curare: conuiuis non deesse, postero die ad se redire. Ille arce egressus in pratum equum dirigit, quasi animum recreaturus, & inde equite uno comite in Ultoniam fugit, ratus id, quod erat, vades suos esse iam vadimonij obligatione solutos. Cum diutius cunctaretur, architrichinus iubet conuiuas discumbere, confirmans illum, vel in arce à Prorege retinerti, vel se de eo nihil certi habere.

## C A P V T. I I I I .

*Ultoniorum obfides ab Anglis  
fugient.*

**P**AUCIS post diebus ex Ultoniorum obfides Hugo Odonellus Ruber, Daniel Macsuinnias Cæruleus, & Huon Ogallachar, de quibus superius locuti sumus, ex arce Dubhlinnensi fugiunt. Cæterum Ruber in Felmium Otachilem equitem Ibernum, & Reginæ ministros incidit. Felmius statuit eum inuitis regijs ministris dimittere, haud dubius se fortunarum iacturam facturum, & in discrimen venturum. Quod malum timens Rosa Natuchil Felmij soror, & Fiachii Obtruinus

## De bello quindecim annorum. 125

Obtruinus vxor, fratri persuasit, ut suæ, atque Rubri simul saluti consuleret: idque illum facturum, si ea nocte Rubrum apud se retineret in Kehino castello, <sup>Caislean</sup> Kehin. donec à marito suo Fiacho cum armatis veniente, quasi inuito Felmio in libertatem afferatur, nam magis fratri cauendum censuit, quam marito, qui iam solitus erat rebellare, vitamque contra Protestantes, & pro eorum hostibus vouere. Quo confilio probato, Fiachus cum armata manu Rubro opitulatum contendit. Prorex quoque Dubhlinna certior factus cohoret mittit, quæ Rubrum vincitum trahat. Ea nocte tam copiosè pluit, ut aqua ripas interiecti fluminis egrediente, circumiectosque campos inundante nullo modo potuerit Fiachus vada traioscere. Interim Angli, qui lumine non prohibebantur, Rubrum Dubhlinnam deferunt. Vbi in eadem arce diligentiori custodiæ mandatur, in vincula quoque coniectus. Iterum diebus aliquot transactis cum Henrico, & Arto Onellis Iohannis principis filiis, qui eodem carcere tenebantur agit, quemadmodum se se in libertatem vindicent. Quod etiam consilium cum Eduardo Eustacio puer amico suo, & cum acerrimo Protestantium hoste Fiacho communicat. Eduardus puer se illi ad fugam daturum quatuor equos pollicetur. Fiachus itineris ducem, qui illum domum suam ad Mulariam sylvam ducat, & inde in Ultoniam à se incolument mittendum promittit. Ad constitutam noctem Ruber limam comparavit, qua vinculorum clausos sibi, Henrico, & Arto scidit, & feracem telam longissimam, qua se dimitterent ex arcis celso fastigio. Intempesta nocte superiore telæ extremitate ad latrinam ligata, Henricus primus capta rella manibus, & inter crura per latrinam defecundit,

nec socios spectans in Ultoniam itinere arreptos incolus mis erat. Sequitur Ruber, qui Artum spectauit. Artus, dum præceps per telam fertur, lapide ex cloaca forte cadi-  
ente male vexatur, vixque se sustinēdo est aptus. Eduardus puer, qui equos promiserat, quatuor velocissimos ephippijs instructos per tres proximos antē dīes in stabulo habebat, sed illo die eo infcio peregrē ablati sunt ab amico. Itineris dux à Fiacho missus propè arcem pre-  
stolabatur, qui ea nocte, diequē sequente Rubrum, &  
Artum per auiā, vastaque loca duxit, nē interciperentur. Tempus erat hybernum paucis diebus ante Domini-  
ni natalis festum, & loca alta niue obruta. Ob id Ru-  
ber, qui longo itinere, velocique cursu calceos consumpsit  
pedibus iam nudis niuis rigorem, locorumque asperitatem superans, vngues vtriusque pollicis pedum ami-  
fit niue combustos, & cauulos. Artus, & si calceos firmiores habebat, lapidis tamen casu grauiter afflictus lon-  
gum, & asperum iter agre metiens Rubrum tardabat.  
Satis fessi ad noctem perueniunt in subterraneum spe-  
cum non multis milibus passuum ab ædibus Fiachi. Ibique reliktis, ut constitutum erat, dux rem nunciatum  
ad Fiachum tetendit. Duo iuuenes, qui toto die curren-  
tes nihil cibi cæperant, fame cruciabantur, tamen itine-  
re lassi alto somno sopiti noctem transegerunt. Iamque  
die secundo sol præcipitabat, & nullus à Fiacho remissus est. Tertio die inedia premente, Arte, inquit Ruber, en-  
animancia bruta herba, & fronde pascuntur. Igitur nos  
etiam, qui quamvis rationis particeps sumus, tamen ani-  
malia quoque sumus, eadem breuem inediā toleremus, donec a fido Fiacho cibus suppeditetur. Itaque pro-  
xime arboris frondes mandit, & deuorat, sed oblatas re-  
nuit Artus Interim Fiachus nullum lapidem non mo-  
uebat, vt illis cibum subministraret, diu prohibitus ab illis,

illis, qui eius suspecti hominis vel leuisimos gestus, & motus notabant. Denique ad tertiam noctem per mi-  
litēs quatuor cibum misit. Artus lapidis casu, longaque  
inedia confesus nec in os imponere cibum, nec impo-  
situm à Rubro, & militibus madere poterat, Ruber, qui  
validior erat, & frondibus linquentes vires non nihil  
retinuit, socio efflante animam coram præ incertore  
comedere recusabat: tamen Arto è conspectu remoto se  
cibo reficere à militibus cogitur. Postquam perturbatio,  
& tumultus eorum, qui Rubrum inquirebant, sedatum  
est, Arto inhumato Ruber pedibus æger in Fiachi do-  
mum delatus clam curatur, curatumque Fiachus per  
Vaterum Giraldinum Fuscum in Ultoniam ad Comitē  
Tironum, Tironus ad Macguierem, & Macguier ad ip-  
fius patrem Hugonem Odonellum Tirconellæ princi-  
pem mittit.

## CAPVT. V.

*Ruber de iniurijs sibi illatis queritur, &  
Odonellus creatus patriam ab Hæresi  
statuit vindicare.*

**P**er id tempus Vulis Anglus cum cohortibus  
duabus in Tirconella tributum exigebat, quem  
Macsluianus Barachus illicè agressus est, vbi de  
Rubri incolumi aduentu cognouit. Vulis in monaste-  
rium, quod Munimentum externorum dicitur, se rece-  
pit. Vbi circūcessus fese Rubri arbitrio permittit, à quo  
incolumis mīctitur iussus ipsius verbis referre, Reginam,  
& eius præfectos iniquē cum Ibernis agere: Religio-  
nem Catholicam impiè contaminasse: sacros Episcopos,  
atque

atquē sacerdotes inhumanē, & barbarē cruciassē: nobiles Catholicos crudeliter capere, & delere: nefas pro iure habere: ipsum dolosē, & perfidē deprehendissē: ob id Anglis nectributum pēsūrum, acc obtēperaturum.

Odonellus quoquē senex seī principatu abdicans, postquam illum viginti fere annos rexit, Rubro filio rerum administrationem, & imperium demandauit, illum Principem Odonellam nominare, & eius authoritatē obedire omnes suā ditionis subiectos iubens, & ipse annos septem, quos postea vixit Ibernorū magnatum exemplo orationi, & diuinārū rerum meditationi vacans.

Odonellus (hoc nomine deinceps Rubrum appella-  
mus) de more inauguratus illum sibi consiliorum omnium, atque cogitationum finem constituit, ut patriam, Catholicamquę Religionem ab Anglorū Hæresi, & tyrānide vindicaret, cum ijs, qui ipsi vel quadam obser-  
vantia, vel dominij iure parebant, faciens coniuratio-  
nem. Hi erant Eugenius Macsuinnius cognomento Iu-  
nior Tuethiæ princeps, qui iam pro Hispanorum salute  
rebellauerat, Donatus Macsuinnius Banacha princeps,  
Daniel Macsuinnius Fanidiæ princeps, Iohannes Odo-  
charta Inisonaæ princeps, Obuillus, & alij minoris notæ,  
quibus minimè defuit Orruakus Connachtus Brethniæ  
princeps, qui occiso à Regina patre nullam paternæ ne-  
cis vlciscendæ occasionem prætermisit.

Haud dubitabat Odonellus, quin etiam Tironus Co-  
mes pro Catholica Religione arma sumeret, nisi inge-  
nte metu Terentij Onelli consanguinei sui Tironæ prin-  
cipis prohiberetur, qui veterum inimicitiarum memor  
videbatur nullam opportunitatem nocendi Comiti præ-  
termissturus, illumquę facilī negoziō loco deiecturus  
propter

propter propensissimam Tironorum in se voluntatem. Quem obicem remouēndi cupidus Odonellus Onelli primum omnium aggressus, & Strabhanem eius muni-  
cipium in Comitis potestatem redigens in parvam in-  
falam lacu munitam compulit. Vbi Onellus mediis inter Odonellum, & Comitem seī continuuit, de bello nihil curans, quod vel senio erat confessus, vel à Tironis contra Catholicos non adiuabatur, vel ipse Catholicus Protestatibus opem ferre nolebat, donec biennio circiter post vita fuerit defunctus.

## C A P V T. VI.

*Macguier cōtra Protestantes arma sumit,  
Edmundus Iberniæ Primas à Regijs  
occiditur, & aliae variæ res.*

**I**N fine proximi autumni Hugo Macguier Far-  
monachus princeps arma contra Protestantes cogi-  
tur sumere. Namquę Midhiæ Ministropiscopus  
misit Hæreticum Ministroclericum in Abbatiam, quæ Cluenes dicitur. Ea est in Aurilia principatu, propè Cluenes.  
Macguieris fines. Vbi Ministroclericus non modò ru-  
sticos, & agricolas Abbatiæ subiectos, sed etiam proximos Macguieris obēratos varijs molestis afficiebat, ho-  
mines Catholicos ad Hæreticas ceremonias inuitos  
cogendo, resistentesquę Papisticę (sic Protestantes lo-  
quuntur) legis, & Magestatis lese criminē insimulando,  
atque multitia pecunia plectendo, & in miseras pau-  
perum fortunas hiantē ore impetum faciendo. Cuius  
piaculi penam minimè serō luit, dum in xribus suis  
noctu comburitur: cuius rei authorem fuisse Macguie-  
rem

rem Angli arguant, & iā ihs vocant, cumquē ad diem dictum se in iudicio non stiriset, diem dedie per frustrationem differens, exercitus duo, qui illū, vel vincū trahant, vel bonis omnibus exuant, conscribuntur. Intērim Macguier Anglos paucos ex ijs, qui Connachtam incolebant, deprædatur.

*Edmon  
Mac  
Gabhrā.* Sub hoc tempus Edmundus Macgabhranus Ibernīæ Primas, Archiepiscopus Ardmachæ ex Hispania à Iaimo Flamingo Pontanensi mercatore vehitur, habens ad Ibernos Regis Hispaniæ mandata, ut Protestantibus pro Fide Catholica bellum indicant, & ab ipso quam celerim auxilium mittendum esse, intelligant: & ad Macguierem, qui iam bellum gerebat, profectus, cupidum bellandi virum Catholici Regis verbis, & auxiliij spe in incepto facile confirmavit. Cum Primate Macguier Brethnia Orruarki Principatu transmissa rursus Connachtam exiguis viribus ingreditur. Ea de re certior factus Richardus Binghamus Anglus eques auratus Connactæ præfctus in illum mittit Gulielmū Guelfertum Anglum cum paruis copijs. Ad locum, cui seuto miraculorum antiquitas nomē inadidit, occurritur. Vtriusque partis equitatus peditum agmina præbat, tacitis cornibus procedens. Dies erat densissima nebula per quam obscura. Quare prius feré vtrique alteros offendiderunt, quam viderunt. Signo tuba subito dato vtrinque in pugnam proruitur. Macguier, quo erat præsentissimo semper animo, Guelfertū hasta transfodit, & interimit, eiusque equitatum fundit, & fugat. Macguierem non procul antè pedestre agmen sequebatur Primas equo veetut, & duobus tantum equitibus Felmio Maceaphrio, & Cathalo Macguiere comitatus: in quem, dum Macguier cum Guelferto dimicat, altera regij equitatum turma incidit. Primas fugiens equo corruit, & stratus

*Skieb  
na fbb  
heart.  
Scutum  
miracu  
lorum.* humi

humi interimitur vna cum Felmio pugnante. Ex agmine Catholico pedites, qui Primate vocem cognoverunt, & si illam non videbant, nebula oculorum usum intcipiente, accurrunt, & Cathalum stricto ferro pro Primate prælantem existimantes esse ex Protestantibus multis vulneribus conficiunt, & Protestantes equorum perniciitate illos dimittunt. Interfecto Primate Macguier magis mestus, quam obrenta victoria, & præda letus domum redit. Rursus Orruarkus, & Macguier statuentes non modo Protestantibus Anglis, sed etiam ijs Catholicis Ibernisi, qui illis auxiliabantur, esse officiendum, in Michia Inaliam Opheralis ditionem deprædantur. Cum quibus de præda cepit equestri prælio experiri Gulielmus Opheral, sed in ipso equitum primo congressu Maeguier pugnæ finem fecit, qua erat felicitate, & virtute, Gulielmum hasta traiicendo. Quo occiso cæteri nihil amplius institerunt, & Orruarkus, & Macguier præda portuuntur.

## C A P V T . VII.

Macguier aduerso Marte cum regio exercitu dimicat, & Iniskellinnam castellum per proditionem amittit.

**H**æc dum agebantur, exercitus duo, quos in Macguierem conscribi Regina inslerat, comparati sunt. Alteri præerat Henricus Bagnal eques Auratus Ibernia Castrametator, & Vtonia præfctus, qui minimè spernendas copias ex Ibernisi, & Anglis præsidarijs, Ibernisque nuper delectis ducebat. Equites habebat septingentos, quoru partem maiorem, & peditum

& peditum non paruam perduxit Comes Tironus, qui iussus Reginæ imperio non gerere morem, minime sibi integrum putabat. Macguier impidente periculo percusus Odonellum, ut sibi praesidium ferat, rogat. Ex quo acceptis paucis Ibernis bipenniferis, & Scottis sagittariis, & aliquot obseratis suis armatis longe exiguiores copias, quam hostis, habebat, quorum erant equites ferè centum. Bagnal, cis Etni flumen cum copijs omnibus constitit, inde trajecturus, fluminis vadum, quod Prati nuncupatur, Macguierisque obseratos, qui eò fugerant, prædaturus. Ab altera parte Macguier confederat. Ulro, citroque missilibus prælium inchoatur, Regij numero militum, armorum genere, natura loci prestatabant. Nam, & peditatus multitudine superiores erant, equites septingentos contra centum habebant, & bombardarios contra sagittarios: neque enim sagittaram longe iaculatur arcus, quam bombarda plumbeam pilam. Præterea bombardarij ex sylva, qua ad fluminis ripam pertinebat, Catholicos in planicie stantes, impunè feriebant: & sagittarii in regios arborum densitate protectos minimè poterant sagittas collinare. Ita cum pugnaretur magno Catholicorum detrimento, Comes Tironus, qui regio equitatu præferat, calcaribus additis cum omni equitatu vadum penetrat, & in Catholicos impressionem faciens omnes fundit, fusosque insequitur non tamen longe, nam ab Iberno pedite perfemut telo transfixus est, & Macguier cum equitatu suo peditibus fert subsidium. Ea pugna desiderati sunt Catholici minus ducenti, ex regijs per quam pauci. Inter Tironum, qui fuit graui vulnere affectus, & Bagnalem ex hac quoque victoria vetus inimicitia augetur, dum uterque sibi gloriam arrogat: Bagnal, quod ipse esset exercitus imperator, & Ultonix praefectus ceteros im-

Vadum  
Prati.  
Bealan-  
tha  
Cluoen.  
Os vadi  
prasi.

perio regens, Tironus, quod ipse magnâ equitatus partem dubitauerit, vadum cuim equitibus transmiscerit, Macguierianos in fugam vertitur, periculum adierit, & vulnus accepit. Ob id à Bagnale rogatus, vt litteris Reginam, & Proregem de ipsis virtute faceret certiori, se illis coram verum dicturū respondit. Odonellus, qui eum vberiore equitatu, bombardarijs, & hastatis Macguieri suppetias ibat, ad noctem post pugnam factā peruenit, hostemque inuaderet, nisi per internuncios à Tirono clām rogaretur, vt ipsis salutis rationem haberet. Protestantes non circumueniens, dum in eorum castris ipse esset, quæ citò foret deserturus, vt deseruit: nam timens, ne à Bagnale vinculis mandaretur, & ad Proregem vincitus traheretur (vt iussum suisse credebatur) ea nocte è castris fauici fugit in Dunganinnam municipium suum, vbi medicamentis adhibitis breui curatur. Eodem tempore Richardus Binghamus Connachtræ præfector Iniskellinnam, magis intestina preditione, quam vi capit. Ea insula est non magna Etni lacu cincta, in qua Macguier arcem dupli vallo cinctā tenebat. In hanc Binghamus copijs in Connachtra conscriptis ex Anglis aliquot, sed Ibernis pluribus Catholicis signa militaria pedestria quindecim, & equestria quatuor per Brethnam Orruarki ditionem tunc temporis vastam, atque direptam perduxit, vestusque pontonibus, & phasellis arcem diebus aliquot frustra opugnat, militibus ostoginta magna virtute propugnantibus: haud dubius in cassum se vires diffundere, dato signo, propugnatores ad colloquium prouocat. Ad eum in castra prodit unus non satis genere notus, sed cui propugnatores maximè suam salutem, & arcem credebant, quod apud Macguierem familiaritate plurimum valebat, ab eoque donis ornabatur. Filius porcæ,

vel scrophæ cognominabatur, nec incongruè: nam præterquam, quod statura erat inelegante, & facie disformi, illi etiam duo Columellares dentes ore prominebant similes suis, vel apri su'minitus. A Binghamo prömissionibus, atque donis corruptus, & vicius, postquam cū eo statuit, quemadmodum fit arcem proditus, ad suos, tamquam arcem ad interpcionem defensurus, rediuit. Binghamus induciarum spacio transacto more solito arcem oppugnat. Propugnatores suam quisque partem tutantur. Filius scrophæ, quasi fortiter, & animosè dimicatus se in exteriore vallo hostibus ostentat. His illum magno agmine aggrediuntur. Ille ex composite fugiens locum defensore nudi deserit, & tamquam se se recipiens, in secundum vallum celeriter confert: quid etiam sequentibus hostibus aditum permittit, arcis portam subiens, quam ingresso, miles qui ad portam in stationibus erat, venientibus hostibus portam claudere, & obserare festinat: sed illum Filius Scrophæ stricto ferro percutiendo humi sternens patescatis foxibus hostes inducit, qui propugnatores omnes præter proditorem interemerunt: & senes pueros, atque feminas, qui in arcem confugerant ex sublicio ponte, quo insula cum continente coniungebatur, præcipites dederunt. Locato in arce præsidio Binghamus, &

Bagnal celeriter reuertuntur cum Tirono iam diffidentes, tum Odonellum, & Macguie-

rem maioribus copijs refectum  
timentes.



## CAPVT. VIII.

Odonellus Iniskellinnam obsidet, & in Hispaniam legatum mittit Catholici Regis opem efflagitatum.

**P**ost regiorum exercituum redditum Odonellus illato Macguieri damno, sed maximè scenum, puerorum, & seminarum crudeli clade indignatus, nullam vlciscendi moram facere statuens, ad Iniskellinnæ obsidionem, & oppugnationem se se vertit. Cui, quod ænea machinamenta, quibus arx quateretur, deerant, illa cō facilius ab Anglis propugnabatur. Quod Odonellus animaduertens, & secum reputans difficile factu esse, ut Ibernia, & Catholica religio sine exterorum principum auxilio ab Anglorum Hæresi, & tyrannie in libertatem vindicaretur, Iaimum Ohe-lium Tuemæ Archiepiscopum virum doctrina, & innocentia vita probatum legatum mittit, qui Philippo Secundo Hispaniarum Monarchæ Ibernarum rerum statum pandat: ab eo declinata penè Catholicæ fidei opem petat, quam per Iberniæ primatem promiserat, & illi Odonelli, & aliorum magnatum Ibernorum operam, & obedientiam pollicetur. Antiles à Rego humanissime, & liberalitate plusquam regali exceptus de Odonelli, & Ibernorum nobilium animo erga Hispanos, de religione, constancia, fortitudine, & militari scientia: præterea de insula tem-peratione, salubritate, vbertate agrí, portuum commoditate, urbium, & oppidorum iucunditate, amoenitate fluminum, atque lacuum, & alijs

laudibus multa exposuit, addens id, quod hodie ambigit nemo insulae huīus peritus; obtenta Ibernia, Scotiam quoque, Angliam, Holandiam, vel Bataviam, totamque Galliam Belgicam paruo negocio posse desbellari, & obtineri, & denique Catholicæ religioni (quod legationis prora, & puppis erat) auxilium Regis efflagitans. Antistitis orationi Rex primum vix habebat indubitatam fidem propter diuersum tumorem de Ibernia dissipatum ab Anglis, qui illius laudes mendaciorum tenebris inuoluunt, ne insula florentissima, multiplice laudum suppelleat et celerbrianda, unde Anglia erratum nutrix posset excidi, ab Hispanis expectatur. Ob id Richardum Stanihurstum istum, qui Anglorum gratiam aucupans ad Ibernicorum infamiam librum edidit, adhibet, quo minimè inficiente, quæ Antistes aiebat, nam erant verissima, denique credens cœpit mirari, & Iberniæ maiorem curam habere. Antistitem prolixis muneribus donatum cum legationis responso data naui dimittens. Nauis ex Hispaniæ oris postquam soluit, rursus ventorum, atque tempestatis vi in portum compellitur, dumque tranquillitas, & secundus ventus expectatur, interim accidit, ut praefectus naui à Rege constitutus in eo opipido (Sant Ander vulgo nominatur) rixans hominem occiderit, qui ne à loci iudicibus deprehenderetur. Antistitem, & cæteros in nauim impositos procellis, & aduersis flatibus obiectens cum omnibus petijit, æstu obruta nauis. Paucis inde annis Rex Catholicus classem in Iberniam cum septendecim milibus militum mitti iubet, quæ ad Galleriæ locum, qui Curcavion dicitur, naufragium fecit decem milibus militum obrutis. Interim Odonellus haud dubius, quin Catholicus Rex maximum Christiani nominis pro-

pugnaculum Ibernis oportuné ferret opem, ut per Primatem fuit pollicitus, nullam interponens moram milites conscribebat Iberos, & Scotos, & Iniskellinnam comiteatu intercludebat.

C A P V T, IX.  
Lageniæ motus renouantur. Res variae referuntur.

**R**Vsus Lageniorum parui tumultus renouantur, quibus ansam præbuit Petrus Giraldinus Hæreticus. Is ob inhumanam crudelitatem iustitæ minister ab Anglis creatus non modò viros, sed etiam feminas, & infantes (ea erat truculentia) morte plestebat. Præcipua quadam libidine Vateri Giraldini Fuscus sanguinem appetebat. Eius pagum Gloranem cum sicariorum manipulo repente inuasit, sed frustra, nam tunc Fuscus aberat, & eius vxor, quæ intererat, fuga salutem petiuit. Haud du post Fuscus cum Terentio, Felmio, & Raymundo Obruinibus Fiachi filijs affinibus suis equitibus duodecim, & peditibus ferè centum Petri castellum improviso aggreditur. Foribus primum, inde reliquo castello igne iniesto illum cum familia comburit. Interim Angli aceolæ cum equitum turma, & peditibus aliquot Fuscum circumueniunt, in quos ille faciens impetum paucos vulneribus aspicit, omnes in fugam vertit. Hinc Fuscus, & cum filijs Fiachus hostes iudicati diligenter, & acriter ab Anglis impetruntur. Fuscus in municipio suo Gloranæ à Protestantibus, & Ibernis auxiliariibus, maximè Buttleris improviso circumdatus fæcè cum paucis armatis in paruum munimentum,

quod repentinus casus timens, vallo, fossaque abduxerat, recepit. Istud hostes oppugnare; ille pro fugnare conatur. Hostium multitudine vndiq; aggrediente Fusci frater Giraldus fortissime prahlans plumbea glande confoditur: Cæteri plerumque vulneribus afficiuntur. Fusci, quod, & monumentum diutius tueri nequivit, & commeatu carebat, per medios confertissimos hostes erumpens cum paucis evasit. Tempore minime longo transacto cum vespertino crepusculo per pagos milites distribueret, ipse cum comitibus duobus domū à cæteris dissitam ingressus hostium milites sexdecim offendit. Scritis utrinque gladijs regij quinque graui-ter vulnerantur; alter ex duabus Fuscii milibus occiditur: ipse mallei istu fracto pene femore sternitur. Duce-rem humi iacentem alter comes, qui Georgius Omorra vocabatur, tollens, humeris impositum hostium manibus eripere molitur fugiendo ad comilitones, qui in proximo pago diuersabantur. Quoties infestantium cursu superabatur, toties Fuscum humi relinquentis stri-cto ferro cum quatuor, aut quinque certabat, quibus in fugam versis, illum iterum sublatum, quam concitatissimo poterat cursu portabat, donec socij auxilio accurrerint. A quibus Fusci absconditus cum curaretur, à custode suo ab Anglis deprehenso capit is timore pro-ditur, & Dubhlinnam delatus ferreo veru longo, & acutissimo infixus perimitur. Post Fusci necem Fiachus traditur cum regijs copijs quater signa prosperè contulisse. Sub quam victoriarum prosperitatem fortuna minime diu Catholicis secunda vertit alteram paginam. Terentius Obruin trium filiorum, Fiachi natu simul, & virtute maximus, quod Anglis patrem prodere consti-tuerit, insimulatur. Fiachus id eō facilius credidit, quod monitus fuit à Rosa Nituchile uxore sua Terentij nouera,

*De bello quindecim annorum.* 132  
 nouera, que Dubhlinne ab Anglis custodia tenetur, nimium ne mariti vita timente, an Protestantum arte, & fallacia decepta, incertum. Ergo Terentio de-prehenso, quia paternus, inquit Fiachus, amot me non sinit digna pena perfidiam tuam vleisci, his te tradam, quibus tu me eras proditus, ut sicut paternam pietatem es expeditus, ira hostilis humanitatis facias periculum. Terentius Dubhlinnam vincitus delatus nō modò se falso crimine purgavit, sed totam familiam longe honorificissima morte cohonestauit: nam sāpc ab Anglis rogatus, & præmis inuitatus, ut regie secte subscriberet, maluit Catholicam Christi Iesu legem confitensacerbo supplicio mori, quam negans vivere, patri præcipue triste sui desiderium relinquens, qui brevi quoque quodam, quem fidissimum habebat, prodente, & hostes ducente cum paucis familiaribus regiorum multitudine circumuentus capite truncatur. Nec ob id tamen eius filii Felmius, & Raymundus arma à patre mota omiserunt.

C A P V T . X.  
*Tironus Comes ob varias causas Pro-testantibus infensus, & magis sus-pectus redditur.*

**H**æc dum aguntur, & Odonellus Iniskellinnæ obsidionem producit, Tironus Comes magis indies Protestantibus infensus, & suspectus red-ditur. Princípio ob victoriam apud vadum Prati de Macguire obtentam gratiæ à Regina Bagnali relatæ sunt, Tirono vero ne actæ quidem, aut habitæ, quo nihil hic impatientius ferebat: neque tam cruciabatur, sc digne

se digno præmio fuisse fraudatum, quam eo Bagnalem  
ornatum, levantem, atque triumphantem: quippe  
verque alterum inexpibili odio persequatur multis  
de causis. Bagnal Ultonie praefectus Tirono vide-  
batur in provincialium bona facere impetum, & pro-  
hibebatur. Tironus Bagnalis sororem feminam for-  
ma conspicuam specie pulchritudine captus rapuerat,  
matrimonio sibi coniunxerat, & ex Protestantie cen-  
turi ad fidem Catholicam fecerat: pactam sibi dotem  
à Bagnale retineri querebarunt. Bagnal sèpè dixerat  
non tam claritate mariti sororem suam, & familiam  
esse decoratam, quam Papista rebellione, & perfidia  
esse breui sedandam, & illi esse priuignos, quibus, &  
non sororis sua libertis, si quos progigneret, esset ha-  
reditas amplissima deserenda. Obhas, & alias causas  
verque alterum in singulare certamen Dubhilinnæ  
prouocauerat, congregurique videbantur, nisi ab amicis  
anteuerterentur. Hinc Bagnal nullam incommo-  
dandi Tirono, & in eum accendendi. Regina iniudi-  
ciam occasionem prætermiscebatur. Insuper Tirono oc-  
currebat Macmagaunus crudeli suppicio nuper affec-  
sus, & eius non sine Patlamenti decreto extinctum;  
alijque principes Iberni deleti in mentem veniebant.  
Sed Catholico viro Catholica Religionis libertas pre-  
cipue ante oculos obuersabatur. Quibus & alia suspi-  
ciones nouè accesserunt. Iohannes Onellus Tironæ  
princeps, cum fuisset à Scotis militibus suis per perfidi-  
am extinctus (vt superius tradidimus) eius quoque  
possessiones Angliae Reginæ fuerunt addicte, &  
frustra, nam sunt reuersæ à Tertentio Onello. Inter-  
bas Farnia Iberi Macmagauni municipium, reginæ  
etiam sicut adjudicata eo nomine, quod ad Iohannem  
pertinebat, & à Regina Comiti Essexia Angla dono  
data.

data. Sed tunc temporis neque adjudicatio neque do-  
natio executioni mandata est Iberi possessiones suas  
obtinente. Postea Comitis huius iam mortui filius  
Farniam eidam Iohanni Talboto Angloiberno loca-  
uit, Talbotusque in Farnia castellum, & possessio-  
nem à Reginæ iudicibus mittitur, frustra à Catholi-  
cis obiurgatus, quod minimè iuste Iberi Catholici  
viri possessiones ab Hæretico, qui in eas iniusta actio-  
ne agebat, conduxerit. Iberi vero filij eam opportu-  
nam occasionem rati, qua gerebat Odonellus arma,  
amicorum manu coacta Farniam castellum noctu in-  
vadunt. Foribus improviso ignem admouent. Castelli  
inquilinus Talbotus suffocante fumo exprefgatus  
subacula tantum induitus lecto exsilie, foresque pate-  
facit; poné ianuam absconditus, ubi Iberi liberi cum  
agmine suo irruperunt, nudus egressus pedibus salu-  
tem petit, quem sua familia sequitur eicta, & direpta.  
Cuius rei culpatum Angli in Tironum transferebant,  
assentes hoc iniuto nihil illos ausoros. Subidem  
tempus Angli, qui Ardmacham Primatis Iberni se-  
dem præsidio tenebant, templum ingredi consti-  
tuunt, resistenterque aditum, & alios sacerdotes in  
vincula coniucero. Ad rituam accurens Bernardus  
Onellus, qui tunc forte in oppido erat, sacerdotes in  
liberatem asserit. Duodecim Anglos milites patibu-  
lio suspensi iubet. Reliqui præsidarij fugiunt,  
cuius rei authorem fuisse Tironum Pro-  
testantes pro re certa, indubita.  
taque confirmabant.



*Regius exercitus ad vadum biscootorum panum à Macguiere, & Cormako Onello funditur. Odonellus Iniskellinnam in deditio nem accipit, & Anglos Con nachtæ labefactat.*

**I**N hoc rerum statu Iniskellinnæ arcis præsidium ab Odonello circumfessum fane premebatur. Ac filius quidem serophæ arcis proditor, qui in ea ab Anglis erat relictus, sus vorax elusione ventre afflatus cum commilitonibus quinque noctu per lacum hanc missus, quod regionum, & itinerum expertus erat, numeracum, quanto in discriminé versaretur arx, & à Catholicis intercepimus vna cum socijs multis vulneribus interficitur. Nihilominus Angli angustiarum arcis minimè nescij suppetias ire festinant. Carnes salsa, casus, magna copia biscoeti panis parantur. Præsidarij milites euocantur. Ibernorum delectus habetur; ex omnibus nuper conscriptis Ibernis, & Anglis præsidarij duo millia, & quingenti cogantur, quorum erant equites quadrangenti. His imperator præficitur Henricus Dukus Anglus eques auratus Iphaliae principatus præfetus, & castrametator Fool etiam Anglus, de quorum consilio certior factus Odonellus, legatos ad Tironum mittit, Protestantes Iniskellinnæ subsidio venire: id se vsque ad internectionem prohibitum: quanto in periculo res sit sita, manifestum esse, & ita Tironum à se pro hoste habendum nisi ipsi in tanto discriminé posito ferat auxilium. Quia legatione audita diuersis curis anxius Tironus distrahebatur, cum animo suo reputans Odonel-

lum incerta spē Hispani auxiliij gerere bellum, antequā Hispana signa in Iberia videat ac ita rem Catholicorum in summo discrimine esse sitam, etiam si ipse ferat opem, si minus Catholicis opituletur. Protestantibus tamen se esse suspectum, & ita utrisque fore hostem iudicatum. Aduentante vero Regina exercitu Cormakus Onellus Tironi frater cum equitibus centum, & bombardarijs velutibust recentis ad Odonellum in castra venit, missusne à Tirono, an suo ductu, minimè satis omnibus constabat. Macguier, & Cormakus cum peditiibus milia ex Odonelli castris hosti obuiam eunt, vt illum incursionibus prohibeant, sed non quæ, & quiete priuent, quominus strenue cum Odonello postea præ-  
Beal  
lietur. Interim Dukus non longius tribus milibus paf-  
antha suum sub vesperam consistit à Farnij fluminis vado. Farnna. Vbi tenebris primis à Macguiere, & Cormako missis i. o. vadis Sclopistis densissima plumbearum pilularum vi impro-  
Farnij,  
visò obruitur: quos contra Dukus quoque bombardari-  
rios suos mittit. Ita utraque parte per noctem totam è minus præliante, regi periculo, & bombardarum sonitu somno priuantur. Postero die post lucis exortū Dukus exyniuero exercitu agmina tria instruens equitum, & scloperiariorum alis munera, quod impedimenta magna habebat, iumentorum, que commeatum baiulabant, asinariorum, calonum, atque meretricum, ea in duas partes dividit, alteram inter primam, & secundam aciem, & inter hanc, & ultimam alteram collocat. Quomodo instructus milites præteritæ noctis vigilia semisomnes è castris mouens à Catholicis continuo tela iacentibus gressum comprimere sèpè cōpellitur, eosdem vicissim longius remouens. Ad horam diei vndecimam non longius bombardæ iactu à Farnio vado venit. Vbi equites ad pedes descendere iubet, quod erat locus equestri pīcho  
mīsus

minus idoneus. Hic Macguier, & Cormakus cum pedibus mille totis viribus dimicant. Eorum bombardarij agmini primo fortius reluctantur, & ultimo non modo bombardarij, sed etiam hastati insunt. Ceterum pri-  
mum agmen ferro viam aperiens, & hinc inde Catho-  
licos arcens vadum aggreditur. Interim Catholici bom-  
bardarij qui ultimum agmen impugnabant, Protestan-  
tium scloperiorum alas in agmen compellunt, illud-  
que plumbeis glandibus continentem carpendo faciūt  
trepidare: ordinibusque iam laxatis incompositeum Ca-  
tholici hastati irruendo penitus disturbant, & cum al-  
tera parte impedimentorum primum confundunt: de-  
inde ad medium agmen compellunt. Hic medium ag-  
men duplex certamen inibat, alterum componen-  
do ultimum agmen, alterum Catholicis resisten-  
do: sed utrumque Catholici vrgendo confundunt, &  
per alteram partem impedimentorum pellentes agmi-  
ni primo miscent. Ita totus exercitus turbato, confuso-  
que tumultu penetrat vadum, relieto commeatus, & omni  
impedimento, equis tantum seruatis, qui præcipue cu-  
ra equitibus erant. Mox quid agendum sit, Dukus con-  
sultat. Georgius Binghamus: Iunior redeundum esse cé-  
set, ne post amissum commeatum omnes inedia vin-  
cantur pari fato cum Iniskellinnæ propugnatoribus,  
quibus opitulari non poterant. Contra castrametator  
Fool, quod nomen stultum significat, stulte reclamat, &  
obtestatur, ut arcii Reginæ succurrant. Locus, in quo  
Protestans constiterat, humiditate impeditus erat, ubi  
equi in viginem hausti usi esse non poterant. Ideo à  
Catholicis magis impunè mililibus sauciatur. Ob hoc  
Fool alam scloperiorum contra Catholicos producit,  
ut eos remoueat, dum turkis exercitus per ordines cōpo-  
natur. Ceterum cito cæpto destitit tragula trajectus,  
& occi-

& occisus. Quo totus Protestantum exercitus conster-  
natus desertis etiam equis vlo sine ordine, & imperio  
ad vadum quod ante paulo traiecerat, reverterit. Quo  
prohibetur à Catholicis fulminatoribus, qui partim im-  
pedimenta diripiebant, partim vadum obsidebat. Vnde  
dubius, quid potissimum consilij caperet, ad aliud angu-  
stius vadum, quod supra in flumine intra sagitta mis-  
sum conspicatur, concitato cursu sece cōfert, & in illud  
præcipitat prius, quam fuit à Catholicis occupatum.  
Qua vero celeritate, & trepidatione penetrabat, & vadum  
erat altitudine centum circiter milites subruin-  
tur, quorum super corpora caret transirent. Protestan-  
tem ex Ibernis pauci sequuntur, quorum ille paucita-  
tem sperhens consistit parumper, dum Dukus Anglici  
exercitus imperator cum alijs cohortium ducibus ar-  
mis, & vestibus præter subculam exiuit. Quibus tamē  
exutis non satis leuatus, nec aptus currendo inter qua-  
tuor Ibernos milites ex suistrabitur. Fugientes, & pau-  
dos Catholici ex manibus dimiserunt, diripiebant im-  
pedimentis atimum intendentis. Nam pauci qui ultra  
vadum surrunt secuti, statim redierunt. Ob quod ex  
Protestantibus Anglis, & Catholicis Ibernis, qui cum  
illis stipendium merebant, pauci supra quadringentos  
flumine, ferroque perierunt. Equi, magna strues armo-  
rum, commeatus, & omnia impedimenta capta sunt.  
Inter quæ vis biscoitorum panum ingens in ipso vado  
strata loco novum nomen indidit. Exercitus regij fusi, antha  
& fugari diuulgato nuncio Iniskellinna arx ab Odonel-  
na lo circumfessa in ditionem venit, propugnatoribus  
ex pacto dimisis, & Macguier est in integrum restitu-  
gi. i. os-  
tus.

MacQuinnius Tuethius unus ex authoribus belli, qui bischoffo-  
obsidioni interfuit, brevi post receptam arem natura  
cedens

Mac Mu  
racha  
mhhu-  
ill.

cedens triste sui desiderium Catholice reliquias in cuius locum suffetus est Melmurius Macmuinius Magi Lenti filius antecessori constantia minime patre inferius apparetur. Obsidione soluta Odonellus memorem feculenter, qua foeminas, senes, & infantes ex Iniscellinae ponte Angli precipitaverant, cum omnibus copiis Connachiam, quam Richardus Binghamus heretica tyrannide oppressam tenebat, invaserat: incursionibus longe latèque factis Anglos colonos, & inquilinos diripiit, fugat, occidit, viro nulli decimo quinto anno usque ad sexagesimum nato, qui Iberiæ loqui nesciebat, patiens. In Inalia Lomphorum pagum, quem Opherali ademprum Brunus Anglus Hereticus possidebat, accendit. Protestantium præda Onustus in Tirconellam reddit. Ea inuasione in Connachte nullus agricola, nullus inquilinus, nullus omnino Anglus mansit præter eos, qui arcium, & munitorum oppidorum membris defendebantur. Nam qui igne, & ferro consumpti non sunt, bonis spoliatis in Angliam secesserunt, illos, per quos in Iberniam deducti sunt, diris obsecrationibus prosequentes.

## CAPUT. XII.

*Caluaria acceptis ab Odonello auxiliis Bellikiam arcem in suam potestatem redi-*

*git, cum regijs prospere dimicat,*

*Maculliamus creatur.*

Teaboid **E**o tempore apud Odonellum honorificè erat exceptus nobilis Connactus Theobaldus Burkus cognomento Caluaria Vateri filius Maculliamus principis nepos, qui ab Angliam maiorem possessionib[us] spoliatus,

diatus, & Anthonioz in vincula cōiect[us] paucis ante mēsibus fugit. Huic Odonellus persuasit, ut maiorem hæreditatem armis recuperare tentaret. At Caluaria quidem ab eo paucis armatis acceptis in Connachtam reueneris Bellikiam arcem obsidet. Eam præsidio tenet lobates Makinnilius Catholicus quidem Iberius, sed Regiæ fidus, qui cu[m] ihedia citò laboratorus videretur, illi septembris ire Protestantes constituit. Qui ex exercitu Duki ad vadū biscochi panis fusi, non suerant militaris cinguli deserteres: præsidarij ex oppido Galuea acciti, nuperque conscripti milites conueniunt in pagu Connachiae vocatum Angulum murorum (id significat Kul na Ibernicum nomen Kul na Gasil.) Erant omnes pedi- Ghasil, tum quatuordecim cohortes, & equitum turmae tres. Quibus Foollurtus Anglus imperator præponitur. Ducum cohortium notissimi erant, Dodus Angloiberius, Hugo, & Gulielmus Mostenes Anglo patric, & Iberna matre nati, Georgius Binghamsus Ionior, & Minchellus Angli. Hi iubentur commeatum inferre in Bellikiam castellum, qua de re certior factus Calvataria maioribus auxiliis ab Odonello missis cu[m] militib[us] mille Foolluto peregrinob[us] in rinetu[m] angustijs illi[us] aditoribus, & ex cōmodo pugnaturus. Foollurtus Angulum multorum profectus, & circiter viginti millia passuum dimensus per agros factis incursionibus agit prædam. Inter prædandum milites, quos Calvataria straminea sparsim, atque vagè incurritibus regijs obuijs facti circiter sexaginta trucidat. Præda tamē cōgregata Foollurtus vadū corij uicicet, Beal an copiasq[ue] distribuerat in agmina duo, inter quæ præda, tha am cōmeatum, & reliqua impedimenta media agebat, ipse familiarib[us] comitatus, tāquā arcu munitione medicis iens. His accolitæ propter prædam irritati, & milites à Calvataria præmissi improuiso exituere adorti in impedimenta lealib[us] os vade, corij.

irreunt, vaecas fugant, satcinae diripiunt, commeatum  
 ipse torum afferunt. Populi rursum multis vulneribus  
 consciunt, seque recipiunt ut tutum, frustra tenen-  
 tibus ijs, qui ex agminibus accurrebant. Inde regij im-  
 peratore, & comitatū amissō mēsti in Iniscauam va-  
 stum rupe, atque desertum pagum sese conferunt: ubi  
 dum triduo se habuit inere reficiunt, inedia magentur  
 exiguisbilescit panis congiarijs, & aqua viuentes. Quo-  
 dum agebantur Iohannes Mak innilius post consumptum  
 commeatum herbarum folijs, atque caulibus ali-  
 quandiu famem colegerunt quibus tandem minime sup-  
 petentibus ipsedie cruciatus sese Caluariae arbitrio  
 pessimis. Ad edicti regij exercitus duces alia via recue-  
 luntur ad fines Theobaldi Burkī cognomine Naualis  
 Ranmaculliam principatus competitoris, qui magis  
 hac contentione, & Caluariae odio, quā Protestantium  
 amore, in regina amicitia semper manif. Redentes  
 Nebhī apud Neijanem Oneaulium montem Caluaria nan-  
 escitur hora diei circiter septima, & usque ad quintam  
 pomeridianam sequitur, nunc eminus, nunc cominus  
 continentet pugnans. Catholicī inferiores erant nu-  
 mero, tamen Iberici bombardati, & scoti sagittarij  
 ab Odonello missi mira dexteritate iactus collinabat.  
 Angli prae fame, ne armis quidem sustinendis erat ido-  
 nci: & ita eos ex ordinibus extractos in commilitonum  
 conspectu Iberi iugulabant. Ob id Iberi Reginæ sti-  
 pendiaci, & pro se, & pro socijs Anglis defendendis du-  
 plō maius certamen inibant. Eo die sunt occisi ex regijs  
 quadringenti, inter quos Dudos Iberius, & Minche  
 Anglus succubuerunt. Catholicis nullum memorabile  
 dampnum illatum fuisse accepi. Breui post hæc, Odonello  
 authore, Caluaria creator Maculliamus princeps, quo  
 nomine nobis quoq; deinceps nuncupabitur.

CAP.

## C A P V T. X III.

*Anglorum præsidium Portmore pellitur, &  
in Munichano castello obſidetur.*

**I**ndies hi motus augebantur. Est in Ultonia flu-  
 uis, qui dicitur Ibernis Magnus, sed Anglis Aqua *Au*  
 nigra, vel quod alijs Ibernia flouij lucidis, & putis *Mhor*,  
 turbidior erit, vel quod ipsi Angli nigro, & aduerso *Blak*  
 marte ad illum sèpè signa contulerunt. Ad hoc flumen *V Water*,  
 erat castellum huius belli casibus clarum (*vt* inferius  
 constabit) eodem nomine Anglis nuncupatum *Aqua*  
 nigra, sed Ibernis Portmor, hoc est Munitum mag-  
 num: estque tribus milibus passuum ultra Ardmach  
 Ecclesiastici Primatis Iberniæ sedem, & septem  
 citra Dunganinam Tironi comitis municipium.  
 Quo castello à quibusdam Ibernis Angli milites Re-  
 ginae prædiarij, & Hæreticus Ministoclericus pel-  
 luntur. Equites quoque Macmagauni Munichanum  
 Castellum Aurilæ principatus caput familia sua ini-  
 què ademptum sententia Proregis, *vt* vidimus, Anglo-  
 rum prædio firmatum obſident, & commeatu prohibi-  
 bendo inedia ad deditioñem coacturi videbantur.

Ardmachæ rixa, *vt* vidimus, orta inter ædítum ma-  
 ximi templi fæcerdotem Catholicum, & quosdam mi-  
 lites Anglos, quidam nobilis Ibernus, qui tunc forté  
 adfuit, omnes Reginæ prædiarios satis vexatos, & par-  
 tim vulneratos non nullis occisis oppido toto expulit.  
 Quarum omnium rerum culpam Angli in Onellum  
 conferebant.

DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARRI IBERNI.

TOMI. III. LIBER. III.

*De bello quindecim annorum.*

**B**elli primam, & rudem ætatem, vel pueritiam vidimus. Sequuntur magis ardua, atque adeo sciti digniora, & auditu iucundiora. Que inter Onellum magnum belli ducem, Odonelium, & alios Ibernos ex altera parte, & ex altera Iohannem Norrism clarissimum Anglorum imperatorem, Russellum, Barughum superbum Proreges, Kildarium Comitem, Binghamum, & alios regiae fationis propugnatores acriter, & cruentiter gesta sunt, libro præsentे referemus.

CAPVT. I.

*Vtriusque partis bellandi, pugnandique apparatus, & patroni. Comes Tironus Princeps Onellas inaugurator.*

**H**is Catholicorum motibus, ea rerum perturbatione, & præliorū aduersitate vehementer anxia Elizabetha Anglia Regina toto pectore incubit in Iberniā pacandam, Catholicorumque vires infringendas. In Gulielmi Fitz Gulielmi, qui Iberniā præregio

*De bello quindecim annorum.* 138

præregio munere regebat, administratione abdicati locum Gulielmum Russellum sufficit anno 1594. Ex Gallia milites Anglos veteranos, qui contra Philippi Secundi Catholicī Regis exercitum stipendum faciebant, reuocat: in Ibernia, & Anglia electus haberī iubet. Iohannes Norris Anglus eques auratus cū Anglis Galliensibus veteranis mille, & ostantētis in Iberniā quam celerrimē appellit. Quos ibi regios milites Ibernos, & Anglos veteranos, & tyrones inuenit, sibi coniungit. Nulla interposita mora in Ultoniam exercitū mouet, Munichano castello, quod ab equitibus Macmagaunis circumfessum faisse, superius diximus, opem latetur, ut videbatur. Per hosce dies fato functus est Terentius, qui princeps Onellus erat, & Comiti Tirono, ne gereret cū Anglis bellum, impedimento fuisse credebatur. Cuius interitu Tironus Princeps Onellus à suis Ibernorū more renunciatur (quo nomine à nobis deinceps vocabitur.) Tamen ad Norrism litteras mittit, quibus ab eo petit, ut cum ipso mitius agat, ipsumque malit in Reginæ, & sua amicitia seruare, quam hostem experiri, se nihil vñquam in regiam coronam fuisse machinatum, & ab æmulis iniuste accusari: idemque reginam per litteras rogat. Vrasque verò litteras Bagnal Ultoniæ præfectus acerrimus Onelli hostis interceptas suppressit. Onellus cum suarum litteratum responsum diutius cunctari, & hostem appropinquare videret, se parat, ut ei occurrat, & Munichanum arcem simul subsidio prohibeat. Quod Macmagauni equites exigua manu, quam habebant, non poterant præstare. Illum comitabantur Macguier vir fortissimus Faramonachus princeps, qui magister equitum erat, Okahanus, aliquae nobiles, qui equitum, & pediūtum circiter duo millia duxerat.

Norris ad quatuor circiter millia equitum & pedestium exercitum auctum, armis instructissimum fuit habuisse, qui erant Angli veterani Gallienses, Angloiberni, veteres Iberni, p̄tērētū Chanlonus Ultonius Auti-terræ princeps, qui ultra Bonnum flumen se p̄o summo signifero regio hereditario nure gerit. Adfuit Baginal Ultoniæ præfectus. Ac ipse quidem Norris animo simul, & rei militaris scientia maximè præstabat, in Gallico, & Belgico bello, dum aduersus Hispanorum constantiam pugnaret laudem, & nomen adeptus, nec immerito: nam reuera fuit omnium Anglorum sui temporis præstantissimus imperator, & si in hoc bello inconstans fortuna, vel (ut verius loquar) diuinum iudicium ei minimè fauerit.

## C A P V T . I I .

*Onellus, & Norris ad Pratum Fontis pri-  
mum signa conferunt, & Munichanum  
Catholici in deditiōnē accipiunt.*

*Cluoin  
Tibur-  
nid.  
Pratum,  
Fontis.* **N**orris dux tantus cum exercitu suo Aurilam Macmagauorum ditionē ingressus nō procul à Munichano in campum, qui Pratum Fontis dicitur, peruenit: vbi copias suas hosti spectandas præbet. Onellus imperator nihil imperior, sed viribus longe impar occurrit. Ibi duarum bellicosissimarum insularum duo longe clarissimi duces primum signa conferunt. Erat ille locus planicies aperta, & patens sed humiditate parum impedita. Ex circumiectis vlginibus aquæ confluentes vadū faciebant, per quod erat Anglis commodius transfundum. Illud vadum Onellus obseruit, adire tentat Norris, eum remouere Onellus conatur. Equestris simul pugna, & bombardiorū velitatio-

circum

circum vadum incipit. Equites regij armorum munimine, Iberni hominum dexteritate præstabant. Iberni fulminatores collineandi scientia longè antecedebant. Quod cōmodum s̄p̄ius cōmune partis utriusque erat: nam in regio exercitu s̄p̄ies plures erant Iberni, quam Angli. Regij bombardarij bis à Catholicis confutati sunt, reclamante Norrise, qui ultimus omnium pugna excedebat. Ac sub eo quidem equus plumbēa glande confossum cadit. Omnes partis utriusque equites Macguieri non iniuria primas concesserunt. Cum Norris egrius ferret suos bis reiectos locū non sustinuisse, Iamus Sedgreius eques Ibernius Midhensis corporis, & animi robore excellens ipsum, & Bagnalem ita alloquitur. Mittite mecum equitum turmam, & ego pollicor vobis, Onellū esse mīhi ex ephippijs saltē detrahendū. Consistebat Onellus ab altera parte vadi quadraginta equitibus, & bombardarij paucis stipatus, inde prēlūm contemplans, & imperia dans. Tertio equites, & bombardarij pugnam redintegrant. Et Sedgreius quidē comitatus turma electissimorum equitum Ibernorum, & Anglorum vadum aggreditur. In ipso vado pauci equites cadunt à scoloparijs corporis Onelli custodibus isti: Nihilominus Sedgreius in Onellum irruit: vterque in alterius lorica hastam frangit. Mox Sedgreius Onellum collo deprehensum ex equo deturbat; Onellus inuicem Sedgreium ex equo detrahit: ambo in certamen validæ luctæ manus conserunt: Onellus prosternitur, qui tamen animo tanto fuit, ut iacens Sedgreium sub lorica inter femina per genitalia stricto pugione confossum interficerit. Circum Sedgreium octodecim eq̄uites splendidi regij succumbunt, & signum capitum: cæteri fuga salutem petunt: vna quoque omnes regiæ copiæ pedem referre coguntur, septen-

gentis plus minus desideratis Catholici pauci sunt vulneribus affecti: eorum nullus memorabilis numerus occisus. Postero die redeuntem Norrism, & nitrato Bealach puluere non satis abundantem Onellus secutus ad viam Finnus. Finnus infestius occurrit: ubi Ohanlonus summus exercitus regij signifer cruce vulneratur, & alij glan- nus. exercitus plumbeis confosci cadunt. Munichanum arcem, quam tribus peditum cohortibus, & equitum turma Hinches Anglus tenebat, inedia coactus dedidit, ipse ex pacto incolumis dimittitur.

## C A P V T . I I I .

*In Connachta duas arces Anglis ademptas Catholici tuentur.*

*Rathmelaan.* **H**ec dum in ea Ultonia parte, qua Midhiam contingit, & Angliam respicit, inter Onellum, & Norrism geruntur: altera quoque Ultoniae pars, qua ad Connachtam pertinet, & ipsa Connachta per Odonellum, & Richardum Binghamum minime satis erat pacata. In Connachta Georgius Binghamus Iunior Sligacham arcem cum peditibus ducetis, quoru pars erant Iberni, tenebat. In qua praesidij causa relicto, Ullico Burk Raymundi filio nobili Iberno cum parte militicum, ipse cum ceteris in Ultoniam duobus phasellis vestus Rathmelanem municipium Macsuinnij Fanidi, qui tunc aberat, invadens monasterium Carmelitarum diripiit, religiosis in arcem fugatis. Onustus præda Sligacham reverteritur. Cū diuideretur præda, milites Iberni iure suo fraudati Ullico videntur: qui cum eisdem agit, quemadmodum Binghami, & Anglorum iniurias vilificantur. Diem, qua castellum illis adimat, constituit.

Ea

Ea cum venisset, Iberni Anglos aggrediuntur. Binghamus ab Ullico pugione confoscius, & ceteri, vel occisi, vel fuga salutem petentes deuastatae religiosæ domus Carmelitarum penasfaerilegi luerunt. Arx Odonello traditur, qui in ea Ullicum praesidio præfecit. Sub idem quoque tempus Baile an mhota. Baledamotam castellum Georgio Bin. ghamo Maiori Tumultachus, & Cathalus Macdonache Oppidū muri. eripiunt.

Sequente autumno, sub quod tempus Norris cum Odonello minus prospere marте contendit, Richardus Binghamus ad Sligacham recuperandam, & occisi consanguinei penas de Ullico sumendas facit expeditiōnem. Ullicum Sligachae obsidione cinctum oppugnat. Ullicus cum propugnatoribus egressus pro munitionibus quotidie certat. Odonellus obsidionem soluturus cum mille, & sexcentis militibus auxilio venire festinat. Apud Duranem in hostis conspectu tentoria Dura- pandit. Duobus primis diebus interlabens flumen vtri- usque partis equitatus adequitans iaculis leuiter ultracitroque velitatur. Tertio die Rothericus Odonelli frater cum Felmio Macdauero, & alio equite fluvium trajectus hostilia castra contemplantur. In illum Martinus Anglus, qui in Binghami exercitu præstatiissimus eques habebatur, procurrat, turma sua, cuius dux erat, stipatus. Rothericus admisso equo ad suos adcurrit. Martinus sequens suorum primus vadum trajectiebat. Quem Felmius conuersus hasta trajectum, & imperfectum in ipso flumine equo deturbar, & ipse cum Rotherico, & alio commititone incolumis easit. Postero die ob- sidionis quarto, Binghamus obsidio relicto domum redit, quem Odonellus secutus missilibus carpit.

\*\*

Rusellus Prorex, & Norris cum Onello  
parum prosperè dimicant. Binghamus  
Sligacham acriter quidem, frustra  
tamen oppugnat.

Iur.

Kill  
Cluona.  
Ecclesia  
prati.

**S**equente anno Onellus ab Anglis hostis patriæ, & proditor publicatur: & vere iam appetente in illū Rusellus Prorex, & Norris regij exercitus imperator faciunt expeditionem. Est in Vltoniæ finibus oppidum nomine lur, quod Angli semper valido præsidio custodierunt. Ex eo regij, cū vniuersis copijs egrediuntur: quorum illud erat explicitius consilium, vt Ardmaccham vibem Ibernici Primatis sedem in suam potestatem redigerent. Ceterum vix millibus passuum octo processerunt cum ad Ecclesiam prati illis Onellus obuiam venit cum duplō minoribus copijs, comitatus à Macguiere, Okahano, Ohanloni filijs, & alijs nobilibus viris: vbi post meridiem incepto prælio regij male vexati Iurem sese recipere coguntur. Eo die sunt occisi Catholici ducenti, regij sexcenti. Neque Binghamus quidem dormit. Tomoniæ, & Clanrichardæ Comites Ibernos euocat: Connachta delectum habet: Midhien-ses præsidarios, & equites Angloibernos recipit. Cum signis militari bus viginti quatuor Sligacham obsidio-ne vallatam oppugnat. Vlligus Butkus cum propugnatoribus egressus pro munitionibus acriter dimicat. Tādem ab oppugnatorum multitudine in arcem cōpulsus ex turribus, pinnis, fenestrīs, & reliquis munitionibus missilia iaculando hostes arcer. Regij rouchum bellicū machinamentum militibus subter agētibus arcis muro admouent,

admouent, murumque forare, & subtrere incipiunt. Vlligus magnæ molis trabe funibus ligata ex arcis fastigio nunc dimissa, nunc in altū sublata muchum, & milites, qui sub eo latebat, conterit. Odonellus obselsis auxilio veniens appropinquat. Binghamus fugit. In oppugnatione regij sexcentū milites obierunt. Arcem vero, quod erat tā laboriosū, defendere, Odonellus demolitur.

Regij cum Catholicis de pace agunt, Ardmaccham occupant, cum Onello minus secundē contendunt.

**R**egij, quod armis minus secundē rem gerebant, inducijs factis, cum Onello, & Odo helle de pace agunt. Ad eos Henricum V Valoppum Ibernię Questorem, & Robertum Gardinerum iudicem maximum legatos mittunt, sciscitatum, quibus cōditionibus essent contenti. Onellus à Bagnale laborū, atq; meritorum suorū præmium intetuerunt, se falsis criminibus accusatū, & de iniuriis alijs grauiter queritur: inter alia petit, vt omnibus reatibus condonatis, sibi, suisq; licet Catholicā Romanā religionem profiteri, & nunquam ipsorū fines adeant reginæ indices, & ministri. Idē Odonellus, & cæteri petunt, multum prius de iniurijs questi.

Interim mille pedites Angli, qui in Gallia Belgica apud Batauos aduersus Hispanos stipendiū faciebāt, reuocati in Iberniā mittuntur: quos, & Gallienses, & Ibernienses veteranos Ibernos, & Anglos, tyrones Anglos, in Momonijs, Lagenia, Midhia nouē cōscriptos, equites, & titulares viros Angloibernos, iustū exercitū & Onelli copijs ter maiore Rusellus Prorex, & Norris in Vltoniā celeriter

celeriter mouent. Nemine repugnare in Ardmacham  
 clarissimam Iberniæ Metropolim, & longe religiosissi-  
 mam perueniunt. fugientibus religiosis, sacerdotibus, sa-  
 cris virginibus, & alijs oppidanis, oppidum natura im-  
 munitum, & armis orbium ingressi sacra tempia violent,  
 in equorum stabula, & prophanos vltus vertentes: in Di-  
 uorum simulachra sequuntur gaudio exultantes ultra  
 procedunt, haud dubij, quin tam valido exercitu ea sola  
 expeditione omnes Onelli, & Catholicorum vites co-  
 funderent, & animos frangerent. Ceterum non longius  
 mille, & quingentis pasibus ab Ardmacha sunt pro-  
 gressi, cum eis Onellus exiguae suas copias dicens oc-  
 currit, sed serius forsitan, quam ipse volebat, qui eos ab  
 Ardmacha remouere cupiebat. Ad vadum Otrensis  
 ecclesiæ viam obsidet, & Gallenses, atque Belgenses  
 veteranos Anglos letitia triumphantes infesté aggre-  
 ditur, turbat, propellit: incompositos in Ardmacham  
 se se recipientes sequitur multos occidens, & vulnerans.  
 Catholici tantum quadraginta sunt desiderati, inter  
 quos duo viri nobiles Farmodirrhius Ohanlonus, &  
 Patritius Macguillius succubuerunt. Regij reliktis Ardmachæ  
 quingentis militibus præfecto Francisco Sta-  
 furdo equite Aurato ceteri reuersi non procul à Dun-  
 dalga constiterunt. Vbi Prorex totum negocium admi-  
 nistrandi bellum in Onellum Norrisi relinquens, ipse  
 Dubhlinnam redit, ut rebus Lageniæ, & Connachæ  
 prouideat.

## CAPVT. VI.

Ne pax ineatur, Hispani legati prohibi-  
 bent. Ardmachæ præsidium. Diuus  
 Patritius mirè affigit.

Rufus

**R**erum utinque agitur de pace: à regina condi-  
 tiones Catholicis sacerdotibus, & laicis  
 aequæ, & honorificæ offeruntur. Ab Onello, Odou-  
 nello, & alijs Ibernis obsides accipiendi conditiones  
 iustas, & honestas, & amplius non rebellandi dantur. Ce-  
 terum priusquam pax inita, & arma è manibus dimissa  
 sunt, Cobus, & alij Philippi Secundi Hispaniarum Regis  
 legati ad Onellum, & Odonellum peruenierunt, regio  
 nomine iubentes Iberos fortissimo esse, exercitum  
 illis à Rege Catholico sine mora subsidio mittendum  
 esse. Qua legatione effectum est, ut de conditionibus  
 minime conuenerit, & bellum utrinque sit redintegratum.  
 Ohanlonus, Makengasa, & rota Ultonia præter  
 præsidia, que regi tenebant, & Angloibertos Vrilæ,  
 conspirarunt. In Lagenia bellum ardet, & Connachæ  
 minime erat pacata.

Ac Onellum quidem Ardmacha urbs sacra ab Hæ-  
 reticis contamnata vehementer angebat, quam statuit  
 subdio, & commatu intercludere, firmatum valido  
 præsidio nō ausus oppugnare. Sed Diuus Patritius Iber-  
 niæ præses, & custos, qui primus urbem illam Deo co-  
 fessauit, quod oppidum sanctum ab Hæreticis impie  
 polluebatur, scelatis supplicium differte noluit. Is enim  
 creditur Antistes ille fuisse, qui pontificalibus vesti-  
 mentis indutus Anglis nocti sèpe conspicuus apparuit,  
 & est minatus, hastis ferrebas cuspides adimebat, & bom-  
 bardis plumbeas glandes, nitratumque puluerem extra-  
 hebat. Cuius rei terrore Romulus Anglus cohorts dux Rönius  
 ad insaniam pene redactus est, & Baker Anglus cohorts  
 optio in templi pinnas à præfule deductus iuravit se Optio. 2  
 nunquam amplius tempia violaturum, & diuinam vim tenens,  
 dictam timens militia deserta ad fidem Catholicam  
 conuersus penitentiam agere cœpit. Quem ego casum  
 con-

contemplans non possum cohibere lachrymas, & non miserari: horum temporum conditionem, & Ibernorum non modo fiduorum, sed etiam veterum complurium prauum ingenium, & insaniam, qui cum Catholici fuerint, tamen opem tulerunt Anglis Hereticis, qui in Ardmacham oppidum sacrosanctum praesidium intulerunt, illudque contaminarunt, in Diui Patritij Iberniz Presidis, aliorumque Diuorum imagines manus impias iniecerunt, & ipsum Deum in diuino Eucharistia sacramento presentem fagarunt, pedibus etiam calcaturi, vel mucronibus confossuri, si fuissent assediti. Neque tantum sfo scelerarium hominum inscitiam, quantum ignorantiam crassam pastorum, magistrorumque nostrorum, aliquorum sacerdotum, qui in hoc bello Hereticis fuisse obediendum, & opitulandum minimè negarunt. Bakermiles Anglus Hereticus Diuo Patrio iurecurando confirmat, se nūquam in posterum Iberniz tempora violaturum, & ne iuramentum frangere cogatur: militiam, stipendium, emeritum, gradum, honorem deserit, & (proh dolor) Angloiberius Catholicus sacerdos Ibernis Catholicis non suadet, ne Anglis Hereticis, qui Diui Patritij templum violent, & eius defensores oppugnant, operam nauent:

## CAPUT. VII.

Onellus commeatum Ardmachæ misum intercipit: praefidiarios multos stragmate perimit: Ardmacham in ditionem accipit. Carlinnum Castellum capere frustatentat.

Vc

**V**T redeamus ad institutum Ardmachæ praefidum ingens pediculorum vis rodit, plagaque multos extinguit: nequè dñi post famas inuidit. Cuius rei solliciti regij tres peditum cohortes, & vnam equitum turmam cum commeatu mittunt. Quos Onellus ad Buedum montem cum cohortibus octo, & aliquot equitibus intercipiens nocturno prælio opprimit, commeatumque capit. Postero die sub lucis exortum partem suorum equitum, & peditum Anglorum vestibus induitam, & capta signa gestantem commeatu ad oppidum versus agere iubet. Ipse cum ceteris sequēs fistam, atque simulatam pugnam init. Equites utrinq; dexterè concurrentes in loriscis hastas frangunt: bombardæ crebrò exploduntur, ad quorū sonitum, & flammatum twilites cadunt illæsi. Quod conspicatus Stafurdus Ardmachani praesidij praefectus dimidiā partem praefidiariorum adferentibus commeatum suppetias latum mittit. Abest ab Ardmacha bombardæ iactu monasterium, quod praefidiarios pratergressos à tergo adoritur Quintus Onelli filius in monasterio cum peditibus aliquot in insidijs locatus, & ex altera parte Onellus cum his omnibus, qui fieri pugnabant, inuidens in Stafurdī conspectu deler. Neque dudum post Stafurdus ipse Ardmacham Onello dedit inopia cibi coactus, & ad suos ex pacto dimittitur.

Abest ab Ardmacha milibus passuum viginti quatuor, & Iure octo Carlinnum castellum natura, & opere munitum flumini imminens, quod à dimidia cohorte Anglorum tenebatur: quibus cum erat Thomas Kelledus, & alij octo Iberni. Thomas ex pacto, quod cum Onello inierat, cum suis octo Ibernis Anglos improvise aggressus sex occidit, ceteros castello expellit. Fuit Onellus Thomæ pollicitus ea nocte ad gallicinium se ad

ad castellum recipiendum venturum, & Thomas usque ad matutinum crepusculum in castello expectauit. Onello verò diutius cunctante castellum deserens fugit. Albente cœlo Onellus ante castellum cum suis copijs consistit, & veritus, ne esset ab Anglis retentum, propius accedere non audet, donec à Thoma detur signum. Angli, qui fuerant castello, eiecti, conspicati Onellum consistentem, & è castello signum non dari, rati id, quod erat, castellum à Thoma fuisse derelictum, ipsi illud vacuum ingressi defendunt. Onellus ea spe frustatus redit.

## CAPVT. VIII.

*Norris Ardmacham secundo occupat :  
Norrisum munimentum condit: utrumq;  
amittit: cum Onello infaustè pugnat.*

*Sir Hari  
Dauers.* **I**Terum Norris eum vniuersis copijs Ardmacham petens ab Onello desertam præsidio cohortium quatuor, quibus Henticum Dauersem equitem Auratum præfecit, munit. Inde Portmorem ire contendens, eum etiam locum, ab Onello castello diruto, & ædibus incensis, occupat. Ulterius progredi ab Onello prohibetur in conspectu cum suis copijs castrametato in ipso itinere, vnde ex commodo posset præliari. Norris munimentum incipit condere, quod de suo nomine Norrisum dixit. Onellus opus conatur impeditre. Per multos dies dimicatur, aliquot vtrinque carentibus, sed regijs pluribus. Denique Norris in nouo munimento relieto præsidio sub VVilliamse duce, re-Norrisu uertitur. Post cuius reditum, & hoc munimentum, & Ardmacham Onellus breui in suam potestatem redigit, præ-

## De bello quindecim annorum. 144

præsidarios cōmeatu intercludendo, quos ex pacto in columnes dimisit. Rursus Norris cum viribus omnibus Ardmacham recuperatum profiscitur. In Auriterre Molach finibus ad Ecclesiam Collis maculat: Onellus prælio ex brevi peritur, hostesque turbat, & fundit, qui à Norrise re. Collis stituti pugnam redintegrant. Rursus ab Onello fulmi-natorum, & Macguieris magistri equitum opera, & tuis virtute propulsantur: secundò à Norrise confirmati renouant prælium. Tertiò à Catholicis acriter dimicantibus loco cedere, pedemque referre compelluntur, & ipsum Norrise bombardica glande vulneratum multi perhibent. Hoc die viriisque partis equites Macguieri palmam non iniuria concesserunt.

## CAPVT. IX.

*Norris in Connachta cū Odonello de pace  
frustra agit, & bellum nihil felix gerit.*

**P**Ost diem hunc non amplius Norrise cū Onello signa contulisse comperio. In Connachtam vero profectus Anthloniæ consedit, & vires omnes congregat. Eò conueniunt Tomoniæ, & Clancrichardæ Comites, Naualis, alijq; magnates Iberni factionis Anglicæ: Angloiberni: Momoniæ, Lageniæ, Midhiæ delectus: Iberni, & Angli veterani subsidium ex Anglia nouè missum. Decem circiter millia equitatus, & pedestrii habuisse fertur. Quē contra Odonellus suas copias, quinq; millia colligit. Eum tunc tēporis comitabantur ex Ultonijs Macquinij tres, & Odocharræ cū ipso vestito iure coniuncti. virque fortissimus Macguier: ex Connachtis Orruarkus, Maculliamus, Okeallus, Mac-

Macdiarmuda, Oconchur Ruber, Odudius. Ad illum etiam venit Maurus Macshius nobilis eques Momoniūs cum militibus trecentis, postquam duos cīciter annos in Momoniātum syluis latitans, & inde erumpendo Hæreticis, ut poterat, dāmnum inferens multum laboris pertulit. Interfuerunt aliquot Ecclesiastici, præfertim Raymundus Ogallachur Luci Episcopus, & Iberniæ Viceprimas, qui eos, qui à regio exercitu ad Catholicum transibant, excommunicationis ligamine soluebat. Norris cum suo tanto, & tam instrūto excrēbante in situ Anthlonia procedens ad Baledrobuam pagum in robu. Rannmaculliamo principatu peruenit: ibique cis flumen constituit. Nam ab altera parte fluminis Odonellus confederat. Primo die, nocteque sequente missilibus vtrinque minimè segniter pugnatur. Postera luce Norris dato signo colloquium petit. Colloquendi potestatem facit Odonellus. Ex colloquio cōventum est, ut de pacis conditionibus ageretur. Omnes dies inducijs sanctis de pace sermo instituebatur: noctes totas infestē dimicabatur alijs in aliorum castra irruptionem facientibus, vigiles, & exploratores capientibus, cominus, & eminus certātibus. Euenit ut nocte vna, qua Naualis vigilias agebat, regii trecenti succubuerint. Ex Norrise ad Odonellum nonnulli transfugerunt, præfertim Thadæus Orruarkus Orruarki frater, qui apud Comitem Vraoniu[m] consanguineum suum à pueritia egit. Inter agendum de pace Norris obtulit Odonello, Orruarko, Maculliamo & alijs magna præmia, ut in Regina gratiam redirent. Quæ res eo minus profuit, quod his diebus nauis Hispana in Munitum Ecclesiariū venit, Onello, Odonello, & alijs Iberniæ Catholici Regis nomine suasum, ne ab incepto desisterent, & Hispanos opem laturos. Ita cum mensē integrū res fuisse acta,

Norris

Norris redditurus castra mouet. Illum sequitur Odonellus, ultimos ordines, alasque nouissimas missilibus graviter vexans. Nec tamē suis laborantibus succurrendum fuisse statuit Norris, donec Catholicī, qui eos impetebant, proximam sepem transilirent: qui enim sepem transirent, eos à suis impunē iugulandos existimauit. Quodammodo Odonellus animaduertens equo celeriter vectus ad sepem currens, inde suos audie translitros reuocat. Norris hic spe frustratus fortunam suam diris imprecationibus infectatur, quod in Ibernia angustissimo terrarum orbis puncto fecerit iacturam gloriæ, quā magna virtute, reique militaris scientia in Gallia, & Belgio fuit assecutus, mēstus queritans hostium imperatores à se scientia rei bellicæ non superari, & ab eorū militibus suos robore, & cōstantia vinci. Ac merito profecto tantus imperator de fortunæ mutabilitate queras effundebat. Namque iudicio omnium, quos de hac re consului, erat omnium Anglorū, qui hac tempestate floruerūt, scientia rei militaris, & animo simul p̄m̄s, & in Gallia, Belgioque suum nomen casuum prosperitate celebrauit. Quamobrem nō dubito, quin diuinitus fuerit constitutum, ut Catholicī plerumque summa felicitate, regij verō, & si fortiter, & animose, tamen infastissimè s̄nt præliati. Neque mirum, nam proculdubio Catholicī Iberni, qui in regio exercitu erāt, impugnatæ Catholicæ Religionis conscientia sinistris rem gerebant: & Angli belli, præliisque laboribus perferendis nō erant tam firmi, & idonei, ac Iberni, & Oñellus æquum sibi locū adorendi Norrise studiosē eligens ex cōmodo præliū cōmittebat, quod ipsi necessarium fuisse videbatur, qui militum numero erat inferior.

*Lageniæ res aliquot memorantur.*

*Norrisis prodigiosa mors.*

Brian  
Riach  
Omorra

**I**Am me Lageniorum res vocant, quia tametsi paruis viribus, magna tamen constantia & virtute pro Catholica religione manum conseruerunt. Postquam Fiachus Obruin vir strenuus, & Hæreticorum hostis acerrimus fuit per proditionem extinctus, eius filij Felmius, & Raymundus arma à patre mota non omiserunt. Dum Raymundus in Lagenia tumultus in Hæreticum excitatos ducit, Felmius in Ultoniam ad Onellum contendit auxilium peritum; à quo recepris peditibus ferè trecentis, & quinquaginta Duce Bernardo Omorra cognomento Fusco Lagenio nobili labore ranti fratri quam oportuniissimè tult opem, totamque paternam hæreditatem iam pene amissam in suam potestatē redigit secundis aliquot velitationibus factis.

Hoine  
Omorra

Inde Bernardus Anglos qui Lochgarmensem tribū habitabant & Ibernos Anglicæ factionis repentinis incursionibus deprædatur. Agentem prædas Anglicæ cohortes quatuor cum quadringentis auxiliariis Ibernis in aperta planicie assequuntur. Bernardus agmine instructo ex quadringentis peditibus Ibernis (haud plures habebat) aleæ pugna sese commisit, & ope diuina vicit. Angliad vnum trucidantur. Eorum auxiliares Iberni non pauci desiderantur. Cæteri fuga salutem petunt. Auctus est Lageniorum motus Huone Omorra virilem togam sumente. Is erat filius Rotherici, de quo superius mentionem fecimus, & à Fiacho Obruine occultus, & nutritus vna cum fratre Edmundo à Fiachi filijs in Lisiam mittitur nondum ætate satis bello matutus:

turus: vbi auxiliariis gentilibus, & patris obæratis aliquot, Lisia principatum maiorum suorum hæreditatem Hæreticis adimere tentat. Ad eius nouos motus supprimendos obuiam veniens VVarhamus Salincher Lisia præfetus propulsatus militibus circiter quingenitis amissis. Ex ijs, quæ Russelli, & Norrisis tempore in Ibernia gesta sunt, hæc perstrinxi, qui quoniam minus auspicato bellum administrabant, imperio sunt abdicati successorē dato, & Norrisi Momoniarum præfectura relictā, quo munere fungens intra triennium quam prodigiōsissimè mortem oppetuit: namque (sicuti fertur) Moalæ cum noctu luderet, quidam corpore, vestibusque niger in conclave improviso intrat: quo eum Norris, ludo relicto, sese in cubiculum abdidit, amotis arbitris præter vnum puerum, qui iuxta ostium claram consitens colloquium audivit, quod huiusmodi fuisse traditur. Niger, tempus est, inquit, vt rationibus nostris summam manum imponamus. Noli, inquit Norris, id facere, donec Ibernicum bellum confitum relinquamus. Nullo modo, inquit ille, diutius expectabo, quia constituta dies iam cessit. Mox strepitus ingens sonat, quo moti lusores, & domestici cum cubiculum fortibus effractis ingressi fuissent, nigro (qui, quin diabolus fuerit, non dubitatur) nullibi reperto, Norrism inuenerunt genibus flexum, colloquè, & cœruice ita tortum, vt occiput pediori, & os dorso imminaret, sed adhuc viuum, atque iubentem ænatores, tibicines, & tympanistas conuocari, vt ipsius mortem cantu celebrarent: quibus canentibus intra dimidiā horam animam profudit. Eius corpus aromatibus, atque fragrantissimis odoribus curatum in Angliam transfertur. Quem, ego casum memoria repetens equidem dementia Hæreticorum obstupescio

cadauer hominis impij honore magno colentium; sacra verò diuotum Martyrum corpora inhumata projcentium. Licet etiam colligi, quantam Deus optimus, maximus Onello præhanti opem tulerit, qui non modò Norrisem peritisimum Anglorum imperatorem, omni pugnandi apparatu superiorem sapè profigauerit, sed ipsum etiam diabolum, qui illi ex pacto fuisse opitulatus creditur, vicerit.

## CAPVT. XI.

*Burughus Prorex, & Killdarius Comes  
cum Catholicis aduerso marte  
bellum gerunt.*

*Mi lord  
Burrough* **A**nnus ab ortu Domini millesimus quingentesimus nonagesimus septimus cum verteretur, Thomas Burughi Baro vir animo elatus, manu largus, belli præceptis imbutus, comitate gratus in Iberiam Prorex missus aduentu primo suo, qua erat urbanitate & assabilitate, aliquot Lageniorum, & aliorū Ibernorum animos in se conuertit. Cum Onello, Odonello, & alijs vnum mensem inducias componit. Per quas cum de pacis conditionibus minimē conuenisset, maiorem bellī molem in Onellum vertit. Illi copiosus erat exercitus, qui anteā sub Russello, & Norrise meruerant, & nouē ex Anglia missi; quibus cum in Ultoriā proficisciatur. Sequuntur Michienses Angloiberni cū iustis copijs duce Barnabale Balisimileda Barone. Quo procedente Balatriecham pertuenerat Richardus Tirellus cū quadringētis peditibus ab Onello missus, ut motus, vel in Lagenia augeret, vel in Midhia moueret.

Is Ti-

## De bello quindecim annorum. 147

Is Tirellus Angloibernus erat, sed Catholicus, sicut cæteri, & iniurijs Anglorum prouocatus ē carcere ad Onellum fugerat. Ei cum tam exiguae vires esse Barnabal comperisset, in illum mittit filium suum peditibus mille stipatum, haud dubius, quin adolescens dignum aliquid facinus ficeret, quo Proregem magno merito sibi devinciret. Tirellus miles veteranus prælio expertus Midhientes fundit, & fugat, atque multis occisis Barnabalis filium captum ad Onellum defert, à quo fuit posteā pretio commutatus.

Burughus Ardmacham, & Portmorem, quas Onellus deseruit, occupat. Progredi frustra tentat ab Onello prohibitus, qui duobus castis vias occludit: in alteris erant Macmagauus, & fratres Onelli Cormakus, & Droum Artus in Colle madido castrametati intra duos iactus Fluich, bombardæ ad hostem, in via, quæ ducit ad Pinnam suam. Collis perbam in alteris Onellus ipse cum Iaino Macdonello madidus. Glinnie principē tentoria pandit ad Fontem Masanum. Beaunn Prorex itinere prohibitus Norrisum munimentum, Bhorub quod Onellus diruerat, reedificare cœpit, Onellus opus Pinna impediens: interdiu, & noctu ab equitibus, & peditibus superba, maximē iaculatoribus compitus, & eminus leuia prælia Tobair committuntur. Onello venit auxilio Odonellus, cuius Masaini equitatus, cum hostis equitibus, & Terentio Onello Hē. Fons rici filio Onelli fratre veerino, qui Reginae partes scilicet quebatur egregiè manū conferuit. Nocte, qua Catholicī in regiorum castra imperum fecerunt, fama tenet, Proregem fuisse vulneratum, quæ veranè sit, ad morte periculum non recipio. Constat illum ex castris reuersum Killdario comiti im petum relinquente intra paucos dies ē vita discessisse.

Killdarius imperio lētus, & glotians, quod Prorex efficere non potuit, præstare conatur, ulterius progreedi.

Sargeo  
Major.

Per sylvam, & vias occultas cum nobilioribus equiti-  
bus, & magis strenuis militibus procedens, postquam  
itinoris maximam difficultatem superauit nuncio alla-  
to Catholici occurrentes prelium committunt: quo  
sunt occisi sexaginta equites regi, & inter eos Turner  
exercitus regij Tesseratus Maximus, Franciscus VVa-  
ghan Proregis leuit, Thomas V Valenus Angli. Comes  
Killdarius hastarum istibus equo turbatus, rursus in  
equum impositus a duobus fratribus Ohikijs Ibernis  
suæ nutricis filijs malè concussum, & vulneratus fugit, &  
paucis etiam post diebus moritur. Ohikij dum herum  
in equum imponunt, ipsi circumuenti interficiuntur.  
Multi regij fuerunt vulneribus affecti: quoquot eis in  
loco a castris aberant, fusi, & fugati in castra compulsi  
sunt. Cito regius exercitus domum redit, postquam in-  
ter Portmorem, & Pinnam superbam a fine veris per  
mensis circiter quatuor cum Catholico dimicauit,  
præsidio Portmore sub Thoma Villiamse Anglo,  
& Ardmachæ relicto. Mox quoque Iberni,  
quos Burughus Reginæ consiliaue-  
rat, rebellarunt.



DOMINI

DOMINI

PHILIPPI OSVLEVANI

BEARRI IBERNI.

TOMI. III. LIBER. III.

*De bello quindecim annorum.*

**A**Cta sub Rusello, Norrise, & Burugho vidimus.  
Illa quidem acria fuerunt, sed actiora sequun-  
tur. Quæ Vrmonio Comite regij exercitus  
imperatore usque ad Bagnalis castrametatoris  
necem gesta sunt, hoc libro continentur.

CAPVT. I.

*Henricus Bignal Ardmachæ fert opem,  
& in Onelli castra facit impetum.*

**M**otuo Burugho Thomas Buttlerus cognomento Niger Vrmonia Comis Iberni regi exercitus imperator creator. Adamus Loftus Iberniæ Chancellarius, & Robertus Gardenerus iudex Proregis munere funguntur: quoru tempore res variæ, scituque minimè indignæ gesta sunt. Onellus cū Ardmachæ præsidium vix indigere intellexisset, illi com. meatum intercludere statuit. Vere ex hybernis euoca. ban. to milite apud Tumulum Albomille, & quingentis Tumul. passibus ultra Ardmacham Iurem versus castra collocat: Albus;

qua regijs Iure Ardmachani petendum existimabat. Ad Ardmacham Cormakum fratrem cum quingentis militisbus, ut praesidiarios eruptionibus prohibeat, constituit. Henricus Bagnal Anglus eques Auratus Iberniae castrametator, & Ultoniae praefectus ob sessis suppetias iens cum cohortibus viginti quatuor, & equitū turmis decem Iure proficiscitur: quo cum Onellus, qui in ipso itinere configeret, non dubitabat. Ceterum Quintus Onelli filius notus, qui patri iratus paucis ante diebus ad Anglos fugerat, & Terentius Onellus Henrici filii Onelli frater veterinus, qui anteā erat apud eosdem, locorum peritissimi Bagnalem cum omnibus copijs, & impedimentis per ambages, & occultas vias, præter Onelli exercitum clām duxerunt. Mox Bagnal pedites milletcentos, & equitū turmastes Ardmacham cum commēatum mittit, quibus cum Cormakus pugnat, dum commēatum inferunt, & dum ipsi ab oppido discedunt. Sed superiorē numero hostem ab oppido non potuit arcere. Interim Bagnal cum ceteris copijs in Onelli castra imperum facere duxit. Ac Terentius quidem, & Quintus Onelli itineris duces, & quod Onelli sanguinem non scribant, & si fuerint illi irati, & quod ob priuatas causas peius erant animati in Ohanolonum, qui iam Catholicorum partes sequebatur, in illud castrorum cornu, quod Ohanolonus tenebat Bagnalem ducere conati sunt. Sed longè præter opinionem illis accidit: nam vbi Ohanolonum esse existimabant, ibi erat Onellus. Itaque viginti quatuor equites ab Onello in vigilis, & excubis extra castra dispositos improuiso circumuentos regijs vel occidunt, vel capiunt: castra inuadunt: Onelli prætoriū circumueniunt. Onellus, & qui in ea fronte castrorum erant, semisomni fugiunt: regijs centoria derelicta diripiunt: calones aliquot

quot dormientes interficiunt. Onellus viribus collectis hostem ea parte castrorum rursus expellit, cedentemq; magnam diei partem sequitur, missilibus carpens. Quo cunctu Bagnal letus redit commeatu in Ardmacham illato, Onello parte castrorum exuto, & paucis desideratis.

## CAP V T. II.

*Rupis Fargusiae arcis Praefectus Anglus à Glinniæ principe interimitur, & Barnabala Midhiensum Dux à Mac-*

*magauno funditur.*

**H** Yeme sequente Iohannes Chichester Anglus *Carrig* eques Auratus, qui Rupem Fargusiam arcem *Fargus,* firmo praesidio tenebat, cum peditibus quingentis, & equitū turma prædatum egreditur. Cui fit *Rupes* obuius ad Alfracham tumulum, & vadum Iaimus Macdonellus Glinniæ princeps peditibus quadringentis, & *Fargusia* equitibus sexaginta stipatus. Bombardarij bombardarios aggrediuntur: à Catholicis regijs propulsantur. Iohannes cū equitatu veniens auxilio bombardarios suos restituit in pugnā, & Catholicos recedere cogit. Iaimus quoque equitatū in pugnam ducens bombardarijs suis confirmatis in Iohannem protuit, & tribus hastæ ictibus percussus, lorica tamen defenditur. Iohannes occisus equo labat, cuius etiā equitatus, & peditatus terga verit. Sequitur Iaimus per tria circiter millia usque ad arcem, per quod interuallum, regijs, ut quisque à Catholicis cursu superabatur, occisis, vix clavis nuncij effugerunt. Barnabala Baro cō Midhienibus copijs Anglo-ibernis, & aliquot Anglis cohortibus Auriliā denastas à Macmagauno Autiliā principe funditur, & fugauerit.

CAP.

*Portmorem arcem Onellus, & Odonellus  
frustra oppugnant. Bernardus Omorra  
cum regijs fœliciter signa confert.*

**O**nellus quandoquidem frustra conatus est Ard-machæ præsidium commeatu intercludere, Portmorem saltem munimentum cibi inopia in suam potestatem redigere molitur. Quod obsidenti Odonellus, qui venit auxilio, persuasit, ut expugnare tentaret. Eius altitudinem conjectura dimensi, scalas, quæ quinos homines amplitudine capiebant, faciunt, perfectaque munimento incipiunt admoovere. Eos propugnatores primum crebris tormentorum iæibus arce-re festinant, & appropinquantes bombardis pilulis impugnant, ab eis vicissim impugnati. Arci scalæ applicant Cæterum propugnatores, qui didicerant, sca-las in se ædificari, fossam, quæ munimentum circumda-bat, excavando profundiorem efficerant. Ob quod sca-læ plerè ad cacumen arcis non pertingebant. Ita qui ad summos scalarum gradus peruererant, altius ascen-dere non valentes, deficientibus scalis, cum propugna-toribus frustra præliauantur. Quæ vero scalæ ad arcis su-mitatem pertinebant, tam paucæ fuerunt, ut facile pri-mi ascensores occisi sint, antequā à cōmilitonibus fue-rint adiuti. Centum viginti Catholicæ interierunt, & in-ter eos Maurus Keuanus nobilis Lagenijs, & strenuus miles Belgensis fortissimè pugnans. Cæteri defessi op-pugnatione relata, pristino more munimentum ob-sident.

Hoc tempore Huon Omorra non dubius esse se longissimè

longissimè imparem viribus hostium sustinendis Vito-niam petit rogatum Onellum, ut Lagenijs subsidium mittat. Interim Bernardus Omorra belli Lageniensis administrationem suscipiens cum Anglis, & eorum au-xiliarijs Lochgarmensibus Angloibernis septies prospé-re dimicat, capiens septē vexilla, & quatuordecim tym-pana militaria.

*Urmonius Comes à Lisi repellitur, &  
Huon Catholicis auxilio venit.*

**V**Trumquæ periculum, & Lageniensis motus & Portmor arx commeatus inopia laborans præ-ter cætera Elizabetham Angliæ Reginam an-gebat, quæ sedulò suis, ut utriusque damno eant obuiam, & Lageniorum tumultum pacent, & Portmori munimento subsidium ferant, imperat. Ad id ex Anglia ty-rones mitteuntur: præsidarij euocantur. Ibernorum pro-uincialium delectus habetur: equitum, & peditem om-nis generis millia circiter octo coguntur. Ex ijs, qui vel senio confecti, vel aetate immaturi præliando minus idonei videantur, dimittuntur. Angli tyrones nuper ac-ceti in præsidij collocatur. Ex ceterorum numero Iber-ni, & Angli pedites quater mille & quingenti, & equi-tes quingenti robore, reique militaris peritia electi ad opitulandum Portmori destinatur. Ex auxiliaribus Iber-nis, paucisque militibus legionarijs Ibernis, & Anglis milliaduo, quoru erat equites pauci, ad Lagenenses mo-tus suppressos Urmonio Comiti attribuuntur. Quibus haud dubitabat Urmonius, quin subigeret Lisi, & omnes Lageniæ motus pacaret. Lisi, in qua plus esse negotij

negocij videbatur, primum aggreditur. Bernardus Omorra, qui pedites tantum trecentos habebat, in summis rerum angustijs Vrmonium auso prohibere minime cunctatur, itinertum angustias obsidens. In illum Vrmonius mittit pedites mille Ibernos, & Anglos. Duce Iaimo Buttlero nepote suo ex fratre Eduardo. Bernardus loci natura fretus praelati non dubitat. Iaimus copijs in duas partes diuisis illum adit. Vnde Bernardus commoditatem loci deserere coactus, cum altera parte, in qua Iaimus erat, in plano missilibus, maxime bombardicis pilulis dimicat, & pilule iactu vulneratus magis animo accensus, quam fractus, suos cohortatus actius pugnat. Iaimus duplaci plumbea glande traiectus vi religione Catholicus, & genere clarus pro Hæreticis prælians miserrime periiuit. Quo interfecto cæteriterga vertunt. Et altera quoque copiarum pars auxilio veniens funditur. Fugientes Bernardus secutus stragem multorum edidit, maioremque fecisset, nisi Vrmonius subueniens pauidos recepisset: qui re infecta à Lisia discessit. Bernardus intra quatriduum vulnere moritur. Cuius obitu tota Lagenia non magno negocio fuisset forsitan pacanda, nisi Huonis Omorra peropportunus aduentus conspiratos confirmasset. Quo tempore Huon ab Onello petebat auxilium, apud illum erat, Raymundus Burkus Lietrimæ Bato possessionibus orbus. Quemadmodum enim superius demonstravimus, Iohannes Burkus Lietrimæ Bato ab Ulligo fratre suo Anglorum permisso fuerat occisus Raymundo filio impubere relicto, & Baronatus administratio Reginæ adiudicata eo nomine, quod Anglorum instituto penes reges lolet esse tutela nobilium aetate minorum. Baronatus autem administrationem Regina dono dedidit Phintoni Anglo Iberniæ consilijs secretario, à quo illam

illam pecunia emit Ulligus Clanrichardæ comes Raymundi patruus, & ita in possessionem missus Raymundo, qui iam per aetatem tutela exierat, Baronatum restituere differebat. Raymundus intenta lite illum Anglorum, & Reginæ iudicio superauit. Cæterum, quia sub hoc tempus bellum exardebatur, priusquam Raymundus fuit possessione potitus, omiserunt Angli senteniam suam executioni mädare, ne Comitis viri potentis iram tam periculoso tempore lacecerent. Idcirco Raymundus Onelli opem implorabat ad paternam hæreditatem recuperandam. Onellus Tironæ defendendæ intentus, quia differebat auxilium, spem tantum præbens, Raymundus vnâ cum Huone in Lageniam proficietur, ac etiam Dermysius Oconchur vir nobilis ex Connachte, quos omnes Connachtæ, qui finibus pulsii apud Onellum agebant, sequuntur. Richardus etiam Tirillus, cuius mentionem fecimus, ab Huone conductitur, quibus cum Huon in Lisiam venit eodem die, quo Bernardus cum hostibus pugnauit, sed nec pugnam integrum, nec Vrmonium à Lisia discedentem potuit assequi.

## CAP.V. V.

*Catholici, regijque publicam pugnam acer-  
rimam totis viribus committunt. Bagnal  
perimitur. Ardmacha, & Portmor  
à Catholicis recuperatur.*

*I*n Lagenia dum haec aguntur, Henricus Bagnal of Ear-  
Anglus eques Auratus Iberniæ castramicator, land.  
& Vlto.

Bignal  
Mariscal

& Vltonis praefectus in Oppidum Iurem in Vltonia finibus situm, & valido Hæretorum præsidio munitione non longius à Portmote munimento millibus passuum vnde viginti maiorem regium exercitum ad opitulandum Portmori ducens peruenit. Inde tertii castris substitit in urbe Ardmacha. Erat Bagnal militaris artis peritus, & quod raro in imperatore inuenies, consilio simul, & animi magnitudine præstans, in rebus secundis cautus, in aduersis animosus, in victos, & deditiosis minos contumeliosus Anglis plerisque: qui nunquam conuictis pareunt. Itaque gentis suæ Duxum audeo paucos illi conferre, anteponere pauciores. Erat Onello non solum publica causa Religionis, & Reginæ, sed etiam priuatis inimicitijs infensiissimus. Ducebat quatuor millia, & quingentos pedites sub signis quadraginta, & totidem cohortium ducibus, optionibus, signiferis, & tessera-rijs, & equites quingentos sub signis octo, quorum magister erat Montegius Anglus. In vniuerso numero paulò plures Iberni, quam Angli stipendum faciebant, veterani omnes, Angli superstites eorum, qui vel duce Iohanne Norrise in Gallia belligerauerant, vel à præsidij Belgicis fuerant acciti, vel ab huius belli principio rei militatis regulas in Ibernia percepérant. Iberni quoque qui sub bellicæ disciplinæ præceptis contenti in legiobus Reginæ stipendum merentes suæ virtutis documenta sèpè præbuerant. Erat ibi nonnulli iuuenes Iberni genere clari, præsertim Melmorrus Orelli principis filius ob raram staturæ elegantiam, & miram faciei venustatem cognomento Pulcher, & Christophorus Sanlaurentius Baroniis Hotæ filius. Ibi nullus tyro, nullus militiaæ rudis. Omnes omni genere armorum instructissimi: pedites, & equites cataphractarij: Bombar- darij alij graibus, alij leuibus sclopis ad pugnâ parati, gladio,

gladio, & pugione accincti, galeis capita munientibus. Totus exercitus plumeis apicibus, sericis baltheis, ex- terisque militaribus insignibus fulgebat. Aenea ma- chinamenta rotis vchebantur, trahentibus equis. Sulphurei pulueris, globorum ferreorum, atque plumbeorum vis magna suppeditabat. Caballi, bouesque biscocti panis, salsa carnis, casei, butyri, seruitæ sat & exercitu in viatum, & arcu Portmori in commeatum portabant. Impedimenta muliones comitabantur, lixarum, pabula- torumque numerus magnus sequebatur.

Distabat à Bagnale Portmor arx tribus millibus pas- sum Ibernicis ab Onello obsessa, & inedia laboras. Qui cum de Bagnalís aduentu intellexisset, contra illum ca- stra mota mille passibus ultra munimentum, & intra duo millia passuum ad Ardmachā collocat, relictis pau- cis, qui Portmoris præpugnatores eruptionibus prohibeant. Eo die Catholici recensuerant peditū quatuor millia, & quingentos, & equites circiter sexcentos. Inter- fuit Odonellus, qui Connachtos duce Maculliamo Bur- ko stipendiatos circiter mille, & Tirconellos tuos, utrosque ad numerum duorum millium duxit. Ceteri Onel- lum, eius fratres, & consanguineos, & magnates cum eo veteri iure coniunctos sequebantur. Ac planè eó conue- nerat omnis ferè Vltoniæ nobilis iuuentus atque mul- ti Connachi iuuenes ortu minime obscuri. Erant ta- men armis longè inferiores, namque tum equitatus, tū peditatus erat leuis armaturæ præter paucos bombardarios graivum scloporum. Obid Onellus de hostis appa- ratu præliandi, militis robore, ducis animo deliberato certior factus, dubium erat, quin vir cautus locum de- sereret, nisi Farfasius Oclerius Ibernicorum vatum in- terpres confirmasset Djui Vltani vaticinio fuisse prædi- catum eo in loco Hæreticum fuisse profligandum, & pre- fensionem

sensionem Ibernicō metrō prolatam in libro diuinatio-  
num sancti ostendisset. Quia confirmatus Onellus ad  
pugnam subshac oratione cohortatur.

Quod à Deo optimo maximo (viri Christianissimi,  
atque fortissimi) summis precibus s̄pē periuimus, at-  
que contendimus; id, & amplius etiā hodie diuino quo-  
dam munere sumus assēcuti. Ut pares aliquando cum  
Protestantibus dimicaremus, Deum, atque cœlites, sem-  
per exoramus. Huc orationes nostras, huc vota intendi-  
mus. Iam verò non modo pares, sed etiam plures nume-  
ro sumus. Igitur qui pauciores agmina Hæretica fudi-  
stis, eisdem plures obstabitis. Ego quidem non in exani-  
mi cataphracta, nō in tormentorum inanī sonitu, sed in  
viuis & intrepidis animis constituo victoriā. Memen-  
tote, quoties nobiliores duces, maiores copias, & ipsum  
etiam Bagnalem minus parati, & instructi superaueritis.  
Angli nec animo, nec virtute, nec præliandi constan-  
tia fuerunt inquam cum Ibernis conferendi. Qui verò  
Iberni contra vos dimicaturi sunt, Catholicae fidei op-  
pugnatae, sui sceleris, atque schismatis conscientia con-  
sternabuntur: eadem Catholica fide, vobis vites augente  
hic Christianam religionem, patriam, liberos, vxores de-  
fendendum. Hic Bagnal Hæreticorum omnium acer-  
rimus vester hostis, qui in bona vestra impetum  
facit, qui vestrum sanguinem sitit, qui meum ho-  
norem oppugnat, debito suppicio afficiendus. Hic  
vilescendum dedecus illud, quod, ego apud Tumu-  
lum Album accepi à Bagnale parte castrorum eiectus.  
Hic mors commilitonum vestrorum, quos in Portmo-  
ris oppugnatione amisimus, vindicanda, & arx ipsa, quā  
diu obsidetis, dum cam commeatū intercluditis, expug-  
nanda. Hic obtainēdā victoria, quam vobis Dominus  
Diui Ultani prædictione pollicetur. Ergo Deo, celi-  
colisque

Mollach  
ban.

colisque in quantib[us] rem feliciter gerite. Contra Bag-  
nal ita: suos alloquitur. Fortitudine vestra, commilitones inuitissimi, frētus,  
vos mihi socios elegi, rudes, atque ignaros in præ-  
dijs constituens, & feces omnium, homines imbecil-  
los Vrmonio Comiti relinquent, quorū ignavis & quos  
illum rem fidē gesturum putauit ad michi promisi glo-  
riosam victoriā opera vestra reportandam. Id nam-  
que vestræ magnanimitatis, atque virtutis periculum  
semper feci, ut non possem non concipere hodiernæ  
victoriarū spem indubitatam, atque certissimam. Ne-  
quo credo, quin fatali quadam felicitate tot casus ad-  
uersos, tot discrimina, incolumes eualeritis, ut hodie  
faulē vincendo totam vitam decoretis, commilito-  
numque vestrorumā rebellibus, atque perfidis aduersa  
fortuna Norris, & Burighi peremptorum mortem  
vilescamini. Quid? Audebunt ne insani corpore nu-  
do cum armatis, cum viris corporis, & animi robore  
præstantissimis congregari. Demens ego sim, si conspe-  
ctum vestrum sustinerint, & nisi hodie totam Ultio-  
niam sub iugum mittatis, totamque Iberiam Reginæ  
subigatis, ipsique ingente preda, potiamini. Memen-  
tote vestræ virtutis, qui me duce, Ardmacha operi  
tulistis, Onello non minima parte castrorum ad Tu-  
mulum Album exuto. Ad vesperum, qui mihi Onelli,  
vel Odonelli caput dono dederit, huic mille auri li-  
bras polliceor, & singulis recipio prō meritis gratias  
quam accumulatisimas, & à Reginā, & à me esse re-  
ferendas. Eamus, properemus, ne victoriā nostram  
differamus.

Concione absoluta Bagnal ante solis exortum Ar-  
dmacha castra mouet decimo quinto circiter die, quam  
Comes Vrmonius fuit à Bernardo. Omorra repulsa.

Tom. 3. Liber. 4.

Hastati in agmina tria erant digesti, quæ præbant & sequebantur equitum, & fulminatorum alæ. Sereno, & grato die vexillis explicatis, tubarum clangore, tibiarum concantu, tympanorum militarium sonitu homines, & equi ad pugnam accensi per letam planiciem nemine prohibente procedunt. Mox excipiebat iter angustius iuniperis, sed humilibus, atque rarissimis constitutum. Hoc Bagnal ingressus hora circiter septima à quingentis imberibus adolescentibus, bombardarijs velitibus ab Onello missis densissima globulorum grandine per totum arborerum continuata obruitur. Velites ponè iuniperos stantes, & inter arbores curvantur equites, atque pedites eminus iactu sternunt, & eò tutius, quod & equites regij propter iuniperos esse non poterant, vel suis adiumento, vel Catholicis impedimento, & præoccupantibus velitibus locus erat æquior, quam venientibus regijs. Ab his angustijs magna difficultate Bagnal denique copias expediuit non parum vexatas acri velitatione, & tristis ob impunè receptum damnum à velitibus, qui puerile, atque ridiculum hominum genus videbantur. Lata planicies usque ad Catholicorum castra succedebat. In hanc egresso Bagnale regius equitatus in Catholicos velites quam celestimo gradu currit. Ceterum per primam planicie partem in ipso maximè itinere, sed & circum illud Onellus crebras foueas, atque fossas excavauit stratis super virgulis, & feno sparsæ dissimilatas. In quas cataphractarij equites incauti cadunt, easique crebro equorum simul, & asserorum crura franguntur, qui, ut à socijs leuarentur, haud absque contentione Catholici velites finunt. Stratagemmata regius exercitus non nihil animo fractus equitibus, atque pedibus aliquot desideratis, & fauciatis in mis-

nus

De bello quindecim annorum. 154

nus impeditum planum peruenit. Hic Onelli velitibus defessis vegetes, & integri succedunt, à Bagnale quoque velites, & grauis armaturæ bombardarij mittuntur, èminus utrinque acerrime dimicatur. Regijs quoque equites cataphractarij in certamen prodeunt. His occurunt Catholici equites ferentarij, vel leuis armaturæ. Cataphractarij cataphractarum munimine tuctores locum obtinebant. Ferentarij dexteritate, & velocitate præstantes, & iterum, atque iterum circumactis equis in pugnam redeentes vulnera plura infertunt, loco tamen cedentes. Cataphractarij hastis sex circiter cubita longis dextero femini innixis cominus pugnant. Ferentarij, armati hastis longioribus, quas medias manu tenentes super dexterum humerum gerunt, raro nisi ex commodo feriunt, interim tela lignæ hastili quatuor ferre, cubitorum ferrea cuspidi infixæ iaculaentes. Ita Bagnal procedens sape ab Onelli leui armatura subsistere coactus, sape etiam eandem repellens haud procul à Catholicorum castris substitit hora diei ferre vndeclima. Hic planicies illa dupliciti vligine hinc, inde coarctabatur, & inter utramque vliginem humile, & tenuë vallum altitudine quatuor pedum, profundiorem vero fossam interius per quartam milliarij partem Onellus duxit, magis, ut esset hosti impedimento, quam sibi adiumento. Inter medium Bealanum vallum, & regium exercitum exsilio bardi turbida colo-tha bui:ris latices ex vliginibus coeuntur. Vnde forsitan locus Os vadi multis dicitur Vadum Pallidum, & si alijs placeat Pallidi, vadum Sancti Buiani vocari. Pro vallo, & utroque Beal exercitu equitum, & fulminatorum pugna vehementissimus instauratur. In astu pugnæ scloperarius An-Buianus, qui nitratum paluarem inter pugnandum Os vadi consumpsit, sulphur sumpturus in Lagenam, in Buiani,

V 2

qua

qua erat, sorte indeit manum, qua bombardicam farenem gressum tenebat. Inchoigne accensa Lagena, & duæ proximæ nitræ plena non nullos combustos in aerem tollunt. Interim Bagnal contra Catholicorum vallum, & agmina disponit ænea machinamenta quo ratiuum sulphure, & globis onustum dum explosidit, vultementia pulueris in varia stulta disruptum interficit circumstantes nonnullos. Ceteris Bagnal vallum discutit, & hastarorum Catholicorum agmina tormentis nuda verberat, eorum equitibus, & bombardarijs, qui pro vallo contingerent certant, minime obstantibus aliquot partes valli solo æquat, & ab coercere agmina in quorum locum irrumptu duo prima regia agmina, alterum aduersus Onellum, alterum aduersus Odonellum leuum cornu tenentem, & aliquot agminum ordines vallum transgrediuntur, in quorum subdium agmen ultimum Bagnal ducit. Eodem tempore equitatim, & bombardarios Catholicorum intra vallum pulsos regius equitatus, & bombardarij sequuntur, & a quo iam loco virique strenue præliantur, & virique mixti viri viros amplexi equis detrahunt. Hic hastati Catholici, qui tormentorum scribis à vallo fuerunt remoti, videntes tormenta non esse iam hosti vsi, se in agmina regia conuertunt, non dum tamen manum conserunt. Eodem temporis momento Bagnal, qui munitus erat cataphracta, & casside ex calybe factis grauis sclopi iactum sustinenteribus, ratus se iam vicisse, ut liberius letam prælii faciem videbet, & facilius respiraret, armaturæ grauis pondere fatigatus, cassidis conspicuum aperit, & tollit, nec prius deuinist, & clausit, quam iacuit humi exanimis plumbea glande fronte confessus. Cuius morte tertium agmen, in

quo erat, magna trepidatio inuasit. Agmina duo, ad quæ ducis extinti nuncius nondum fuit perlatus, rem fortiter gerunt. Catholici quoque nihil segniter prælium committunt. Odonellus bombardariorum virtute sese tuerit. Onelli agmen magis periclitari videtur. In hoc anticipiti rerum statu Onellus, qui iuxta suum agmen equo insidebat cum equitibus quadraginta, & totidem bombardarijs, bombardarios iubet, ut regium agmen glandibus carpant. Obedientes imperio bombardarij non parum molestant, & ordinis cogunt laxare agmen fulminatorum ope nudum. Perculis Onellus addit terrorem cum quadraginta equitibus in medium agmen laxatis habenis irrumpendo. Onellum sequens suum hastatorum agmen clamore sublato regium in fugam vertit hora ferè prima pomeridiana. Id conspicati iij quoque, qui cum Odonello certant, agmine turbato terga vertunt. Monteguus etiam cum equitatu pedem refert. Bombardariorum alæ sese fugæ mandant. Onellus, Odonellus, & Macguier, qui prærerat equitatu, fugientium ergis hærent. Fosla, vallumque regijs erat magis impedimento tunc fugientibus, quam anteagredientibus, qui cadentes alij superalios fossam impletant, & iacentes vngulis equorum, peditumque pedibus obteruntur. Ultimum agmen, in quo Bagnalerat, duce mortuo mestum & trepidum turbatis alijs auxilio non erat. Tamen Melmorrus Orellus cognomento Pulcher trepidos iubet adesse animo, & secum hosti resistere, speciosius esse interfici prælantes, & vltos, quam fugientes impunè occidi, & adhuc fieri posse, ut hostis impetum sustineant, ipsumque repellant. Pulchri cohortatione nonnulli confirmati, maximè iuvenes Iberni cum eo consanguinitate con-

functi redintegrant prælium. Quibus pugnantibus Pulcher sese in omnes partes vertit, ut magis laborantibus, & periclitantibus opem ferat. Ceterum illi pauci, qui cum eo manserunt, & a regijs deserti, & a Catholicis circumuenti multis vulneribus affecti cadunt, & Pulcher ipse solus relictus pugnans fortissimè sternitur. Et omnes regij effusa fuga salutem pedibus quarentes per planiciem, quæ venerant, & arboretum, inde Ardmacham usque dissipati, & palantes occiduntur. In Ardmacha templæ sese receperunt equites, & circiter mille, & quingenti pedites. Perierunt prælio regiorum plus duo millia, & quingenti, & inter eos Bagnal exercitus imperator, cohortiū duces viginti tres, multi optiones, signiferi, & tesserarij. Capta sunt signa militaria triginta quatuor, omnia militaria tympana, tormenta bellica, magna vis armorum, & totus comeatus. Neque victoribus quidem pugna fuit incruenta, & si enim minus ducenti fuerunt desiderati, tamen plus sexcenti fuerunt vulnerati. In Ardmacha templæ, quæ regiorum præsidio tenebantur, qui sese abdiderunt, a victoribus obsidentur. Montegus cum equitatu nocti te nebrarum auxilio fugit. Eum sine ordine, & effusa fuga fugientem ex Onelli castris secutus Terentius Ohanlonus cum parte equitatus impedimenta, & equos ducentos capit, duces tres interficit. Romlius etiam Anglus dux cum die sequente iuxta iter Tabbaci herba fumum fistula sorberet, deprehensus occiditur. Pedites ex pasto inertes dimittuntur, Ardmacha, & Portmore Onello traditis.



*Lageniorum, & aliorum varij casus prosperi.*

**H**uius pugnæ prosperitate, & oportuno Huonis Omorra aduentu Lagenij plures animos susulerunt ad arma pro fide, & libertate capienda, præsertim Daniel Keuanus cognomento Hispaniensis, quod in Hispania annos circiter quatuor fuit commoratus. Huon Lisiam totam in suam potestatem redigit præter Portum arcem, & alias duas. Daniel Hispaniensis Midhie magna partem, quod in Anglos pro Catholica Religione non conspirabat, ferro, & flamma deuestat. Raymundus Burkus Vrmonia Minore, quæ non procul à Lisia est, Comitis Vrmonij ditioni erecta potitur, in eius arcibus in deditonem acceptis præsidia collocans. In Connacta multi ab Anglis deficiunt. In eisdem aliqui Ultonij qui antea nutabant, confirmantur.



DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARRI IBERNI.

TOMI. III. LIBER. V.

*De bello quindecim annorum.*

**G**Ætera, quæ Urmonio Regij exercitus imperatore: item quæ Esselio Prolege, & primo tempore administrationis Blunti contigerunt, nunc scribemus. Quæ quidem res cruentæ, & variae sunt, bello iam in Momonias translato.

CAPVT. I.

*Momoniarum rerum status, cum bellum in eis cœpit, describitur.*

**I**N Ultonia, Lagenia, & Connachta, quæ scripsimus hactenus, dum geruntur, Maccartha Magnus facto fungitur relicta Helena filia Florentio Maccartha. Fuscii filio matrimonio collocata: qui de hereditate defuncti cū Anglia regina litigabat. Daniel etiā Magni filius nothus se nec paterna hereditate indignus, nec Helenæ sorori postponendum putabat, sed item intendere non audebat apud Anglos, quos & quos sibi iudices fore non sperabat. Suspicio verò non deest, quia

*De bello quindecim annorum.* 157

in illos suam operam fuerit pollicitus, modò ab Onello ad obtinendum paternum principatum adiuvaretur. Iaimus quoque, & Iohannes Giraldini dolebant se Desmonie Comitatu abdicatos, cum eorum pater Thomas contra Giraldum Comitem fratrem suum Reginæ partes fucrit fecutus. Ob quod Onelli opem implorasse feruntur. Dermysius, & Donatus Maccartha de Alla principatu lite contendentes iudicijs, & sententijs regiorum iudicium stomachabantur. Alij quoque, & publica Religionis causa, & priuatis iniurijs in Anglos erant minus bene animati. Cæterum omnes summa quiete fruebantur, & Anglis minus tunc lacestribus quam alijs, ob temporum pericula, & Momonijs ipsis minimè rebellibus præter paucos, qui facultatibus, viribusque parum pollentes vix aliquid relatu dignum gesserunt. Ita Momonia copia rerum, quæ ad victimum pertinebant, abundantes, suos, Connachtos multos, & Lagenios aliquos deuastata patria viuum querentes alebant. Earum Præfctus Iohannes Norris obierat diem, vt vidimus, cui frater Thomas Norris vir bellicæ disciplina non ignarus succelsit.

CAPVT. II.

*Quemadmodum bellum sit in Momonias translatum, & qui ab Anglis statim defecerint?*

**I**N hoc statu rerum Petrus Lefsius nobilis eques Momonius vir animi plenus, nec eloquenter inanis Anglos, in quos aliquod erimen commiscerat, fugiens, in Lageniam Huonem Omoram adit, eiique

eique persuadet, ut in Momonias faciat expeditionem; id plerosque Momonios summopere exoptare: rebel-landi cupidos esse: omnes Giraldinos Iatum Giraldinum creaturos Desmonia Comitem, & Ducem secu-turos: Maccarrhas Desmonia aliquem sibi principem electuros. Quod Huon consilium probans, Onello con-sentiente, in hanc opinionem amicos suos, qui in Lage-niabellum administrabant, mouet. Hi erant Raymundus Burkus Lietrimæ Baro cum Gulielmo, fratre, Dermysius Oconchur cum duobus fratribus Carbrio, & Quinto, Richardus Tirellus. Huon ducēs pedites ostin-gentes, & equites circiter triginta celerius omnium opinione in Momonias ire contendit, Lisiæ custodia Edmundo fratri demandata. Comes Vrmonius regij exercitus imperator, illi obuiam iturus videbatur, sed non iuit, vel Huonis celeritate anteuersus, vel prælio experiri non ausus. Thomas Norris Anglus Momonia-rum præfetus suæ prouincia non ignarus esse à pro-uincia hostem arcere, præsidarios milites, Momoniarū delectum, Momonios optimates, quam maximas breui-tate temporis vires potuit comparare, Moalam conuocat, præferens ibi velle cum Huone configere. Illi Huon appropinquans magnificas litteras scribit, quibus abeo petit, ut acie dimicet. Quam conditionem Norris recusans Moalæ constituto præsidio Corcacham refu-git. Huon sequitur, & eius velites cum Norrisi ultimo agmine leuiter missilibus pugnant. Sine mora multi præter opinionem Momonij ab Anglis deficiunt, Patrius Giraldinus, qui Macmoris, & Lacsnæ Baro dicitur, Gulielmus Giraldinus eques Auratus Kierius Rafinnanæ dominus, Edmundus Giraldinus eques Au-ratus vallis, Edmundus Giraldinus eques Auratus Al-bus, & omnes fere nominis Giraldini Momonij, quorū plerique

plerique Iatum Giraldinum Desmonia Comitem renunciarunt, quo nomine à nobis etiam hinc erit ap-pellantus. Conspirarunt etiam Dermysius, & Donatus Maccarrhae Allæ principatus competitores, Daniel Maccarrhae Magni filius, Patritus Condon, Odono-nochus Onachtæ, Odonnochus vallis. Desciverunt quo-que alij viri clarissimi, Recheus Faramuæ Vicecomes, Richardus Butlerus Montis Gerarti Vicecomes, qui Onelli filiam vxorem habuit, Thomas Butlerus Ca-tharæ Baro, & alij: sed plures in Reginæ amicitia man-ferunt, non solum ciuitates omnes, & magistratus, sed principes, vel optimates. Illicò ex Connacta cōfluunt multi, qui depopulata patria inedia laborabant, & à Momonijs armantur, ducibus Dermysio Oconchure, Gulielmo Burkus, Richardo Tirello, Bernardo Okealla, & alijs. Momonij quoque milites conscribuntur, & duces creantur. Ita in Momonijs bello accenso, Huon in Lageniam reuertitur.

## C A P V T . III.

*Momoniorum cum Anglis, & inter se contentiones.*

**I**N finibus corum, qui in Reginam arma sumpe-runt, quotquot erant Angli bonis spoliati dimi-tuntur. Eorum aliquot castella expugnantur relatu-minimè digna præter Molathibiam arecm, quā regij Mol-a-triginta constituti à Nicolao Bruno Anglo equite Au-thibb-rato tenebant. Hanc Gulielmus Burkus, Thomas Giral-dinus cognomine Iuuenis, equites ex genere Maccar-rhae, qui Mangum flumen accolebant, cum trecentis pe-ditibus aggredi, pinnas, & fenestras bombardicis pilis obrunnt,

obruunt. propugnatores arcetates. Propugnatores fortiter, & animoſe munitum tutantur missilibus. Eoru vnus tamē mirē collineabat, vt oppugnatores sexdecim plūbeis glandibus vel interficerit, vel vulnerauerit. Castello muchus admouetur, sub quo milites latitantes murum subreut. In ruina propugnatores accurritētes acriter preliaatur, quibus tandem repulsi oppugnatores ingrediuntur: super quos propugnatores paumentum, & tabulata diruta dimitant, quæ dum cadunt, oppugnatores pede paululum relato rursus redeutes aree expugnata propugnatores occidunt. Dermysius Maccartha principatus Allæ competitor ratus superesse neminem se dignorem Maccarrha magni principatu, & nomine Connachtis conductis, & amicis vocatis ad occupandum illum principatum fugientibus Anglis contendit. Cui Daniel Maccartha filius nothus occurrit stipatus agmine suorum amicorū, & Connachtorum, quos conduxit, afferens principatū, & nomē patris ad se iure pertinere. Datis verinque vadibus standi iudicio rectorum arbitrorum a pugna recedunt. Sed Daniel, qui in principatu restitit, à Daniele Osulleuano Magni fratre Maccartha inauguruatur. Mox à Daniele, qui iā Clacartha principatu potiebatur, & à Iaimo Desmonia comite armati mittuntur, ut alios Momonios, qui ab Anglis nō defecerūt ad defensionem cogat & tributarios, vel stipendiarios faciant. In Maccartha Fuscum, & Catbrios missi terrestri prælio prosperè, sed cum Odriscolibus nauali aduersē dimicant. Alia varia prælia inter ipsos Momonios regios & eos, qui à Regina descierunt, non sine partis viciusque cade committuntur. Ab Anglorum duatu, & imperio sese subducunt alij coasti, alij sponte, alij neutrō modo: alij victoribus obtemperantes vtrique parti stipem soluant.

## CAPUT. IIII.

*Thomæ Norris in Catholicos ex peditio prima.*

**I**TA Catholici Momoni dum alios alij impugnat, & conficiunt, opportunā occasionem naclus Thomae Norris Momoniārum praefectus Corcacha vires suas colligit. Provincialium Ibernorū delectum instituit Veteranos, & nuper ex Anglia missos coniungit. Aliquot Momoniās principes suæ factionis cōuocat. Qui omnes dñorum millium, & quingentorum numerum explet. His copijs in agmina tria diuisi, ut ex Killmuchalloga oppido veterans præsidioris ducat; & ibi tyrones constitut, præficeretur. Id intelligens Gulielmus Burkus, qui in Ochellano agro erat, ad viam nomine Abharrācum peditibus trecentis agmen ultimum (qui erant tyrones Angli sagis rubris induti) die Saturni improviso adortus fundit, & in medium agmen fugat, multis occisis, & impedimentis challog. captis. & inter illa caniculis festiuis, & venatorijs, quos Ecclesia in delicijs Norris habebat. Tamen Norris Killmuchallogam se contulit. Vnde proximo die luna redemptem logi, ad Tumulum Scotorum assequuntur Desmonia Co. Ardmes, Vicecomes Montis Gerarti, Baro Cathara, Baro Scieth, Luachra, Gulielmus Burkus, & Richardus Tirellus, numero ferè patres. Toramque diem per octo millia passuum pugnatir, aliquot verinque sauciatis, & defunderatis, sed regijs pluribus ex quorum nobilibus ecceidit Mellach. Tamquinus Anglus neque pugnandi firs prius factas Ecclesia est, quam Norris in Killnamollacham se redcepit. Tumulum propositum est, ut in eisdem locis tumulatur.

## Thomæ Norrisis expeditio secunda.

**R**ursus Norris in Catholicos expeditionem patrat ducens duo millia, & quadringentos pedites, & equites trecentos, cum quibus Rocher Vice-drobid. comitis fines ingressus Oppidopontem castellum natura, & opere immunitum a Vicecomite desertum occupat. Inde Oppidocastellū arcē natura, & praesidio firmo. Baile an Caislean ré, quæ quingentis passibus aberat, petere cogitat. Eam Vicecomes ad internectionē statuit défendere, cti opportunitye venerunt auxilio stii, Daniel Maccartha, qui Clancarrha principati obtinebat, Comes Desmonius, Dermysius Oconchur, & Gulielmus Burkuscū duobus milibus, & quingentis circiter peditibus, & equitibus minus centum. Inter Oppidocastellum, & Norrism cæstris collocatis illum constituent ause prohibere. Cumq; illo exercitum mouisset, eius alas in agmina se recipere, & vniuersum exercitum ad pristina castra redire cogunt. Castra cū bombardarij oppugnassent, crebris tormentorū atib; remouentur, locoque cedentes Catholicos regius equitatus & bombardarij sequuntur, & ad ipsorum tormenta cōpellunt. Tormentorū verò vim fugientes regi rufus ad sua recurrent sequentibus Catholicis: sicque per aliquot dies fuit dimicatum. Inter utrumq; exercitum tumulus erat latus, & nihil inuius, quæ obrinere victoriæ loco ducebāt. Ac obtinentes interemptorum hostium capita fustibus infixa celso loco ostentabant. Alteri, vt suorum capita ab ignominioso loco auferrent, omnes nervos extricant. Vnde non parū acris pugna oriebatur. Hoc modò cum dies duodecim fuisse pugnatum maiore regiorum, quā Catholicorū damno,  
Norrisque

Norrisque de tumulo non amplius contendens potius redditurus, quā progressurū videretur, vt illū reddit etiā occluderent, relicto Oppidocastelli firmo praesidio Catholicī iuxta Oppidopontem, & Norrisis statua in loco viæ imminentे confederunt. Quorū castra Norrisante lucis exortum productis equitibus, & septingentis bombardarijs grauibus pilorum grandine improuisō obruit; & ex ea fronte propugnatores nonnullos subito terrore perculsios fugat. Gulielmus ex alio cornu auxilio veniens suis confirmatis Norrism in fugam vertit, & ad castra secutus aliquot equites, & pedites vulnerat, & occidit. Postero die Norris impedimentis præmissis ante lucem Corcacham celeriter perit, quæ Catholicī securi ad Monasterium Montis regios ducentos haud impigre interimunt: ceteris dimissis amplius prosequi desistūt.

Main-  
ster na  
Mona.

## Thomas Norris, &amp; Castletoni Baro cum suo fratre occiduntur.

**A**liquot inde mensibus Thomas Burkus Castletoni Baronis frater, qui ab Anglis descritus est, receptis à Raymundo Barone, & eius fratre Gulielmo militibus in Moscia Kurkia castella non satis munita expugnabat. Quæ circa loca Norris qui cum exercitu erat, cum equitibus amplius ducentis, & peditibus mille in Thomā ire contendit, illumq; cū equitatu, & bombardarij ad Killthilam nanciscitur. Thomas, qui ducentos tantū pedites tunc habuit, loco cedere putauit. Ea re non contētus Norris in eius ultimis ordines cū equitatu proruit: in cuius imperiū Thomas se se conuerit, & Iohannes Burkus nobilis Conachetus Norrism hasta per Galeam ferit in capite ferream hastæ

Killthili

hastæ

hastæ cuspidem relinquens. Norris vulnere afflicta Moalam redit ubi intra quindecim dies moritur. Dermysius Oconchur centum militibus comitatus per fines Richardi Burki Castletonelli Baronis iter faciens a Barone, & eius fratre Thomâ iam Anglis conciliato ducetibus trecentos pedites ex obereatis suis, & tres cohortes regias Lomnacha missas circumuenientur. Quos in summo discrimine vita, & ingente desperatione aggredi coactus fundit, & in fugam vertit, Baronemque, & eius fratrem Thomam occidit.

**C A P V T I X I V I I**  
Beal  
an  
tha  
sani.  
*Insikinnæ Barone submerso, Connachtæ  
prefectus Bealanthesaniū arcē obfides;  
Odonellus obfidence liberat, & Clā-  
richardam inuadit.*

**Baile an  
moha.  
Oppidū  
Muri.**  
**H**ec in Ibernia dum geruntur: donatus Oconchut in Anglia de Sligachar principatu cum Regina parum æquo iudice litigabat, neque possessiones integras impetrans, nequè consequens potestatem in Iberniam redeundi, ne bona vi retenta tentaret armis recuperare turbulentio tempore, quo multi rebellabant. Illi relinquebat Regina Baleanmoham arcem non Sligacham: sed cum Sligacha est redacta in Odonelli potestatem, tunc illi offerebat Sligacham non Baleanmoham: cum vitramque amisit, vitramque concessit, & facultatem in Iberniam redeundi, totumque principatum, quomodocumque posset, recuperandi, & semper obtinendi. Oconchur ad Coniersem Cliffordū Anglum equitem Auratum venit illis diebus, quibus is in Odonellum expeditionem faciebat quatuor milium

millia

millia dicens, & inter illos auxiliares Ibernos minimè obscuri nominis Tomonix, & Clanrichardæ Comites, & Maurum Obrienem Insikinnæ Baronem. Cum quo exercitu Bealanthesaniū Odonelli castellū obsecsum proficiscitur. Pollicitus traijere Bealanthesaniū vadum, quod Odonellus occupauit, Vadum prati agreditur. In ipso vado, ut alias, Oconchur, & Maurus Baro de virtute certabant, & dum uterque alterum præcedere conatur, Maurum suus equus in alueum lapsus discutit, & Maurus amorum pondere grauis in imum flu men haustus amplius non exitit. Cliffordus vadum traectus frustra repugnantibus paucis ab Odonello dispositis arcem obsecsum quatuor tormentis oppugnat. Eam tenebat Huon Craphurtus Scotus cum octoginta militibus, quorum erant sex Hispani, ceteri Iberni. Primo die oppugnationis regius pedes deaurata cata phrastra insignis ad arcem proprius audacter accedens pila bombardica sternitur. Cui cataphractam extrahere cupiens socius, dum incautius appropinquit, glande quoque plumbea traijicitur. Tertius idem ausus iactu occiditur, & tres simul à propugnatoribus armis, & vestibus exuuntur. Odonellus, ad quē ex suis militibus pauci adhuc cōuenerant, arcī tentat opitulari. Equestre prælium fit, quo Oconchur fortiter dimicans vulneratur. Eo conatu cū Odonellus deiceretur, regij liberius arcē tormentis quatunt, pilis penetrant, & eius frusta dirunt: vincis quoq; admoris mēnia transfodiunt, & in subrata parte cū propugnatoribus manū cōserentes propelluntur. Rursus alio cōsilio capto, cuniculū in arcē dirigūt, perquē armati ingressi, tabulatis, & fornice à propugnatorib⁹ dirutis, & dimissis obruuntur. Interim Odonellus noctu, & interdiu in castra regiorū impetu facit, eos oppugnatione prohibēs, & somno priuās. Ad illū

X

iam

Beal  
an  
tha  
Cuoī.  
Os vadi  
prati.

iam omnes ferè stipendiari, & obserari, Orruarkus, & alij auxiliates confluxerant neque procul aberat Onel-  
 lus auxilio veniens. Regij maiores Catholicorum vires  
 timentes, ab Odonello acius indies pugnis quassi, &  
 defensi, obsidione soluta, tribus tormentis relictis qua-  
 toque vix in nauim, qua fuit vectum, imposito, summo  
*Casini* mane flumen, per quod venerant, traijcentes, in vadū  
 na cui nomen est Semita Heroum, sese tam incompositè  
 gchuirī, præcipitant, vt nonnulli obruantur. Fugientes sequitur  
*Semita* Odonellus interimens nonnullos Flumine, & ferro eo  
*Heroum* die regi trecenti perierunt. Inde Clanrichardæ princi-  
 patum Odonellus inuadit, vbi equites pauci Clan-  
 richardenses eius alæ equitum occurrentes terga ver-  
 tuat, multitudinem veriti. Vnum eorum vehementius  
 insegitur Magnus Odonelli frater, qui tunc primū  
 militare sagum induit. Ille ad pedes descendens in vli-  
 ginem impeditam, & equo inuiam fugit. Magnus quo-  
 que equo desiliens sequitur illum. Ambo strictis gla-  
 dijs, & inuolutis scuto leuis singulare certamen com-  
 mittant, quo Magnus hostem interficit. Illius princi-  
 patus non parua pars deuastatur. Oppidum Balarria  
 scalis admotis expugnatur. Et cohors Angla, qua ibi  
 præsidio erat occiditur. Neque diu post fines Insikinni  
 Baronis, Terentij Obrienis equitis Aurati, & Osachni-  
 si Odonellus prædatur.

## CAPVT. VIII.

*Huon cum Urmonio pugnat. Crochanum  
 castellum Iphalij expugnat. Et de  
 Patre Archero.*

Interim

**I**nterim in Lagenia Huon Omorra Portum Lisiaz  
 arcem commeatu intercludendo in magnas an-  
 gustias deducit Comes Urmonius regij exercitus  
 imperator arcu latus opera cū amplius quatuor mil-  
 libus equitatus, & peditatus Dubhlinna profectus ad  
 riuum nomine Vadum Nigrum peruenit. Vbi Huon *Antha*  
 circiter mille, & quadringentos milites dicens illum *Duibh.*  
 in aperta planicie aggreditur. Acriter, & contentiose *Vadum*  
 dimicatur. Huon hostis alas ad agmina sè compellit, *Nigrum*  
 itidem hostis multitudine repulsi. Urmonius eo die  
 milites sexcentos amisit, quoru corpora ædibus accen-  
 sis combusti, ne intelligeretur tantum sibi damni fuisse  
 illatum. Nam mos est Anglis occisos suos occulendi,  
 hostes vero in publicis locis spectandos collocandi. Ca-  
 tholici sexaginta succubuerunt: circiter octoginta sunt  
 vulneribus affecti. Urmonius multitudine militum iter  
 sustinens in arcem cōmeatū intulit. Cathitius, Mau-  
 ritius, & Iohannes Oconchires Iphalij equites cū cen-  
 tum peditibus improviso scalis altissimis admotis Cruo-  
 chanum castellum, quod in Iphalij principatu Tho-  
 mas Morus eques Auratus, & Siffidus Angli præsidio  
 tenebant, ascendunt & propugnatoribus occisis expug-  
 nant. Rursum Comes Urmonius regij exercitus impe-  
 rator, & Huon Omorra uterque in alterius conspectum  
 copias perducit. Erat tunc apud Huonem Pater Iaco-  
 bus Archerus è Societate Iesu Iberni vir Catholicæ  
 Religionis amplificandæ studiosissimus, perindeque  
 Hæresis hostis accerrimus, & ob id ab Anglis odio in-  
 expiabilis habitus; quippe qui primum Onello, deinde  
 Huoni, tandem Osulleano, & alijs Catholicis prava  
 dogmata oppugnantibus, suo studio, consilio, suaque  
 opera, & industria minimè defuit, ac sua etiā authoritate  
 Catholicorum agmen cogens cū Hæreticis signa sèpē.

numerò contulit. Hic religiosus motuspe reducendi Vrmonium ad sanam mentem petat, ut liceat colloqui. Colloquendi facultatem Vrmonius non negat. Itaque ex altera parte Vrmonius Dionysius Obrien Tomonię Comes, Lomnachæqué princeps, & Georgius Carnus Anglus Momoniarum præfetus equis vesti; ex altera verò religiosus Archerus pedes tribus Ibernis militibus comitatus in vtriusque exercitus conspectu ad colloquium conueniunt, nulla incolumiratis fide interposita. Ibi Archerus, qui linguam Anglicam optimè callebat propter Caruum Ibernicum idioma non intelligentem, Anglo sermone pié, sancteque suo more incipit facere verba. Eum Vrmonius interrumpit futile quoddam argumentum in Summi Pontificis sanctitatem obiciendo. Quare subiratus Archerus cum pristinum oris habitum aliquantum mutasset, & simul baculum, seu stipe, quo seniles artus sustinebat, dextera fortè tolleret, tres Iberni pedites, qui eum comitabatur, Angli sermonis ignari, velle religiosum stipe cum Vrmonio congregati, existimatunt. Quamobrem periculum, quod inermi religioso ab armato impendere putabant, anteuertere cupientes duo Vrmonium aggressi equo deturbant tertius quoque ferrum stringit: in quorum auxilium pluribus accurrentibus ex Catholicis exercitu, multitudinem veriti Comes Tomonius, & Carnus se fugae mandant. In Archerum regij magnaturna prouunt: quibus Cornelius Orellus ab Huone missus occurrit. Vtrinque equestrī pugna & bombardiorum velitatione dimicatur, donec nox prælium diremerit. Postero die pars vraqqué ab eo loco discessit. Vrmonius ab Huone custodia mandatus ad fidem Catholicam ab Archero conuertitur. Sed Onelli iussu veterum amicitarum memoris incolumis dimissus iterum ad pristinum

num Hæresis vomitum rediuit, de Archero verò silentio inuoluendum non est, cum Hæreticis non modò terrori, sed etiam adeo vel admirationi, vel stupori fuisse, ut per maria siccis pedibus incedere, per aerem volare, aliaque supra hominum vires assecutum esse crediderint, inde non Archerum, sed Archidiabolum rectius appellandum esse confirmantes.

## CAPVT. IX:

*Quid egerit Comes Essexius in Momonijs,  
& Lagenia? Res variæ narrantur.*

Camde  
nus, **T**Andiu per tot regios imperatores, & exercitus re infeliciter gesta, statuunt Angli summis vi- tribus Catholicos extingue. In quam rem Robertus Essexix Comes, qui tunc temporis omnium Anglorum primus fama rerum gestarum habebatur, au- thoritate nulli secundus Ibernia Prorex, & exercitus regij Imperator creatur. Qui Lödino præfetus sub finē Martij mensis anno millesimo quingentesimo nonage- simo nono (vt docet Camdenus) Dubhlinnam appulit. Vbi ex ijs, qui nuper ex Anglia venerat, & in Ibernia fuerant, comparato, quam maximo potuit, exercitu, in Onellum facturus expeditionem videbatur, & ita in illum Onellus sese parabat, & etiam Odonellus Onello latus opem. At ille præter omnium spem in Momonijsite contendit septem millia peditum, & equites nongentos ducitans. Cui in Legenia per iter angustum exercitum ducenti factus obuius Huon Omorra cum quingentis peditibus ultimum agmen fundit, aliquot milites, atque duces occidit, spolia, & inter cætera multos

**Bearnn**na  
**Ghleti:**  
**Træfitus**  
**plumarii**  
**Seamus**  
**Gaulda.**  
**Moin**  
**Robbor**

multis plumeos apices capit. Vnde locus hodie dicitur Transitus plumarum In Momonias Essexius cum peruenisset, statim obsidet Catharam arcem Thomæ Buttleri Baronis, in qua tantum septem, vel octo bombardarij custodia causa erant relieti. Arci auxilio veniunt Comes Desmonius, Raymundus Baro, & eius frater Gulielmus ducentes mille tantum pedites, & equites paucos, copias regijs minime conferendas (neque enim se parauerant, quod existimabant in se Essexium tam citò signa non fuisse laturum.) Ad arcem aditus erat per pontem, quem Vinkel Anglus tribunus militum non inualida manu tenebat. Secundo die obsidionis Gulielmus Burkus cum peditibus quingen-tis, & ducentis equitibus arci opitulatum profectus Vinkelem ex ponte ejicit nonnullis regijs interemptis, & Iaimo Thomæ Baronis fratre cum quinquaginta peditibus in arce præsidio collocato in columis rever-titur. Tamen arx continuè tormentis quassata diru-fitur, Desmonio non obstante, qui nullum pugnandi tempus intermitendo, conabatur oppugnationem prohibere. Decima nocte oppugnationis Iamus cum militibus prostratam arecem relinquens ad suos fugit. Essexius in arce relieto præsidio Lomnacham adit, Catholicis non ausis occurrere. Inde Asketiniam petit, præsidium firmaturus. Iam Daniel Maccartha, Comes Desmonius duo millia, & quingentos milites coegerant, cum quibus itineris angustias oblident. Primo ad hostem versus venientem fuit constitutus Gulielmus, secundo Dermysius Oconchur in locis planis, & expeditis: ultimo Vaterus Tirellus, & Thomas Plunketus in ipsis itinerum angustissimis fauibus cū quingentis, & octoginta militibus sunt collocati. Inter quos si in edius hostis circumueniretur (vt sperabatur) impune

impunè delendus videbatur. Ac ita illud fuisse ius patrium datum à Petro Lessio tesserario maximo, vt illum Vaterus & Thomas primum, deinde Dermysius, & Gulielmus à tergo adorirentur, multi confirmant, sed Vaterus, & Thomas contrarium assertebant. Itaque die Saturni Essexius copias in quatuor agmina distinctas ad angustias ducit, iamque Tomoniam, & Clanrichardæ Comites, & Macpieris Baro primum agmen ex Ibernis militibus habentes Gulielmum, & Dermysium præter-eunt nemino repugnante, vt erat iussum. Deinde Vaterum, & Thomam prætereuntes ex angustijs in planum sese conferebant. Quod cum Dermysius vidisset ratus per perfidiam à Vatero, & Thoma hostem dimitti, in aequo loco, vbi erat, cœpit præliari, & à multitudine hostium cedere loco coastus ad Gulielmum sese recipit. Ambo rufus prælium redintegrantes tres horas hostes secuti acriter dimicant, sed parum damni inferentes, quia fuit hostis angustijs dimissus, in quibus Vaterus, & Thomas totis viribus resistere debebant. Ceterum hi causabantur, sibi imperatum fuisse, ne præliarentur, donec alij pugnam inchoarent, sed contrarium multi affir-mant, & dicunt illos pactos fuisse cum Essexio per quendam Tirillum, ne ipsi obessent. Ut secundum crimen punirentur Daniel Maccartha censuit, non tamen Comes militum secessionem timens. Postea rixa orta Thomas fuit à Petro Lessio interfactus. Ut redeamus ad rem Essexius Asketiniam peruenit, in cuius castra Catholicæ noctu faciunt impetum. Asketinia firmiore præsidio munita Essexius vterius progredi non ausus die Luna sequente rediuit per aliud iter. Vbi ex arboreto iuxta Finiteri pagū Catholicæ erumpentes primum, ultimum, & media agmina simul inuadunt. Henricus Nor-Baile at-Fhinis eques Auratus Anglus Iohannis, & Thomæ frater teri,

Cruo-  
mni.

in Catholicos equo vetus firmo bombardiorum agmine vallatus plumbea glande confossum equo corruit. Alij ex regijs multi, & ex Catholicis nonnulli desiderantur: nam ab hora nona ante meridiem, vsque ad quintam pomeridianam fuit pugnatum, donec Essexius Cruomuiæ confederat. Vnde rursus Desiam vsque Demonijs sequitur per sex dies noctu, & interdui prælians, & eius exercitum extenuans. Post Essexij reditum Dubhlinnam arx Cathara à Iaimo Battlero Baronis fratre præsidarijs Anglis occisis, breui recuperatur.

Secundam expeditionem rursus Essexius facit in Oconchures Iphalios, & Qmorras, cum quibus parum prosperè pugnans exercitum indies minuit. Quare in Onellum profecturus ex Anglia subsidium petit.

## CAPVT. X.

*Connachtæ præfetus ab Odonello prælio  
peremptus.*Cor-  
sleibb.  
Præcep-  
mons.

**P**er idem tempus Cliffordus Connachtæ præfetus statuit cum Odonello terra, marique gerere bellum: primum aggredi Sligacham, & arcem, quam Odonellus diruerat, redificare. Ad id Oconchur Sligachus trans Corsliebhum montem circum Sligacham Connachtos circumit, hortans, atque rogans, vt ab Odonello desciscant. Illi paucis equitibus stipato turma ex equitibus Odonelli forte fit obuia, & illum commissa pugna, paucisque oc-

cisis

## De bello quindecim annorum. 165

cisis in Kulmuniū castellum compellit. Vbi ab Odonello circumcessus oppugnatur. Oconchur, qui ni- dies circiter quadraginta castellum strenue propugnabat, iam inedia videbatur in deditioñem venturus. Id intelligens Cliffordus expeditionem celerius facit, vt Sligacham, sicut animo constituerat, recupere, & Oconchuri obiter ferat opem. Theobaldum Burkum cognomento Naualem Ranmaculliam principatus competitorem cum classe, qua commeatus, tormenta bellica, calx, & alia materies ad reficiendam arcem vchebantur, iubet Galuea soluere, ipse cum cæteris copijs pedestre iter arrepturus.

Id Odonellus minimè ignorans pedites quadrinquentos ducibus Macsuinnio Fanido, & Maculliamo Sligachæ præsidio disponit. Obuillo imperat, vt cum equitibus ducentis Kulmuni castelli obsidionem continuet: ipse cum peditibus, & Odocharta Corsliebhum montem, quò Cliffordo erat iterfaciendum occupat. Per illum montem duobus itineribus, altero nimis angusto, & impedito; altero latiore aditus patebat. In impedito cohortes tres collocat iussas venientem hostem prohibere, donec plutes auxilio mittat. In itinere patentiore ipse, & Odocharta cum peditum milibus duobus, inuicta acie, tentoria pandit. Nec procul Orruakus consedit cum peditibus centum quadraginta.

Interim Naualis cum nauibus, & phasellis viginti in Sligachæ portum appulit, exsilire in terram non ausus Cliffordi aduentum prestolatur. Cliffordus ex Ibernis, & Anglis legionarijs, & Ibernis auxiliariibus duo millia, & quingentos pedites electi iuuentutis, & tres equitum turmas cogit. Inter auxiliares notissimi erant Oconchur Dounus Planig

cici

Bealach  
bui.

ciei Connachtice princeps , Melmarius Macsuinnius Tuetia Princeps, qui iratus Odonello nuper ad Anglos defecerat , & Richardus Burkus Dunkillini Baro Comitis Viligi filius. Cliffordas Anachlonia procedens cum signis militaribus pedestribus triginta sex , & equestribus tribus Bulliam peruenit. Odonellus in eam montis parte, quæ dicitur Iter Pallidum , arbores hinc inde cædi , & in via sterni iubet , ut venientibus hostibus impedimento , & resistenti sibi munimento sint : nam in eo loco statuit dimicare , citra quem duobus ferè millibus passuum castra collocauerat. Iamque appropinquate die festo Virginis Matris assumptæ Catholici omnes per confessionem à peccatis expiantur, pridiè festū ieiunant , & in ipso festo Christi Domini corpus accipiunt. Erat illa dies obscura nubibus , & pluviosa. Obquod Odonellus putans hostem non moturum castra, ipse ad Iter pallidum , ubi ex commode certare posset, omisit mouere. Cæterum Macsuinnius ratu\$ eam commodam occasionem, quod Odonellum propter pluviā ex pellibus non exiturum iudicabat, Cliffordō persuasit, ut iter arriperet. Cliffordus Grifino Markamo equite Aurato Anglo magistro equitum cum equitatu Bullia relisto, quod in monte non posset per equites res commodè geri, ipse cum peditibus incustoditum aditum occupat. Vix communioni Catholici imponebant finem , cum equites exploratores reuerti retulerunt hostem fuisse Pallidum iter , & cæsas arbores transgressum . Exemplò iubet Odonelius militesciò capere cibum quo firmiores præliando sunt, mox ita alloquitur. Maria Deipara Virginis saerofancta ope hostem Hæreticum cum antea semper vicimus, tum hodiè potissimum profligabimus. Virginis nomine heri ieiunauimus, & hodiernum festum cele-

celebramus. Ergo eodem nomine fortiter, & animose cum Virginis hostibus pugnemus, & victoriam obtinebimus. Qua oratione militibus ad pugnam vehementer accensis, sexcentos bombardarios præmittit duabus Eugenio Macsuinnio Tuethio , & Ægydio , Tullioque Ogallachuribus iussos hostem impetrere , & tardare, dum ipse hastatorum agmina instruat. Hostis ex itinerum angustijs in medium , & planum montem ascenderat , & hora diei círciter vndeclima pluia cessabat , cum Odonelli fulminatores occurrunt . Ibi ex quo loco ingente iuuentur animo plumbeis pilulis eminus acerrimè cepit pugnari , & mutua vulnera inferri. Iberni fulminatores cedunt, qui ducibus obiungantibus, rem malè geri , & pro Virgine parum strenue dimicari, conuictijs exagitati, pudore simul , & studio rei benè gerendæ pro virgine moti velitationem redintegrant. Vix credibile est, quanto animo, quanto constantia , & dexteritate partis vtiusque bombardarij pugnauerint. Regij scloperarij ad hastatorum agmina compelluntur, & ipsa agmina pilorum grandine obruta , & vulnerata , circumuenta à fronte , & ab utroque latere ter se in gyrum vertunt ; infelia quid agant. Percutis Orruatkus addit terrorē cum centum quadraginta peditibus veniens Catholicis auxilio. Quo viso vniuersus regiorum exercitus terga vertit, magna strue armorum relata. Catholicis iniequantur. Odonellus cum hastatis, & si properabat, non tamen est naclus pugnam integrum. Quare credo, non, nisi Virginis matris ope regios fuisse à fulminatoribus in fugam versos. Fugientium atque palantium tergis hærent Catholicī per tria millia passuum. Cliffordus à militibus Ibernis duobus , quibus magnum præmium proposuit, diu leuatus tandem cursu superera-

tus occiditur per latus traiectus hasta. Arbores cęsxæ; & impeditum iter fugientibus magno impedimento erant: vbi non modò arma sed & vestes relatae sunt. Vix evasit Dunkillini Baro. Mille passibus à Bullia occurrit fugientibus auxilio Griffinus cum omni equitatu, primosque Catholicos hostem incompōsitē sequentes, & occidentes in fugam vertit. Sed Orruarko Catholicos recipiente, & confirmante, & hostibus resistente duo vulnera accipiens duplīcē glande, alterum dextera manu, alterū dextero femine equitatū pedem referre facit. Rursus sequuntur Catholicī, usque ad Bulliam, quō Griffinus se recipit. Perierunt ex regijs cum Cliffordō p̄fēcto, & Henrico Ratcliffio alio nobili Anglo mille, & quadringenti, qui ferē Angli, & Midhienses Angloiberni erant: nam Connachtī propter locorum peritiam facilius sunt clapsi. Ex Catholicis centum quadraginta fuerunt vulnerati, & desiderati. Capta sunt regiorum omnia ferē arma, signa, & tympana militaria, impedimenta, & multæ vestes. Onellus, qui Odonello auxilio veniebat, duorum dierum itinera aberat. Cliffordi nece diuulgata, Naualis classe Galueam reuehitur. Oconchur sele Odonelli arbitrio permittens ab eo in integrum Sligachæ principatum restituitur, alijs donis cumulatus, & sacra- mento rogatus ipsi dein- ceps in Protestantes fore auxilio.

\*\*

*Quid Essexius in Ultonia gesserit?*

**S**equente mense Septembri Comes Essexius ex Anglia recepto subsidio fines Ultoniae ingreditur. Ei Onellus cum suis copijs se se ostendens per Haganum petit, ut colloquendi potestatem faciat. Essexius respondet se postero die in acie esse conuenientium. Qua die ex utrāque parte missi equites, & fulminatores leuiter velitantur. Rursus Onellus colloquium petit. Quod Essexius diutius negandum non putauit. Ambo ad interlabentis fluminis ripas accedentes soli hinc inde loquuntur. Ex quo effectum est, ut octauo die Septembbris rursus conuenientes uterque comitatus octo ex nobilioribus sui exercitus inducias fecerint usque ad Kalendas Maij sequentis anni ea legē, ut uterque posset bellum renouare, si diebus quatuordecim ante alterum admonuisset. Breui Essexius receptis à Regina litteris acerbissimis ob rem male gestā acriter obligatus eam in Angliam adit vigesimo octauo die Septembbris, à qua coniicitur in vincula. Onellus Anglis nunciatum mittit, inducias iam nullas esse administratione rerum abdicato, & in carcere coniecto.

Essexio, qui eas fecerat, & seruare promiserat, & ut illi suis rebus consulant, & ab ipso caueant, diebus quatuordecim elapsis. Neque diu post Esse- xiūs capite plectitur.



*Pontificis Maximi, & Hispaniae Regis legati in Iberniam veniunt. Quid Onellus in Momonijs fecerit, quid Bluntus Prorex in Ultonia? Macguier, & Momoniarum præfetus mutuis vulneribus succumbunt.*

Fray Ma **P**aucis inde diebus in Ultoniam venerunt Frater Mathæus Ouetensis Hispanus Dubhlinnae theo de Archiepiscopus, & Martinus Cerdæ nobilis eques Ouedo. Hispanus deferentes à Summo Pontifice omnibus, qui D. Mar. pro fide in Anglos armæ carent, indulgentias, & pectin de la catoruna venia, & Onello Phœnicis pennam, & à Rege Cerdæ. Catholico Philippo Tertio (nam secundus obierat diem) viginti duo millia aureorum numorum in militum stipendum. Hispanus legatis reuersis, Onellus relictis in Tirona validis præsidij ipse cum nonnullis bellî socijs non spernendas copias ducens, & visum frustulum sarcosanctæ Crucis, quod in monasterio Sanctæ Crucis fuisse fertur, & exploratum Ibernotum animos, & an hostis auderet occurtere, in Momonias hyeme media procedens in agro Corcachano tentoria collocat. Vbi Macguier è castris digressus ab Edmundo Maccaphrio signifero suo, Nello Odurnino, & uno sacerdote comitatus incidit in VVarhamum Salincherum Anglum equitem Auratum Momoniarum præfustum equitibus sexaginta stipatum. Inter eos præter publicas inimicitarum causas ea etiam priuata æmulatio erat: quod Macguieri Iberni, VVarhamo Angli præter omnes partis vtriusque equites fortitudine, & dexteritate pal-

mam

mam, & principem locum deferebant. Macguier conspecta hostilis equitatus multitudine, nec fugere, nec fese dedere ex sua dignitate esse putauit. Sed additis equo calcatis in medios hostes proruit. Illum hasta vibrantem plumbea glande ex bombardula VVarhamus ferit. Nihilominus Macguier VVarhamum hasta appetit & ictum euitare cupientem capit is declinatione per cassidem transfigit, & hastâ à capite pendente relinquentis stricto gladio per medios hostes eudit, duobus equitibus etiam saucijs, & sacerdote sequentibus rursus què circumacto equo proruens omnes fundit, & fugat, nec longè secutus priusquam in castra venit ad Onellum, equo descendens à sacerdote expiatu ex vulnere animam efflat. Cuius equus postea cibo sponte abstinuisse fertur, donec inedia perierit. VVarhamus quoque ex vulnere ad insaniam redactus intra dies quindecim è vita discessit. Onellus secum deferens Donatum Maccarrham Allæ competitorem, ne in Anglorum gratiam rediret, in Ultoniam reuertitur, Vrmonio Comite, quí videbatur prælio dimicaturus, nihil obstante. Verterebatur annus millesimus sexcentesimus, cum Carolus Mont Bluatius Montis leti Baro cum prægio imperio mense Februario in Iberniam mittitur. Qui præfatus in Ultoniam omnium antecessorum minimè progressus Fachart, chartam tantum peruenit. Vbi tribus amplius mentibus castrametatus, & ab Onello quotidiani prælijs, & vallo fossaque ductis in itinere interclusus aditu ad Ardmaccham, & Iurem infecta re Dubhlinnam reddit. Onellus nihil memorabile damni fecit præterquam, quod Petrum Lessium Momonium strenuum equitem, cuius superius mentionem fecimus, bombardæ iactu in capite vulneratum desiderauit.

DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARRI IBERNI.

TOMI. III. LIBER. VI.

*De bello quindecim annorum.*

**V**cusque Catholicorum felicitas processit. Hinc verò non modo cepit declinare, sed & labare, ut sequentibus libris constabit, & maxima parte præsente, quo contentiones acerrime, cruentissimæ quæ referuntur.

CAPVT. I.

*Quemadmodum Catholici sint viribus diminuti, summatim dicitur.*

**A**ngli in summum discrimen amittendæ Iberiæ deducti, neque ignari ex Hispania fuisse Catholicis auxilium mittendum, varijs cogitationibus distrahuntur, quemadmodū huic malo eant obuiam? Denique statuunt, ut totam Iberiam ad quam maximam possint, pauperiem, & rerum inopiam deducant: ipsos Ibernos quibuscumque conditionibus sibi consilient, reconciliationem abnuentes dolis, & artibus perdant, & alios in alios concident, quas ad res fortuna sunt adiuti. Principio ænca moneta excusa in Iberiam mittitur,

*De bello quindecim annorum.* 169  
mittitur, qua omne Ibernum aurum, & argentum in Angliam subratitur, ipsaque breui cepit nullius esse pretij. Quo effectum est, ut Iberni pecunia sua defraudati sint ad ingentem paupertatem redacti. Segres quoque scinduntur, & alia damna inferuntur.

CAPVT. II.

*Huonis Omorræ nece Lagenia pacatur.*

**B**lunto Proregi suspectias eunti Porto Lisæ principatus arcii Huon Omorra militum numero inferior occurrit, & ex suis incaute egressus plumbæ glande confossum cum uno comite solus occubitus: Cuius morte Lagenij fere omnes animo consternatur, & à Blunto Prorego citè in amicitiam recipiuntur Daniel Hispaniensis, Felmus Obrutus, Otuehiles equites, & alij, totaque penè Lagenia bello defessa, & vastata pacatur præter Raymundum Omoram Huonis fratrem;

CAPVT. III.

*Momoniarum bellum confectum.*

**M**omonij, quod adhuc facultatibus ad gerendū bellum validi non poterant facilè viribus ab Anglis debellati, hac arte sunt eversi. Florentius Maccarrhæ Fusci filius vxorem habens Helenam Maccarrhæ Magni filiam cum Regina de Clancarrhæ principatu litigabat, ut vidimus. Cui Regina potestatem fecit illum principatum quoquo modo posset, admendi Danieli Maccarrhæ, & semper obtinendi. Florentius à clientibus, obœratis, & amicis accipitur, &

Y

Daniel



Singulis laudante, quod tam diu, & fidè in ipius amicitia manentes pro Catholica Religione, & patria pugnauerint: non enim ignorabat eos summa rerū inopia coactos in Anglorum amicitiam redire. Makengasam, Ohanolonum, Iberū Macmagaunum Iuli filium Bluntus recipit in gratiam, & Ardmacham vseque, & inde Portmorem progressus in eis præsidia collocat. Ulteriorius procedere prohibetur ab Onello licet viribus satis inuulido, qui post Blunti redditum Ardmacham improposito ingressus propugnatoribus equos omnes auferit.

## CAP T. V.

*Odonelli vires magna parte infringuntur.*

**O**Donellus solus integris viribus pollebat, cui sunt hunc in modum maxima parte contusæ. Quod fines suos prosperis prælijs terra tutabatur, Connachtam bellum fedem faciens, classis in Anglia instruitur, que inter Scotiam, & Iberniam vesta in Feurum lacum in eius finibus situm appellat. In ea nullus Ibernius noti nominis erat præter Melmarium Macsuinnium Tærchium, qui iratus ab Odonello defecrat: in ipsum ad Iter Pallidum eo die, quo Cliffordus occisus est, pugnauit, & in Lagenia fortiter dimicans ab Effexio equitis Aurati nomine ob virtutē fuit donatus, & inde in Angliam profectus. Qua verò nocte Angli in hunc portum venerunt ex naui sele in mare præcipitans, & nando euadens, Odonellumque adiens, *Sir Harry Decri.* & flexis genibus precatus veniam, & omnium rerum suarum restitutionem obtinet. Angli, qui quartu[m] mille erant duce Henrico Doctio equite Autato è nauibus descendentes Lucum oppidum Episcopale

*De bello quindecim annorum.*

171

pale Diui Columbe præsidio clarum lacui immínens, & immanitum occupant, & opere, machinamentisque muniunt. Secundo die, quām in terram exsilarunt, Odonellus accurrens centum sexaginta octo equos eis adimit, & rursus equos iuxta oppidum paſcentes Catholici rapiunt, quos sequuntur Angli. Equeſtis prælium fit, Hugo Odonellus cognomēto Iunior Doctriū telo per Galeam fixo fracto cranio vulnerat. Anglus eques bombardula iuxta posita Danielis Ogallachuris equitis Iberni oculum nitrato puluere comburit, sed plumbea glans præter oculum, & nares emittitur. Daniel extorta bombardula Angli caput contundendo cerebrum exprimit. Angli in oppidum compelluntur, vnde posteā raro erumpabant. Idcirco Odonellus Ioannem Odochartam Insonæ principem, & Nellum Odonellum cognomine Asperū consanguineum suum Quinti filium Caluchi Principis nepotē iubens aduersus eos rem gerere, ipse Tomoniā inuadit, & magna parte diripit, domumque incolumis reuertitur. Interim Doctij legatus Luco egressus ab Odocharta prælio occiditur. Iamque penitebat Anglos in Feurum venisse, & à nullis Ibernis adiuti proculdubio cito reueterentur, nisi Artus Onellus Terentij Princepis filius ad eos se contulisset. Quo internuncio ciserat Asper conciliatur ob has causas, quod illi cum Odonello simulatas erat ob Leffiriam municipiū, quod Alpero à patre tradiditum sibi Odonellus adiudicauit, Finnicastellū Aspero dans: quod etiā sperabat si Angli vincerent, se futurum Odonellum, & suæ familiæ principem, sicut illū statim Angli ceperunt nominare, magnis alijs propositis præmis. Itaq; cū Odonellus rursus in Tomoniā iter cepisset, Asper eā occasiōnē opportunā ratus, ad Anglos se cōfert, (ob id à Nolla cōiuge sua Odonelli sorore desertus)

Y 3

quibus

Neall  
Garaibh

Leffir:

Caislean  
na Finnī

quibus Leffriam, quam ipse custodiae causa tenebat, tradidit. In ea Angli decem cohortes praesidio collocant. Id Odonellus cum intelligeret, Tomonicam expeditiōnem relinquens, haud procul à Leffria statua disponit. Erat Asper vir animo magno, & audaci, & rei militaris scientia praeditus, atque multos à sua parte Tirconnellos habebat, quorum opera, & virtute fietus in planō cum Catholicis manum conferere non fecerat: Fidem tamen Catholicam semper retinuit Hæreticorum cæremonias auersatus, sicut & Artus, qui citò è vita discessit. Circum Leffriam verò, & Lucum à regijs, & Catholicis acriter, & sèpè dimicatum est. Memorabilis est equestris pugna, qua regijs fugatis Magnus Odonelli frater Asperum loco cedentem hasta transfollitus fuisset, nisi eius ictum remoueret Eugenius Ogallachur cognomento Junior ipsius Magni comes pietate, & amore in Onellam suorum dominorum familiam motus. In quam familiam dissipati animo fuit Cornelius Ogallachur, qui Aspero persuasissे fertur, ut ad Anglos faceret transitionem, & Magnum vulnera-  
Monin. uit apud Moninem iuxta Leffriam, vbi equitatus utrinque incomposité cōcurrerit, & Magnus équo vectus inter quinque equites Ibernos regios ab Aspero in dextero latere hasta percuditur, & circumuentus à Cornelio sub humero icitur. Hastrarum cuspides licet loricam non penetrauerint, tamē Magno in corpus infixerunt. Rothericus fratri auxilio veniens Asperi pectus hasta appetit: Asper loris tractis equi caput tollens, eius frōte excipit Rotherici ictum, quo equus fixus exanimis cum Aspero corruit. Sed Asper à suis leuatus Leffriam reuertitur Odonello cum peditibus appropinquante. Magnus ex vulneribus egit animam intra decimū quintū diem, & breui Cornelius ab Odonello depre-  
hensus

hensus laqueo strangulatur. Alia die pedites Anglos oœto Luco lignatum egressos Rothericus duobus equiti- bus comitatus offendit, & aggressus sex interimit, & vnum, qui se esse Britonem dicebat, captum dimittit. Octauus, qui tesserarius cohortis erat, magna virtute præstítit, à Rotherico sèpè hasta percussus, & humili prostratus, rursus ille suscitato surgebat torace è bubali corrio madido defensus, & stricto gladio Rothericum impetrabat, eique in dextero brachio sexdecim ictus im- pegit, à quibus Rothericus loricā manica fuit pro- tectus, qui cum hasta fugientis è manibus hostis sanguinem effundere non posset, stricti gladij periculum facit, quo etiam nullo modo corium potuit scindere, cori- ne firmitate, an artis Magicæ carmine obstante, ignoro. Iamque tesserarius proximum flumen tentat transmittere. Transiunt enim hastæ ita Rothericus sternit, & hastæ dorso eius imposita innitens sub aqua detinuit, donec aqua submersum spiritum effundere coegerit. Phaselli commeatum vehentes Luco Leffriam per lacum placido cursu deferuntur. Iuxta Leffriam, vbi se lacus coartat, Catholici concurrunt, ex ripis phasellos missilibus obruentes. Leffriæ præsidium ad pugnam egressum in oppidum compellitur. Phaselli cum militum vieti, vestituque capiuntur: quo die regiorū multi succubuerunt. Rothericus in femore fuit pilula leuiter vulneratus. Sub hoc tempus Oconchur Sligachæ prin- ceps, qui in eam suspicionem non nullis venit, ut in Odonellum aliquid mali moliretur, ab ipso custodiae mandatur. Odocharta diem obit (vulnus Odonello magnum) Cathirium filium puerum relinques, qui quodd rebus gerendis ineptus erat, Felmus Odocharta Odo- Inisonæ princeps ab Odonello creatur. Quare infen- charta, sus Hugo Cathirij nutritius, & cetera factio ab Odo- nello


nello desiscentes Beartam arcem Inisona principatus  
caput Anglis tradunt.

Iam Odonellus in magnas angustias erat deductus  
Luce, Leffiria, & Inisona amissis, Oconchoris, quem  
captum tenebat, auxilio defecitus, & Connachois militi-  
bus, quos stipendiatis habebat, seditionis & non satis ob-  
temperantibus. Tamen Inisonom inuidit, vbi Cathirij  
*Binnin.* factio magnam armentorum vim Binnine loco natura,  
& vetusta munitione, munito claudit. Illum Odonellus  
expugnare, Cathiriani defendere constiuit. Connach-  
ti Odonelli iussu in primo agmine constitui noluerunt.  
Tirconellorum cohors primo loco disposita in muni-  
mentum irrumpt, quam Connachti minimè sequun-  
tur. Ob quod ea cohors Cathirianis numero minimè  
par multis glandibus obruta, & partim deleta ex altera  
munimenti parte vix eusit.

Interim Asper ingente Tirconellæ principatus eu-  
pidine flagrans haud segniter rem gerit. Audacis anima-  
vir, & iterum egregie peritus Ibernos sua factionis, &  
Anglos terra, & aqua Leffiria ducens clam, & impro-  
viso in monasterium Franciscanorum Minorum no-  
mine Munimentum externorum peruenit, & in eo  
confedit, praesidium quoque locans, & muniens in di-  
ruto castello, quod sagittæ missa abest, & in alio mona-  
sterio Franciscanorum ordinis tertij, quod Planicies  
*Duin na-*  
*gaull.* Parua nuncupatur, dimidium milliarium distante, su-  
gentibus religiosis, a quibus in illum usque diem san-  
*Mumi-*  
*mentū*  
*exter-*  
*vorum.*cta, & in uiuolata cenobia tenebantur. Quo effectum est,  
*Machai-*  
*re beig.* vt Odonellus mobilia bona, & impedimenta in Sliga-  
*Planici-*  
*es.* cham principatum mittere sit coactus, ipse cum exer-  
*Parua.* citu Munimentum externoru circumcidens tres fer-  
menses pro monasterio, & arce cum Aspero dimicat,  
nunc vineas in muros agens, nunc musculos, & pluteos  
illis

illis admoens. Ac regij quidem violati monasterij  
penas lucunt: namque noctu sulphur, vel opera ali-  
cuius ab Odonello exhibiti, vel casu, vel diuinitus ac-  
cessum monasterium subito cōburit, partim per aerem  
tollens. Propugnatores partim igne consumuntur, par-  
tim recto, & pariete labante obruuntur. Hanc occasio-  
nenem Odonellus opportunā ratus in monasterium ir-  
ruptionem facit. Asperos cohortatus alios arma ca-  
pere cogit, alios non potuit confirmare pauore per-  
culbos, & phasellis Leffiriam fugientes. Dum Catholicī  
noctis obscurissimæ tenebris, incendio nondum ex-  
tincto, quod sibi nocitum putabant, si in monasterio  
essent, paucis ab Aspero constitutis, & confirmatis ob-  
stantibus, monasterio potiri tardantur, interim Asper  
non nescius, haud sibi milites superesse, qui die possent  
adusti monasterij parietes sustinerē, animo suo præsen-  
tissimo nō destitutus pér occultam viam solus egressus  
ex Planicie Parua monasterio dimidia cohorte de-  
ducta monasterium incendio consumptum, & præsi-  
dio pené nudum tuerit. Ea nocte regij circiter mille  
ferro, flamma, aqua, & monasterij ruina perierunt:  
inter quos inuentis est lapidibus obrutus Quintus  
Odonellus Asperi frater. Ex Catholicis quinque vel  
sex tantum sunt desiderati. Odonellus pristino more  
ducit obsidionem.

Ex altera parte Comes Clanrichardus Reginæ iussu  
faciens in Odonellum expeditionem in Olphinnam *Olphinn*  
oppidum Episcopale regias copias duxit. Eò quoque  
Odonellus obuiam ei venit. Dies aliquot equita-  
tus, & bombardarius vtrinque velitatur,  
& infesta re Comes reuertitur.



**Ab Onello & Odonello missi auxilio in Momonias reuertuntur, de Comite Clanrichardo, & Dermysio Episcopo.**

**T**N his angustijs cum Onellus, & Odonellus positi essent, tamen cum Donato Maccartha Alla principatus Competitore Thadæum Orruackum, & Raymundum Lierrimæ Baronem ductitantes milites amplius mille mittunt, ut Momoniarum bellum instaurent, & Desmonio Comiti viribus contuso subsidium ferant. Cæterum in itinere, & Donatus infeliciter perit plumbea glande confossum ab uno ex duobus bombardis, qui in prætereuntem exercitum duas glandes ex latebris iaculati sunt, & Desmonium fuisse captum fama diuulgauit, ob quod Thadæus, & Baro Momonias adire desistunt. Quos ne redire quidem sinec Comes Clanrichardus existimauit cum suis copijs infestè secutus: quem tamen illi agmine refexo in medio plano propulsarunt: quo extempore intra dies quindecim Comes obiit: de cuius morte duplex fama fertur, afferentibus alijs vulnere in hoc prælio accepto eum perisse, alijs verò morbo fuisse consumptum. Ei filius successit. Apud Catholicos fuit occisus per hosce dies Thadæus Obrien Terentij filius summa nobilitatis adolescens pro Catholicæ fide fortissime pugnans. Catholicorum infelicitati ad scribendum est, quod sub id tempus fato functus sit vir integerimus, atque clarissimus Dermysius Maccarthus Corcachæ, & Cluenia Episcopus, qui annos

annos viginti & amplius in hac insula in fidè retinenda magnopere insudauit, dumque bellum hoc gerebatur, mouendis Catholicorum animis, ut Christianam pictatem armis defenserent, multum studij, & laboris impensis: cuius interitu Iberiorum concordia non minima parte elanguit. Quæ ob merita in Dei ecclesiam, & Ibernia regnum collata, cum eius caput Angli diu frustra impetuerint, tandem illius intersectori, vel deprehensori grandem pecuniæ summam constituerunt; quin etiam tam inexpibili odio cum prosecuti sunt, ut illius etiam consanguineos labefactare, non desisterint. Ex quibus Thomam Macrallum, Ancistitis nepotem ex fratre Thoma deprehensem ad fidem Catholicam deserendam cogere, & præmissi, & terrore sunt conati. Qua spe deieci magni, & maximè Catholicæ animi virum securi percusserunt. Sed, quoq[ue] in Episcopi mentionem, incidimus, illud eius magnum, latque raru[m] mitum nequo silentio præterire, quod chirographum vix male effingeret, aliam verò ne litteram quidē vnam visus sit vñquam scribere: cum tamen adeo disertus, atque sapiens euaserit, ut Doctor in verò que aucte creatus sacram Theologian. Lotaniæ annos aliquot publicè sic professus (quippe tanto ingenio acumen, tamque felici memoria pollebat, vt ne discipulus quidem necesse habuerit, lectionem notis excipere) & de doctrina Christiana libellum Ibernæ scriptum posteris reliquerit, cuius præceptis in hunc usque diem iuuentus in ea insula excolitur. **CAP V T. VII.** **Iohannis Aquilæ aduentus in Iberniam.** Hæc

**H**ec in Ibernia dum geruntur, Philippo III Regi Catholico curae fuit Ibernis ferre opem, qui iustum exercitum comparati fecit, quem admodum O'Neillus, & Odonellus petierant. Is exercitus cum in Iberniam traiiciendus fuisse sperabatur, regia classis mittitur in Terceras insulas, ut, & Anglorum classi, quæ cōadiisse ferobatur, obuiam icet, & nauibus Indicum aurum, & argentum asportantibus præsidio esset. Qua mora efficitur, vt exercitus Iberniæ designatus maior parte sit dissipatus, militibus morientibus, & fus Don Inā giētibus. Reliquo præficitur Imperator Iohannes Aquila la eques Hispanus rei militaris peritus, qui in Gallia la. Armbrica contra Gallos, & Anglos magna virtute prestitit. Didacus Brocherius splendidus eques Hispanus ex D. Diego Religione Diui Iohannis artibus rei bellicæ terra, man Broche- rique clarus ex Terceris reuersus regia classe, cui præro, erat, Aquilam accipiens in Iberniam soluit, qui in altum cum fuisset proeclusus, orta tempestate classem in duas Pedro de partes diuiditur. Altera pars septem nauium Petri Zubianr. Proprætoris nauim sequens, & pelago diu errans Almi- in Gronium Galletiæ oppidum ventorum vi defertur. rante: Altera pars, quæ maior erat, Prætoriam nauem secuta anno millesimo sexcentesimo primo mense Septembri in Kansaliam appulit Momoniarum oppidum, quod hæret portu magno, & tutissimo meridiem spectanti. Cui etiam imminent duo castella hinc, inde extrusta, quibus si tormentis firmata teneantur, in uitio, haud facilis est aditus in portum. Ab altera parte tumulus surgit, vnde machinamentis dispositis oppidum potest commodius vel oppugnari, vel propugnari. Ab occidente flumen ablit importando subsidio idoneum. Oppidan animo libertissimo, & obuijs (vt aiunt manibus) Aquilam Hispanum imperatorem, & eius exercitum (duo millia,

millia, & quingenti pedites erant) expulso Anglorum præsidio, in oppidum intulerunt. In quo Aquila se diu non mansurum putans, in Rincartano altero ex duobus Rinn castellis, quæ portui imminent, cohortem vnam præfati charrain dij caūsa ponit: bellicum machinamentum vnum è na- i. culpis uibus exponit, causatus illis nauibus, quas Zubiaur du- falcis. cebat, machinamenta sibi decreta portari. Inter illum, & cohortium duces, Mathæumque Ouetensem Dubhlinne Fray Archiepiscopum simulates, & dissensiones oriuntur. Matheo Daniel O'sulleuanus Bearra, & Beantrię princeps Aqui- de Onic- le nunciatum mittit, sibi, & amicis suis milites mille ar- do. matos esse, & totidem inermes conscribendos, modo ille suppeditet arma, quibus instruantur, eoque numero se Proregì iter occlusurum, & obsidionem prohibitum, donec O'Neillus, & Odonellus auxilio veniant. Aquila respondit (vt O'sulleuanus mihi retulit) armorum copiā sibi non esse, quod à Zubiaure ferebantur, & aliquotum etiam Momoniorum animos minimè sollicitat, Oncili, & Odonelli consilium expectans.

Bluntus Iberniæ Prorex erat tunc temporis Anthlonus, quod copias suas accersuerat, non ignarus Hispanos in Iberniam expeditionem facturos fuisse, vt exploratores Angli monuerunt. Vnde Kansaliam petens cum Comite Clanrichardæ, Angloibernis, Iberniæ consilio regio, regijsque copijs omnibus, quæ hominum septem millia continebant, Aquilam obsidione vallat. Rincaranum haud magno negotio expugnat. Kansaliam dispositis in tumulo tormentis acriter oppugnat. Illi Comes Tomonius, qui tunc temporis in Anglia erat, cum octo millibus tyronum Anglorum auxilio mittitur. Altera parte Reginæ classis portum occupans oppidum tormentorum istibus discutie. Hispani nihil animis consernati properant oppidum propugnare,

propugnare, eo tormento, quod ipsi è nauibus exposuerunt, & duobus, quae erant in oppido, hinc Anglicas naues oppugnatione remouere, inde hostium castra infestare, & tabernacula diruere, interdu pro muro fortiter, & animosè dimicare, noctu facere crebras eruptiones, excubitores, & circitores interficere, tormentis clavos infigere, quo modo maiore Anglorum, quam Hispanorum clade dimicatur: nam in conserenda manu est Hispani peditatus nota firmitas. Carolus Maccartha Iberne cohortis, quæ ex Hispania profecta erat, dux contra Anglos fortiter prælans cecidit occisis prius duobus Anglis ducibus, & clauis tormento infixis. Princípio obsidionis Osulleuanus Bearræ princeps à Prorege euocatus imperio non paruit, causatus oportere se domi spectare, ut fines suos à finitimis hostibus defendat, cum quibusdam familiaribus suis factum, atque simulatum bellum getere incipiens.

## CAPVT. VIII.

*Zubiaur in Iberniam appellit, & cum Reginæ classe secundè pugnat.*

*Cuan an Caisleā. Portus castelli, Anglie castel-hauen.* Zubiaur cum nauibus septem, quibus munitiones, & commeatum vehebat, rursus Aquilam scutus iuxta Portuacastellū (castellum, & portus eiusdem nominis est in Ibernia) non procul à scopulis errans periclitabatur. Tunc temporis illum locū possidebant, Dionysius, Dermysius, Cornelius, Thadæus, & Darius Odrilcoles fratres, qui Zubiauri aditum ostenderunt, & castellum tradiderunt: & eum Dermysius vir prudens, & Latinæ lingua non inscius regni statū docuit. Breui classis Reginæ optimè instruta, & militum numero

*De bello quindecim annorum. 176*

numero superior portum ingressa Zubiauris naues non ad pugnam satis instruētas, sed vectorias, navigatione vexatas, & littori applicatas, atque castellum machinamentis nudum tormentorum istib[us] impunè verberat, & ipsi Angli in terram descensuri videbantur. Ceterum Zubiaur à Dermysio de rebus egregiè edoctus, & impendens sibi periculum præuidens aliter, ac Aquila fecit, litteris missis Osulleuanī Bearræ principis auxiliū nomine Catholici Regis implorauerat. Osulleanus, & pater meus Dermysius, qui tunc in Beantria erant, leucas quinque Portuacastello, intra horas viginti quatuor post receptas Zubiauris litteras, cum peditibus quingentis, & paucis equitibus electa iuuentutis illi præsto fuerunt eodem temporis momēto, quo Angli in lntres exsiliabant, vt Hispanorum paucitatem terrestri prælio opprimerent. Adfuit etiam Odriscol Magnuscum Cornelio filio, & alijs, Odonanobhanus, & equites Maccartha. Quorum aduentu Anglus territus se nauibus continet, & Zubiaur lœtus, & confirmatus tormentis ex nauibus expositis Anglicā classēm biduum acerrimè oppugnat. Hic igniti globi vehementissimo sulphuris impetu iacti Anglorum naues à prora ad puppim usque trans fodunt, homines, & tabulas in mare propellentes. Prætria nauis multis tormentis quaassata præcipue conficitur. In ea primo Zubiauris iactu homines sexaginta, qui mensis discumbebant, extinguntur. Sequentibus etiam istib[us] milites, & nautæ passim cadunt. Ob id in eam ex reliquis nauibus milites subdicio confluant. Ea deniq[ue] penè oppressa, & reliquæ turbata scissis funibus, anchoris relictis fugā capiunt, secundo vento leniter inflatae, quippè quæ aduerso coacte tandiu morabātur. Eo prælio succubuerunt Anglici quingenti septuaginta quinque. Ex Catholicis vnu interficitur

Vasco de  
Sahane-  
dra.  
Duin  
Buiti,  
Anglis  
Birhaue.

sicut Hispanus Zubiauris consanguineus, duo vulne-  
rantur, alter Hispanus, alter Iberius. Hinc Dermysius  
Osulleuanus pater meus Vascum Sahaudram Hispa-  
num ducem cum eius cohorte ducens, eisque com-  
meatum, & iumenta suppeditans, Dumbeam etiam  
Bearræ principatus principem arcem, & portum Osul-  
leani iussu tradit, & menses circiter duos viatum dat,  
eodemque machinamenta, globosæcos, nitratum sul-  
phur, plumbum, bombardicum funem, cæterasque mu-  
nitiones missis Portucastellū phafellis vehi facit, ut in  
illum portum, qui tutus, & celeber est, Hispanis nauibus  
aditus pateret, & eo hostiles prohiberentur. Odriscol  
quoque præsidium Hispanum in portu suum, & castellū  
ad rem gerendam opportunum intulit.

## CAPVT. IX.

*Apud Kleansaliam Catholici infæliciter  
rem gerunt.*

**O**Donellus, & eius socij Orruarkus, Macdiarmu-  
da, Macsuinnius Tuethius, Okealla, Raymун-  
dus Baro, Rothericus, & Capharrius fratres, Da-  
niel Oconchuris Sligachi frater, Gulielmus Burkus  
Raymundi Baronis frater tria militum millia, quorum  
equites quadringenti erant, mouent, ut Aquilæ ferant  
opé His Caruus Anglus Momoniæ præfектus pediū  
quatuor millia, & quingentos, & equites quingentos ex  
Proregis castris ductitans in Vrmoniæ Comitatum ob-  
uiam tetendit; vbi calles, & viarum angustias interclu-  
dit. Odonellus magnis ignibus accensis, ut castrorum  
speciem ostenderet, præter Caruum exercitum nocta  
incolumem duxit, & diuersis in locis Onellum quadra-  
ginta dies spectat. Caruuus voti minime compos copias  
suis

suis ad Proregem ad Kleansaliam reducit. Onellus oc-  
casionem nascit Midhiam inuidit, vbi Anglos, & An-  
gloiberos longè, latèque deprædatos domum spolijs  
onustus reuertitur, occiso Dartio Platina domino, qui  
secutus ad prælium lacescebat. Inde Kleansaliam media  
hyeme petrit. Eum comitabantur Macmagaunus, Mac-  
guier occisi in Corcachano agro frater nomine Cucon-  
nachtus, Raynaldus Macdonellus Glinniæ princeps,  
Macmoris Lacnaæ Baro, Richardus Tirellus, & alij ex  
sua familia, qui omnes duo millia, sexcentosque pedi-  
tes, & equites quadringentos expeditos duxit. Cū  
quibus Onellus in Oritia Barria Odonellum assequi-  
tur. Vnde ambo in ea Carbriæ parte, que Kencalmeka  
dicitur, castra collocant. Eò venit Osulleuanus Bearrus  
ducens copias suas, cum quibus Portucastellu fuit, &  
Hispanos trecentos à Zubiaure acceptos duce Alonso  
de Ocampo, Osulleuanum secuti sunt Oconchur Kierrius,  
Daniel Osulleani Magni filius, Magnus, & Daniel  
Macsuinnij, & alij equites. Hinc omnes profecti apud  
Culcarinnam sylam mille passibus ab hoste locata  
castra vallo circumuniunt. Vbi inter se, & Hispanos  
Anglos medios magnis difficultibus continent, pro-  
hibentes, ne adeos ex oppidis, & ciuitatibus, aut vlla  
parte frumentum, commeatus uè supportetur, & inter-  
cipientes eos, qui castris pabulandi causa exhibant.  
Quamobrem Angli non longo spacio progressi, ut ha-  
beant celerem receptum, in angustijs minus liberè, &  
audacter pabulantur, & accepto modico detrimento,  
vel hoste procul viso sarcinas proiecientes fugiunt:  
inde dies omittentes noctu pabulantur: postremò nullo  
modò pabulatum castris eggredi audent: & quidquid  
antea commeatus habuerunt, totum penè consumunt.  
Ita eos primum inedia, mox famæ, tandem pestilentia  
inuasit,

iuasit. Ibernotum exercitus copia terum abundabat. Hispani quoque in plures dies vietu minime carerent, quem, vel ipsi ex Hispania vixerant, vel oppidum præbet, ab hostium irruptionibus tuti. & sua virtute, & munitionibus, quas fecerant. Optimates Momonij, qui eovsque neutrā pātem iuuabant, se Catholicæ religioni, patriæque defendendæ non defuturos, auxilio quam celerrimè venturos, pollicentur. Iberni milites legionarij, & auxiliares, quorum virtute fretus Anglus locum tenebat, Onello per internuncios promittunt ad eum ante triduum se transituros, fidemque cœperunt implere, bini, terni, & deni Angulum deferentes. Quod si omnium transitio spectaretur, iam de Anglo fuisset actuū: nam ex quindecim millibus militum, quos habebat obsidionis initio, octo millia, ferro, fame, frigore, morbo occubuerunt, quorum pars maior erant ex Anglia nuper auxilio misi tyrones inertes, periculi, & laboris impatientes. Reliquorum vix duo millia erant Angli, cæteri Iberni, & Angloiberni. Quibus periculis Prorex percussum statuit obſidio excedere, Corcacham se recipere, & dumtaxat mœnia defendere, quo modo sine conflicta, & vulnere Catholici victoriam possent obtinere. Cui rei peccata nostra obſtiterunt. Imprimis Aquila missis crebro litteris iterum, atque iterum vehementer contendit, ut Onellus se cum ipso coniungat. Onellus, Osulleuanus, & alij ne rem eo disceiminis deducant, sentiunt, sed potius Ibernotum transitionem, & hostis fugam spectent. Odonellus, & alij plures contrarium censem. Itaque vicit maior pars prudentiorem. Dies constitutus, qua Onellus sub matutinum crepusculum iuxta hostium castra consistat, ut Aquila faciens ex altera parte eruptionem se cum illo coniungat. Quia

dere Aquilæ litteræ ad Onellum datæ à Prorege intercipiuntur. Onellus triplici acie instructa in eum locum ire contendit. Angli, qui Catholicum consilium minimè ignorabant, adhuc nocte eo in loco, in quem Onellus venire constituit, tympanorum militarium strepitu, tubarum clangore, bombardarum sonitu falsam, fictamque pugnam ineant. Aquilæ exploratores missi simulatam speciem pugnae fuisse retulisse traduntur. Odonellus cum acie sua totam noctem imperitia ducum itineris errans procul aberat. Onelli, & Osulleiani acies pugnæ classicum audientes, & arbitratæ Aquilam esse egressum in destinatum locum celeri cursu noctu perueniunt. Vnde hostibus in munimenta regressis, cum in quiete summa, & silentio castra vidissent, stratagema intellexerunt: & paululum sub armis moratae célo iam albente ultra præfixum sibi locum paulò pergunt, & primi ordines Osulleiani aciei, quæ prima erat, non longé à vallo subsistunt, non tamen ab hoste visi humili tumulo conspectum prohibente. Cum claré illuxisset, admirans Onellus Aquilam nec erumpere, nec pugnare signum dare, cum Osulleano, Hispanis cohortium ductoribus, & paucis alijs in tumuli cacumen ascendit. Vnde hostis eastra intentissima meditatione cōtemplatur. Ea vallo, fossa, turribus, tormentis erant munitissima, milites in armis, equi stenati. Iberos etiam numero superabant: nam multi ex castris, præcipue Momonij pabulatum, & frumentatum pridiè illius diei profecti aberant. Odonellus cum acie tertia non peruererat. Quamobrem Onellus ex ducum sententiarem in alium diem differens, agmina pedem referre iubet. Qix quingentos passus reuersa Odonellum offenderunt, & eodem momento tēporis Proregis

equitatus adfuit, quem vadum proximi fluminis traiectum Odonellus cū equitatu suo adcurrentes per idem vadum repulsum in fugā vertit. Rufus Proregis equitatus reuersus vadum traiecte tentat. Odonellus ratus illum inter se, & vadum facile opprimi posse, loco sensim cedit, quod dam facit pars ipsius equitatus vel casu, vel alicuius dolo, & perfidia agmen ipsius Odonelli auersis equis ingressa pedites cogit ordines laxare. Incompositi pedites sese fugae mandant. Idem facit Onelli agmen, & etiam Osulleuanii hostibus minimē gentibus, & principibus frustra reclamantibus. Ita Panicō terrore omnes percussi sunt, vel potius diuina vindicta fugati. Fugientibus regius equitatus nihil audacter hæret, putans in infidias se trahi. Multi equites Iberni, qui ab Anglorum parte stabant, Catholicos frustra confirmant, suadentes, ut in prælium redeant, seque illis fore auxilio. Onellus, & Odonellus eos in pugnam reducere non potuerunt Osulleuanus, Tirellus Hispani duces cum paucis reuersi hostis impetum partim sustinuerunt. Hoc die succubuerunt ex Onelli exercitu pedites ducenti. Ex Anglis tres viri nobiles. Comes Clanrichardus ob virtutem equitis Aurati nomine à Prorege donatur.

## C A P V T . - X .

*Onellus in Ultoniam revertitur, Odonellus in Hispaniam soluit, Aquila sequitur.*

**O**nellus, qui recepto damno, nihil viribus invalidior erat, pristino more statuit, cum hoste gerere

*De bello quindecim annorum. 179*

gerere bellum. Id tamen suis minimē potuit persuadere. Namque Orruarkus, qui Thadæum Orruarkum fratrem suum in Brethnia relustum velle illum principatum in suam potestatem redigere audierat, ad defendendas possessiones revertitur: quem Raynaldus imitatur: utriusque exemplo alij mouentur. Qui Onellum quoque satis in uitum redire cogunt Odonellus munus suum Rotherico fratri delegans cū Raymundo Burkō, & alijs paucis in Hispaniam subsidium petitum proficiuntur. Osulleuanus Momonios suos, & Hispanos à Zubiaure recepros colligens, Richardum Tirellū, Gulielmumque Burkum stipendio conducens Anglum committit prohibere, & cogere, ut obsidione soluta, castra relinquat, constituit. Aquila scribens, ne virtutem suam deserat ne animo deficiat, neu oppidū tradat. Cæterum Aquila cū hoste fœdus percusserat ea cōditione, ut sibi licaret cum exercitu suo, & rebus omnibus in Hispaniam redire, & oppidum non tradere, donec receptis à Prorege nauibus, & nautis soluerat, datis obsidibus naues rursus dimittendi. Ita Aquila revertitur amissis in ea expeditione quingentis peditibus, & Anglis in Keansalia tantū obsessione desideratis amplius octo millibus, qui ferro, fame, frigore, pestilentiaque perierunt. Onellus, & Rothericus Odonelli frater Mononijs relistik in itinere uterque alterum dimittit. Onellus in Tironam peruenit.

## C A P V T . - X I .

*Rothericus Reginæ reconciliatur.*

*Loch  
Sindil.*

**R**othericus cum Lacum Sindilem Midhiæ oppidum prætergredetur, oppidani opifices, & mecha-

mechanici Angli, & Angloiberni præsidarijs, vt Rothericum sequantur, seque res foititer gesturos persuadent, & fidem liberare cupientes alijs sudibus, alijs gladijs, alijs hastis armati prælum temerari incunt: à Rotherici equitatu leuiter vu'nerati facile terga vertunt. Fugientes in pugnam restituere præsidarij molliuntur, sed utriusque ab equitatu circumventi delentur ducenti circiter, vix sospitibus cladis nuncij.

Rothericus domum reuersus menses aliquot ventris fluxu laborat. Interim regi ex Munimento externoru' terra, & aqua facientes expeditiōnē Bealanthalasianum castellūm nemine prohibente obsidione cinctum tormentis diruunt. Tullius Ogallachur, qui castellum cū quinquaginta sex Ibernis, & Hispanis quatuor tenebat, diu fortiter, & animosè pro muro dimicans, eo iam prostrato cum milibus nocte fugit, relicto solū Eugenio Odunhire a gro, qui postero die regijs ingredientibus vnum explosa bombarda interficit, & hasta vibra ta in columitatē paciscitur, sed illi fidem Anglicā religione hostes seruarunt à quibus armis exutus vna cū feminis, & pueris trecentis occiditur. Oliuerus Lombardus Anglus eques Auratus Connachta præfectus Sligachar præsidium cōstituturus facit expeditionem. Rothericus, qui iam conualuit, eum in Corfliebbo mōte prælio fundit, multos occidens, donec fugientes Bulliam se receperint, & inde Roscomaniam se arripientes cum equitatu, & fulminatoribus, quos singulos singuli equites in equorum coxendicibus portabant, nactus nō paucos interimit. Rursus Oliuerus Sligacham copias ducens à Rotherico, & Oconchure Sligacho, quem Rothericus vinculis soluit, haud procul à Bullia prospere pugnantibus prohibetur. Sligacham tamen, quam Angli terra adire non potuerunt, mari occupant.

Namque

Namque ibi septem Anglicæ cohortes Duce Leonardo Guesto equite Aurato improuiso exposita se celebreret muniunt. Segetes circumiectas Rothericus iubet metere. Ad prohibendos messores Angli egrediuntur. Rothericus messoribus prædio currit. Initia pugna trecenti Angli sternuntur cæteris in munitiones sufficientibus.

Etsi Angli Ibernicorum principum titulos, & nomina exhorrentes edictis sèpè relegari iussérunt, aliquid tamen æquo animo ferebant, vt in ipsorum Deam perniciem principes createntur. Itaque Richardus Burkus Deamonis Falcati filius à Regijs Macalliamus inauguratur, sed inauspicatō, nam ab Ibernico Maculliamo receptis à Rotherico copijs pugna perimitur. In Hispania interim exercitus comparabatur in Iberniam cum Odonello transmittendus, nisi is infelicissime diem obiisset, cuius interitu diuulgato Rotherici socios ingens miceret, & Hispani subsidij desperatio inuasit. Macsuinnius Banachus ad Asperum se confert. Tuethius suo consilio regebatur. Rothericus quoque sulphure, cæterisque munitionibus exhaustus vna cum Oconchure Sligacho, & alijs cum Regina foedus icit. Asper Odonellum se ab Ophrile inaugurarī facit: ob id ab Anglis, qui Ibernorū magnatum titulos, nomina, & inaugurationem delere volebant, Luci custodia mandatur. Vnde fugiens ad densam syluam cum suis opibus, & factiōne se recipit Rothericus, & Docrius coniunctis copijs illū bonis spoliant, & ei vites contundunt. Vnde efficitur, vt ex eius factiōne feminæ, pueri, & viri ad quater mille fame perierint, ipseque ad pauperiem redactus in Angliam fugerit, Anglis misius charus, & acceptus, quam Rothericus.

## Onellus pacis conditiones accipit.

**B**luntus post Hispanorum reditum ea hyeme reliquias exercitus reficit, Samuelem Bagnalem Ardinachæ præsidjatijs commeatum ferre iubens, quem quindecim cohortes, & quatuor equitum turmas ducentem ad Tumulum crucis Onellus cum militibus mille adoritur. Primum equites, mox sclopetarij, denique hastati vtrinque in pugnam proruunt. Samuel subfidiu[m] tulit, sed milites septingentos amisi, & Onellus circiter septuaginta. Sequentे vere Bluntus copias Angloiberorum auxilijs auctas in Tironam mouet. Portomorem munimentum reædificare cœpit, de suo nomine Caroleum munimentum nuncupans. Ulterius progredi prohibetur factis ab Onello secundis aliquot velitationibus. Sed Odonelli mortui allato nuncio, Onellas quoque à suis deseritur rerum inopia, & desperatione coactis. Quare quadringentis tantum militibus stipatus in Conkeiniain densam vallem se abdit, ibiq[ue] tutari conatur. Eius municipia ab hoste incenduntur, & segetes exciduntur, ducibus itinerū, & opere Angloferentibus Quinto, & Hérico Onellis Iohānis principis filijs, quos Tironi multi sequebantur. Sulphur, & munitiones, quæ Parritius Odonniilius fīrō mumento, & præsidjocustodiebat, iumētis imposta ad regios defert. Hoc tēpore, anno iā millesimo sexcentesimo tertio Elizabetha Anglia Regina é vita discessit, à qua mortiente Anglia consilium facultatem percutiēdūcum Onello fœderis imperat. Et Onellus quidem, & si hostem vallis adiuta

Mont-  
berles.  
Gleann  
chon  
Kein.

aditu duplici prospera velitatione prohibuit, tamen consumptis facultatibus, munitionibus amissis, vndique circumuentus, auxilij spe destitutus, & ignorans Reginam esse fato funstam pacis conditiones accipit.

Orruarkus adhuc possessiones medias inter aliorum fines tenens non erat Anglis conciliatus, ad quem Maculliamus fugit. Contra Maguierem Cornelius Macguier consanguineus suus Macguier à regijs creatus ab Ibernis Macguier Angliensis nominatur, quo clientes, & obēratos à Macguiere subducente, Faramo-

nachæ principatu regij potiuntur, Mac-  
guiere ad Orruarkum pulso,  
Macgocheganus etiam  
non erat pacatus.



DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI  
BEARRI IBERNI.  
TOMI. III. LIBER. VII.  
*De bello quindecim annorum.*

**R**erum Ultoniae, Lageniae, Connachtæque finē ferē vidimus. Nunc quæ sunt in Momonijs, acerrimè, contentiosissimèque gestæ duce Osulleuanu Bearra principe, vel ipsius ærumna bellicæ varietate, & difficultate miræ, & stupendæ nos vocant.

CAPVT. I.

*Osulleiani socij, & vires, & quid hyeme prima gesserit?*

**O**sullenā  
Bearra  
Conde  
de Bir  
hauen.  
  
Patric  
oig  
Sinot.

**P**ost fēdus Aquilæ Osulleuanus in Hispaniam mittit Dermysium Odriscole probatæ fidei, & prudentiæ virum celerem opem rogatum, & Daniëlem filium suum natu maximum paterna fidei pignus, & ob sidem. Quibus cum vñā ego quoque puer, & alij iuuenes nobiles venientes à Carazenæ Comite Galletia præfēto viro vetusta nobilitate claro, & in Ibernicam gentem maximè pio honorificentissimè sumus excepti. Vbi ego Patritio Sinoto populari meo Grāmatico, & Rhetorico polito, & limato latinæ lingue, Rotherico

*De bello quindecim annorum. 182*

Rotherico Vendanna Hispano ingenij acutissimi Philosophiæ, sed alijs aliarum doctrinarum præceptoribus Rodrigo de Ven- sum vsū. Interim Osulleuanus omniratione, & studio conandū putauit, vt vsq; ad Hispani auxiliij aduentū se, & eos, quos ad Hispanorum partes sequendas mouerat, ab hostiis impetu defenderet. Et auxilium ferunt Daniel Maccarrha Clancarrha principis filius, Daniel Osulleuanus Magni filius, Cornelius, & Dermysius Odriscolis Magni filii, Dermysius Osulleuanus pater meus, Dermysius, duo Dionysij, & Florentius Maccarrha Fusci, equites Macsuinnij, Dionysius Odriscol cum suis fratribus. Ad eum confugunt Oconchur Kierrius, Macmoris Lacsnæ Baro, eques Auratus Kierrius, eques Auratus vallis, Iohannes Giraldinus Comitis frater, Iaimus Buttlerus Baronis Catharæ frater superiore bello suis possessionibus electi. Osulleuanus Gulielmo Butko, Richardo Tiroello, & alijs conductis, obratorū delectu conscripto & sociorum auxilijs milia militum circiter duo iuuētūris electæ cōparat. Quibus ea hyeme Torrentirupem arcem, quā solam in Beantria tenebat Carraig Eugenius Osulleuanus semper Reginæ partes fecutus, an partim aggere, turribus, vineis, musculis, pluteis oppugnatam, partim aneis tormentis quassatam in suam potestatem rededit. Odonnobhanum ad Anglos reuersum, & alios Anglorum auxiliares de prædatur. Regias copias, quæ in Momonijs erant, terrore percussas in opida munita, & arcis compellit. neasaig.

CAPVT. II.

*Regiorum apparatus, & potentia. Carui expeditio prima. Dermysij Mac-*  
*carrhæ mors.*

His

**H**is motibus Angli vehementer solliciti, & anxiij, quam maximam possunt belli molem in Osul- leuanum cōstituunt vertere. Georgius Caruus Momoniatum p̄fectorus Corcacham regias copias cō- uocat. Auxilia Ibernorū accerit. Illi p̄stō fuerunt, aliquot Angloiberi, & hi Momonij magnates, sine quibus Angli parum negocij possent Osulleuano fa- ccessere, Dionysius Obrien Lonnachæ princeps quon- dam, & Tomoniz Comes, Maccarha Fuscus Carbriæ princeps, Carolus Maccarha Mulcriæ princeps, Barrius Magnus Boteuanti Vicecomes, Odonnobhanus, eques Auratus Albus, Eugenius Osulleuanus Osulleuani qui- dem patruelis, hostis tamen infestissimus, Dermysius Osulleuani Magni frater, Dionysius & Florentius Mac- carrhæ fratres, qui Osulleuanum deseruerunt: Vrmo- niæ Comitatus delectus, & auxiliares ab alijs missi. Totus exercitus continebat plus quatuor millibus mil- litum, quorum vix quingenti erant Angli. Ceteri erāt Iberni, & Angloiberi, qui desperatis rebus à Regina desciscere minimè sibi tutum, & integrum existima- bant. Cum his copijs Caruus Corcacha egressus Martio mense anno millesimo sexcentesimo secundo in Bean- triam improuisò peruenit, & nauibus, atque phasellis, quæ premisserat, in Fuidia insula cohortes octo p̄fis- dio collocat. Seque iterum Corcacham celeriter arripit. In Fuidia regij se vallo, fossaque muniunt. Osulleuanus nauigia conquirens illud p̄fedium oppugnare decre- uit. Interim regij duos menses in insula cunctati ab Osulleuano subsidio interclusi, & metu territi insulam deserentes, Eugenij Osulleuani ductu Corcacham iter capiunt Osulleuanus secutus fugientibus adimit impe- dimenta, sed paucos occidit, quia à Caruo cū vniuerso exercitu veniente auxilio iuxta Beantriam fuerunt excepti.

excepti. Dermysius Maccarha in Carbria Anglorū auxiliaries prædatur, quem prædas agentem patruelis suus Maccarha Fuscus paucis comitatus nanciscitur, & vterque alterum comiter amplexus dimittit. Eundem rursus Fuscus maiore militum manu comparata pro- sequitur, missilibus etminus carpens. Dermysius vir sce- leris purus vtramque partem à pugna deterrens, & Fus- cum nomine appellans ab ignauo milite plumbeo glo- bulo confodit, triste sui desiderium Osulleuano relin- quens.

## C A P V T . III.

*Carui secunda expeditio, Dumbeæ, & Beæ excidium, Dominici Ocalani Martyrium.*

**I**terum Caruus austis copijs supra quinque millia hominum omnes Osulleuani vires statuit contun- dere, in Beantriam perueniens in Agello Rubro, patente planicie castrametatur, inde in Bearram pene- trare cogitans, Dumbeam castellum, & ceteras Osulle- uani arcēs oppugnatum. Osulleuanus iter occupans quingentos ab haste passus tentoria figit militum nu- mero longe inferior, sed virtute, & loci commoditate fretus, hostem incursionibus prohibet, & commicatu in tercludit. Caruus se vallo, fossaque muniens menses duos castrorum finibus milites continet, donec proximè ad maritimam oram applicent naues octodecim rostratae, & tectæ, & aliæ minores Manapia, Corcacha, & ex An- glia missæ, in quas exercitum impositum iuxta Dum- beam exponit arcem obsidens. Illam tenebant centum viginti pedites ab Osulleuano constituti duce Richardo Macgochegano viro nobili: qui munitiones egressi pro muro

Gurtin  
Rua.  
Agellus  
Ruber.  
Lüba,  
Anglic  
Birha-  
uen.

muro cum hōste fortiter dimicant, illum arcis oppugnatione diu prohibentes; & intra munitamenta compulsi ex pinnis, fenestris atque turribus sese firmiter tueruntur. Catuus aperta vi tormenta in arcem agere tentans tū à propugnatoribus prohibetur, & eruptionem facientibus, & missilia ex munitionibus faculantibus fossam homine cubitos duos altiorē in arcem dirigit, & rursus transuersum aggerem obducit magna propugnatorum contentione pro viribus opus interrumpentium: & in fossā cum ē castelli turribus non esset prospectus, per eam trahit tormenta quinque, quibus in transuersa fossa dispositis arx continuē quatitur. Interim propugnatores frequenter erumpunt hostem ex oppugnatione dimouere conantes, leua prælia cominus committendo, & eminus ex munitionibus ignitos globos bombardis, tormentisque iaciendo. Iam verò crebris tormentis laxata lapidum, mœniumque compage arx deficiebat. Magna pars concidit, pars alia consequens procumbebat. Per ruinam regius exercitus in arcem impetum facit. Vrtrine magna cede facta propugnatores impetum sustinent. Regij rursus pergunt eminus arcem tormentis consumere, & bombardis propugnatores ex muro, turribusque dimouere. Ingente fragore frusta munitimenti ruunt, trahentia milites secum, saxaque collisa armatos obtuunt. Regij per ruinam irrumpunt, quos propugnatores globulis, & lapidibus consternunt, hastis transfigunt, gladijs iugulant, admotis clypeis, saxisque reuolutis deorsum per ruinam præcipitant, totaque repellunt. Adhuc regij munimentum tormentis eminus oppugnant, & machinis tutò conuidentibus, munitionibus affatim corruentibus, propugnatores passim cadente non datur libera facultas ruinæ defendenda: per eam oppugnatores irruunt, &

in aulam, ad quām usque castellum erat collapsum cohortes tres signa inferentes dimidiā occupant. Ibi propugnatoribus occurrentibus manus cruenter conficitur: multis vtrinque vulneribus inflatis, multis viris interemptis, regij terga vertere coguntur, aulam, & ruinam totam deferentes. Qui sauciis receptis iterum irruptionem faciunt recente, vegetoque milite cum defesso, & vulnerato, & magna multitudine cum paucis configentes. Primum de ruina dimicatur: unde propugnatoribus expulsis cohortes septem in aulam aquilas conferunt eò sibi iniquam, quod in ea se non poterant explicare. Ibi in longam moram pugna protrahitur: multi mutuis vulneribus succumbunt: magna corporum, atque armorum strages iacet. Aula tota sanguinis riuius fluit. Propugnatorum pars longè maxima cadit, præsertim Dux Richardus, cuius anira magnitudo cum generis claritate de principatu contendebat, maximè strenue prælians intercaduera semianimis procumbit multis, atque lethaliibus vulneribus affectus. Reliquorum etiam nemo non vulneribus affigitur. Superstites aulam relinquentes in inferiora tabulata se recipere compelluntur. Vnde acerrime pugnantes tantum cum virtute, tum desperatione, quæ ad honesté moriendum sapientissimum incitamentum est, valuerunt, ut hostem primum aula deinde aree tota exuerint. Illicè nox dirimit pugnam. Postero die regij rem per legationes concilere ducunt. Propugnatores deiecta, labefactataque maiori arcis parte, amissō duce, vulneribus fatigati, multis malis defessi, pasti, vt incolumes dimitterentur, castellum dedunt mense Septembri decimo quinto die obſidionis. Postquam regij sunt castellum ingressi, Richardus nondū exanimis cū Anglii senum audijisset, linquen-

linquenterim animam reuocat, & sulphureo pulueri, cuius non exigua facultas erat in castello, ignem pergit applicare hostes proculdubio combusturus, nisi, antequam rem perficeret, spiritu destitueretur. Pax & fides Anglica religione dediticiis seruatur: nam viri, & feminæ laqueo strangulantur. Quot oppugnatorum perierint, non inter omnes conueantur, nonnullis afferentibus succubuisse sexcentos, alijs pauciores, alijs plures.

Eisdem diebus, quibus arx Dumbea oppugnatur, Eugenius Osulleuanus, & Iohannes Bostokus Anglus in Beani insulam nauibus vehuntur, in qua erat monasterium à Bonaventura Episcopo Hispano extructum, sed à piratis dirutum, templū sancto Michaeli Archangelo dicatum, & castellum à patre meo Dermysio conditum, quod pauci milites Cornelij Odriscolis præsidio tenebant. Subito hostis aduentu insularijs pauidi ad aras pars supplex confugiunt, pars labebras petunt, pars in castellum se recipiunt, quod armati pauci tormentis, & munitionibus nudum hosti incolumentem pollicentii tradiderunt. Anglisuo more facinus committunt multò magis ad crudelitatis, quam gloriae famam insigne. Castello diruto, templo, & tectis incensis, tam præsidarios armis exutos, quam cæteros, senes, infantes, & feminas in unum coactos glandibus confodiunt, gladiorum ictibus lacerant, hastis transfigunt. Alij infantem, & nütrem, à qua sinu gestabatur, ensibus ad capulū infixis traiiciunt, alijs puerulos hastis transfoſſos trementes, atque palpantes socijs ostentant. Omnes denique catena vinclis per præruptos, atque acutissimos scopulos in mare præcipites dant, globalis, & lapidibus obruentes Ita Catholici circiter trecenti, quorum maior pars patris mei Dermysi obœrati erant, perierunt.

Quibus rebus actis regijs nauibus à Bearra soluentes, Corcacham

Corcacham redeunt, Dominicum Ocolanum laicum religiosum è sacra Societate Iesu, qui ad ipsos à Dumbea præſidio internuncijs fuerat missus, deferentes. Is à Protestantibus Ministroclericis argumentorum calliditate fruſtra impugnatus, propositis magnis præmis, præſertim ecclesiasticis dignitatibus inuitatur, ut à Christi religione descens Anglorum dogmata profiteatur. Quæ ille spernens equorum caudis tractus, patibulo suspensus, & per pectus, acutissimis cultris sectus Deo spiritu reddidit anno M. DC. II. die mensis Octobris ultimo. Ætatis flore in Gallia moribus sub Henrico III. Rege eques stipendium meruit. Ad meliorem vitæ frugem conuersus Compostellæ se religioni alligavit. Patribus Ochellæ oppidi in Ibernia ciuibus natus est.

## CAPT. III.

*Dermysius Odriscol ex Hispania reuertitur, eodem Cornelius mittitur, aliquot regiorum arces Osulleuanus capit.*

**P**er eosdem dies, quibus Osulleuanus has clades recipit, Dermysius Odriscol ex Hispania reuersus Osulleuanu tradit à Catholico Rege viginti millia nummorum aureorum in militum stipendum, litteras, quibus auxilium promittitur, & aliquas munitiones. Post verò amissam arcem Osulleuanus Cornelium Odriscoleum Odriscolis Magni filium in Hispaniā mittit celeriorem opem efflagitatū. Interim ipse nihil animo fractus in Muscriam ad urbem Corcacham versus milites mille dicens duo castella, Choritupem, &

Carrraig in eundem prospectus admodum pluteo, mul-  
 na chorū que in suam potestatem redigit. Accolas in deditio-  
 nem venientes secum in bellū conspirare cogit. Odon-  
 chori Rupes nochuum vallis dominum interceptū Muchroum in  
 arcem dare, & secum coniurare compellit. Mu-  
 chroum verò dum moratur cis Lijum flumē, Carolus  
 V. Vulmontus, & Samuel Bagnal cum milibus duobus  
 militum illud flumen trajectentes ab eadem cum Osul-  
 leuanu Septentrionali parte fluminis in Pontiupē ca-  
 stello non longius vna leuca consistunt. Magna diēbus  
 prospēctus. his repente cooritur tempestas, tantæque præter consue-  
 tudinem increbruerunt aquæ, ut interruperint pontes.  
 Quare regij non videbantur ausuri per flumen redire.  
 Carrraig an Dro-  
 baid. Quam occasionem Osulleanus opportunā ratus, reli-  
 cto Muchroum praesidio, eum copijs annem trannans,  
 Rupes & Bunneum fluuium aqua summos militum humeros  
 Pontis. superante penetrans, per Corcachanum agrum incurso-  
 nibus longè, latèq; factis in Bearrā magnā prædā agit.  
 Bunne. Posteuitus redicūlū regij Pontiupē Muchroumum  
 profecti arcem obsident. Aedificijs, quæ castellum cir-  
 cumstabant, præsidarii ignem ingerunt, ne ex illis ipsi  
 facilis oppugnentur. Ex aedificijs ita in castellum in-  
 cendium funditur, ut illi nullo modo potuerint occurre-  
 re. Incenso castello triginta milites, qui illud obtinebāt,  
 à flamma ad ferrum quemadmodum in rebus aduersis  
 fieri solet, configiunt, & per medios, atque contor-  
 tissimos hostes erumpentes, fumi nubibus crutum per-  
 niciitate, propinquitate sylue, sua virtute, ne vulnere  
 quidem accepto, incolunies feliciter evaserunt.

CAPUT. V.

Miseria principis difficilis fuga, Osul-  
 leuanus munita arcem expugnat, & alia.

Sub

S Vb hoc tempus Dionysius, & Florentius Macca-  
 rthæ fratres ad Anglos ab Osulleano odia vertūt.  
 Ad eundem Thadæi Maccaarthæ filii se cōferunt,  
 sed hi Hispana pecunia recepta, rursus ad Anglos trans-  
 cēunt, deaunciantes Carolum Maccaartham Miseria  
 principem cum Osulleano clam, & per internuncios  
 amicitiam, & fēdus inire. Ob hoc Carolus Corcachæ  
 coniectus in vincula de capite periclitatur. Quo eum  
 periculo Eugenius Macquinus atate adolescens, sed  
 animo plusquam virili, & alijs sex familiars animo sta-  
 tuunt liberare, se pro domino disertinini obijcere non  
 abnuentes. Eugenius Caroli cubiculū noctu ingressus,  
 quasi aliud agens clavo lima scisso compedibus alterū  
 pedem soluit, eique per fenestram fugiendi potestateū  
 facit, accensa lucernā foras portecta signum dans, ut sex  
 socij desilientem excepturi appropinquent: sed & Ca-  
 rolum diu trepidantem, atque timentem ex alta fene-  
 stra se præcipitare, dat præcipitem, ipse alia incolumis  
 effugiens. Excedentem Carolum sex coniurati exēten-  
 so pallio illæsum in aere priusquam terram attigit, ex-  
 cipientes ad oppidi murum cum furto præoperant. Fu-  
 gientis vinculis lapides percurentibus vigiles sonum  
 sentientes vna cum vicinorum tumultu sequuntur.  
 Iamque per urbem totam conclamat: ad arma ca-  
 nitur. Lucernæ, facesque per compita, domorumque  
 fenestras accenduntur. Interea ex sex Caroli militi-  
 bus duo subsistunt sequentium impetum strictis glæ-  
 dijs parumper sustinentes. Reliquorum quatuor duo  
 se ex muro primum deiicientes Carolum ab alijs  
 duobus demissum exceperunt: alij quatuor ab altis  
 mēnibus desiliunt, & omnes sex Carolum leuan-  
 tes pēr vada Lij fluminis oppidum circum fluentis par-  
 tim nando, partim pedibus pēnetrando eripuerant.

A a 2

Carolus

Carolus equū conseruans, qui ad fluminis oram præparatus erat ad Osulleuanū profugit. Osulleuanus rei fama per omnium ora volitante certior factus cum dimidio exercitu in Muscram fugienti obuiam ire festinat. Vbi Carolus fœdus percutiens Osulleano deinceps suum studium, & auxilium nō defuturum pollicetur. Obiter Osulleanus tentare existimavit an Rupem *Carraig an phuca* Lemurum castellū, quod Thadæi Maccarrhæ filij præsidio tenebant, in suam potestatem redigere posset, iniurias ab illis illatas vlturus? Erat castellum loci natura munitum, expugnacuque difficillimum. In illud imprimis via tormentis non pater inter montes, & sylvas locatum, nec cuniculus dirigi potest in petra satis absissa, & prærupta ereditum, quam duplex lapideus murus, alter iuxta radicem homine cubitos duos altior, alter magis celsus prope verticem eingit: & ab inferiore ad superiorē mutum per semitam angustam, & præcipitem ascendiuntur. Tamen fulminatores quingentia ab Osulleano dispositi arcis fenestræ, turres, atque pinnas plumbeis globulis obruunt propugnatorem remouentes, illique defendendi potestatem adimentes. Trepidū propugnatores sinistre, aduerfoque marte rem gerunt, ingente pauore omnium peccora percurrente: alij bombardas, dum explodunt sulphuris impulsu dirumpunt: alij se sulphure casu comburunt. Interim missi ab Osulleano hastari primi muri foribus admoto igne consumptis, per petram reptantes ad secundum ascendentives valvas partim incendunt partim effringunt. Iamque castellum subruere incipiunt, cum propugnatores metu perculti in deditiōne veniant. Quibus inermibus ex pacto dimissis, arx diripitur. In ea Hispanum argentum, quod ab Osulleano Thadæi filij receperant, & alia varia opes ab accolis

accolis custodiendæ repositæ inueniuntur. Hoc, & alia duo castella Chorirupem, & Munitum incundi prospectus, quæ Muscrae principatus finibus continentur, Osulleuanus Carolo tradidit præsidij custodienda. Ipse Corcachanum agrum ad oppidi suburbia deprædatus, & militibus hybernandi cauſa per pagos distributis, iustitiæque Protestanticæ Ministris occisis, enustus spolijs in Bearram reuertitur. Hoc tempore Carolus V Vulmontus Dunkeranum arcem mille militum præsidio tenebat. Ad quem Asketinia venientes cohortim duces tres, & alios Anglos & Angloibernos genere, & militari dignitate non obscuros intercipiens Daniel Osulleani Magni filius pugna peremit.

## CAPVT. VI.

*Osulleanus & suis desertus Bearra pellitur.*

**I**n hoc æstu belli de Odonelli interitu nuncius in Iberniam afferrur, quò ij, quj Osulleanum sequabantur, spe Hispani auxili, & animo torpent. Imprimis Carolus cum tribus arcibus, quas ab Osulleano recepit, & reliquo Muscrae principatu desciscit. Daniel Maccarrha, eques Auratus Kierrius, Daniel Osulleanus, & alij Anglorum gratiani aucupantur. Titellus cum suis militibus, quorum tribunus erat, in Connachtam se arripit. Horum defectione audenter Anglus magnatibus Momonijs, Angloibernis, & vniuersis regijs copijs conuocatis millia circiter quinque militum, quorum vix quingenti Angli erant, comparat. Quem exercitum Carolus V Vulmontus Anglus

Gleaunn Bearræ præfensus creatus in vallem Asperam, ubi Osul-  
Garaibh leuanus erat, ducit, in Agro anus castra collecas, & pu-  
vallis blicè, voceque præconis editum promulgans, quo Re-  
Aspera, ginæ nomine omnibus ab Osulleuano descendentibus  
Goart impunitas promittitur. Osulleuanus ad armatos paucos  
na Kailly redactus quatriiduum continenter cum hoste pugnat,  
ager quo spacio à suis indies magis deserebatur, ita ut pau-  
annus cos super trecentos habuerit: quorum pars longè maior  
Connacthi erant. Et Connacthi quidem vno consilio  
castra, & excubias noctu relinquentes in Connactham  
iter capiunt. Quos Osulleuanus, Oconchur, Dermysius  
Osulleuanus pater meus, Gulielmus Burkus, & alij  
viri nobiles paucis comitat sequuntur cum illis, quos  
retinere non poterunt, satius ducentes fugere, quam  
sine militibus in hostis manus incidere. Ita Osulleuanus  
Aspera valle pellitur vix quindecim militibus de-  
sideratis, & hostibus trecentis id quatriiduum ferro, fri-  
gore, morboque consumptis. Regij, Bearram tota multis  
opibus locupletatam deuastant, Ardeam, & Torrenti-  
rupem arcis in ditionem accipientes, Osulleiani  
vxore, Iohanna Suinnia matre mea, alijsque nobilibus  
feminis in saltibus, & montium iugis se se occidentibus.

## C A P V T . VII.

Carbrij, & Regij vtrinque aduerso Mar-  
te dimicant; duo sacerdotes occi-  
duntur. Macmoris posseßio-  
nes affequitur.

**H**oc tempore duo Dionysij, & Florentius Mac-  
carthæ, Dermysins Odriscolis filius, Thadæus  
Omahuni

Omahuni Carbrij filius, Maurus, & alij equites Mac-  
suinai, in Carbria erant, in quos Mauritius Giraldinus  
eques Auratus Albus, Taafus Angloibernus equitum  
turma dux, Muscrij, & Faraway pedites nonnulli An-  
gli, omnes circiter quadringenti Corcacha se cōferunt.  
Illi armorum numero inferiores erant. Vtrinque ad  
Cladacham sylam paru prosperè dimicatur. Priore die  
Thadæus Muscrijs peditibus occurrent quatuordecim  
occidit, cæteros in fugam vertens. Posteriore die idem,  
Maccarrhae equites, Dermysius, & Macsuinni equites  
offendentes peditatus hostilis tumultum, circiter qua-  
draginta interficiunt. Eodem momento alij Maccar-  
rhatum pedites dissipati à regio equitatu circumuenti  
viginti interimuntur, cæteri funduntur. Fugientium  
tergis vehementer hæret eques Auratus Albus, & in  
inuim æquo locu Thadæum Octuelum cognomen-  
to Furiosum fecutus equo desilit, ferroque congressus  
duobus digitis laua manus annulario, & auriculario  
simul, & equo à Furioso exiuit. Inter hos tumultus Eu-  
genius Makeoganus integrimæ, & innocentissimæ  
vitæ sacerdos, qui Roma nuper reuersus est doctoris sa-  
cra Theologia insignibus decoratus, & in Episcopum  
Rosa à Summo Pontifice designatus, dum vestibus Ec-  
clesiasticis indutus arma spiritualia manibus gerit, altera Breuiarium altera Rosarium, tamen à regijs interceptus ferro prosternitur lethaliter iæsus, qui querenti-  
bus, atque plorantibus amicis ipsum esse à regijs occi-  
sum, mihi, inquit, miseri, vitam attulerant, sibi mortem  
consciuerūt. Cum animam exhalaret, in eius ore, cir-  
cumque faciem lucidus splendor apparuisse fertur.

Dermysius Maccarrha cognomine Ruber Conaldi  
filius sacerdos, cum pietate motus milites vtriusque  
partis vulneribus procumbentes in ipsa strage, & ultimo

mortis punto à peccatis expiatet, deprehensus à regis Corcacham defertur. Vbi cum Protestantium præmia respusisset, equi cauda per vicos attractus, patibulo suspensus, semianimis fœtus, & intestinis exinanitus in publicis locis, triste Catholicis spectaculum ab Anglis collocatur.

*Siebb  
lachra.* Post hanc contentionem equites Maccarrhæ, & socij cum cognouissent Osulleanum fuisse pulsum in Reginæ fidem venerunt præter Thadæum Omahunum, qui per inducas captus capite plectitur. Macmoris per Vallem Iuncosam, & Kierriam paucis comitatus inquietantes regios milites fugiens, & Anglis damnum inferens, vix impunitatem, Baronatusque restitutionem imperat. Ita Momoniatum bellum pacatur.

## C A P V T . V I I I .

*Osullenani casus varij, & pugnæ pene quotidianæ per septē primos fugæ dies.*

**N**unc Osulleanus hostium manus fugiens quos culetis casus, & quā periculosis, arduisq; videamus. Iter illi superandū longū erat leucarū citèr centum: tempus incōmodissimum hybernum: milites pauci quadringentorum numerum non explentes, quorum erant equites redēcim, cæteri pedites hastati, & sclopista, paucique peltati: reminatum, atque calonum maior turba. Vix omnes ab hostibus obsestæ argenti magnum pondus ipsius intercessori constitutum. Vnde effectū est, vt labores vix credibiles pertulerit summaq; discrimina adierit Quas res ordine suo breuiter enarr. Anno redemptoris nati millesimo sexcentesimo secundando, pridie Kalendas Ianuarias Osulleanus ab Aspera

valla

valle profectus inde viginti sex millibus passuum in Mustrix finibus apud locum, qui Acharas indigenis vocatur, ad noctem tentoria collocat. Postero die Kalédis laniuarijs anno millesimo sexcentesimo tertio de quarta vigilia egreslus in Baleburniam pagum sanctæ Gubentæ præsidio celebrem ante meridiem peruenit. Vbi milites, quæ quisque vota suscepserant, solutis, noua nuncupant, donaque offerunt, felix iter Diuā precantes. Quos inde profectos Thadæi Maccarrhæ filij accolaram manu collecta insequuntur, ultimos ordines missilibus carpentem, propulsique ab Osulleano alis fulminatorum iterum, atque iterū reuersi velitantur. Quo genere pugnæ quatuor horas cōtinenter dimicatur, nonnullis utrinque vulneratis. Denique cum acie vniuersa Osulleanus faciendo impetum, nonnullosque interficiendo hostem fugat. Et viginti quatuor millium passuum spacio eo die transacto in Okimahbhi populo vespertino crepusculo statuit tabernacula. Excubis dispositis corpora via fatigata milites quieti tradunt. Quos accolæ noctem totam ejaculando magis molestia, quā vulnere afficiunt. Fames quoque vehementer macerat, quia totto die nihil cibi ceperant, commeatu, quem in unum tantum diem portauerant, consumpto.

Sequente luce Osulleanus millitem per vallis Iuncosæ radicem Lomnacham versus urbem mouet, quā non procul ab itinere erat Anglorum præsidium præfecto Cuffo, cum quo, & subiectorum coacta manu Barrij Vicecomitis nepos vadum fluminis Osulleano transversum occupat. De vado ultrō, citiōque horam circiter unam globulis ignitis dimicatur. Demum Cuffas locum defertere, compellitur. In ea pugna ex Catholicis ceciderunt quatuor; Regij plutes succubuerunt, multi vulneribus sunt affecti, & plures forsitan perirent, quam-

vix

uis fuerint numero superiores, nisi Catholicis obstareret, ne eos insequerentur inedia, & la situdo. Catholici suis mortuis sepultis saeclos lecticis miliaribus alternis vi- cibus portantes eo die triginta millibus passuum iter- factis in loco inani, & ingente solitudine vasto iuxta

Aharla. Aharla sylvas int̄epita nocte ponunt statua, pr̄e fame, la situdo, somno vigilias agere vix sustinentes. Inse- quente die, cum se leguminaibus, & aqua refecissent, an- te solis ortum recto itinere tendunt. Solito more incolæ insequuntur, Gibbones, Equitis Aurati Albi ob erati, Lomachæ vrbis accolæ, Angli pauci, numero quidem plures: tamen militaris minus experti, non acie, sed tumultu contendentes. Tamen audacter, & ferociter configunt in prius, & posterius agmen, & impedimenta, quæ media agebantur, simul impulsionem facientes. Ferreis catapaultis vtrique certatur. Tam dens globu- lorum imbris circumquaque volitata, vt Osulleuanus nec mortuos suos humandi, nec vulneratos baiulandi, vt consueuerat, facultas fiat. Tantum caliginis, & te- nebratum aeris sulphurei pulueris fumus ostendit, vt pars vtraque partis alterius intuitu s̄epe priuetur. Post- quam per octo continentem horas ita contenditur, ad

Cuill na noctem in Syluam monachorum Osulleuanus peruenit: Monach. vbi ignes instruuntur. Nam simul ac pugna cessabat, fri- gus hyemis durissimæ torquebat, & milites, quos post fa- Syla- monem inedia inuasit, caulisbus, & radicibus herbarum, ar- chorum. borumque frondibus vescuntur.

Postera luce procedentium nouissimis ordinibus ha- 5. dies stilium bombardiorum pugna instar donec ad Duno- itineris. chellum castellum fuerit ventum, quod cibum inueni- endi cupidi milites expagnant. Quidquid erat parati cibi, qui primi irruperunt, protinus deuorant. Cæteri ad tritici, fabæ, hordei granis vescendum instar pecudis sese

sese vertunt: sarcinasque portates millia passuum circi- Muni- ter viginti emensi in Sulchode pago cōfident. Hoc dic mentum Dermysius Osulleuanus filius natu secundus annū agens noue secundum pauperis Bearri fidei commissus relinquitur, sylue. qui à quibusdam nobilibus clam nutritus biennio post 6. dies in Hispaniam transmittitur.

Hinc summo mane ad Felimi montem versus iter at- tripiunt. Quà copiæ longè maiores ab Vrmonio Comite missa viam obseruant. Ea re cognita Catholicos ingens metus inuasit. Quia tamen cō res erat deducta, vt hostiis volentibus iniuiti præliari cogerentur, illos prius aggredi constituant. Quod hostes cum comperissent, maiori pauore perculsi loco excesserunt. Cæterum fame vehementer opprimente Thomas Burkus, & Daniel Omalla cum peditibus sexaginta prædam, cibumq; queritandi causa Osulleuanus in iuſu à via paululum digrediuntur. Hos repente hostes adorti, Danielem cū militibus viginti interficiunt, Thomam capiunt, cæte- ros fugant, quos Osulleuanus subsidio vniens protexit, Thomamque statim fractis vinculis ab hostiis fugientem cum galca quidem, sed ense, hasta, pugioneque spoliatum recepit, & in Leatracha pago constitut: vbi in Le- ecclesiam satis angustam, eiusque xylistum suos coniicit. trach. Erat in eo pago castellum, à quo glandium missu, & propugnatorum eruptione per totam noctem infestatur. Castelli impetum sustinet, & vberiorem hostium turbam non procul castram etiam districtis gladijs, bombardis dispositis, & intentis hastis in singula mo- menta præstolat, militibus alternatim vigilias agen- tibus, somnumque carpentibus.

Iam dies erat Ianuarij sextus, cum albente cœlo pro- 7. dies cedenti Osulleuanus concitata ignitorum globorum itineris. tempestas illuxit: erat quippe hæc quotidiana salutatio,

qua illum iubebant hostes, & vespere discedentes valere, & mane venientes salvare. Per diem totum agmini ultimo pugna continentet imminet, utrinque nonnullis cadentibus, non eó tantum Osulceuano iniqua, quod pauci cum multis signa conferebant, sed etiam, quod aduersus recentes, & vegetos defesi, & saepe præium inibant. Missilibus solito morte certatur. Cum Osulceuanus subsistit, hostes terga dant, cum progreditur concitato cursu sequuntur. Nocte certamen dirimente in Brofnacham vicum Osulceuanus peruenit.

Brofnach.

CAPVT. IX.  
*Osulceuanus in summum discrimen dedux  
 etus quam miro artificio Dermisij  
 fuerit liberatus!*

**H**ic in summum discrimen Osulceuanus videbatur deductus, quod Sininnum amnem amplius, & nauigabilem non poterat transmittere, phallis, atque nauigis ab hoste remotis, & cauto pœnis acerbissimis, ne illum yllus portitor transportaret. Propter inediā etiam milites viribus destituuntur. Ob id animos omnium ingens desperatio subit. In hoc ancipiū statu rerum pater meus Dermysius Osulceuanus secundum breui conjecturum, & famam militum extinctorum proficitur.

8. dies **D**ostero die qui septimus erat Ianuarij mensis, Dermisij consilio in Brofnacham densissimam, atque tutissimam syluam sese abdentes, & cœsis arboribus in valli speciem compositis, fossaque leviter facta circumuallantes, biduum duas naues ex viminiis, & arboribus constructas, equis duodecim occisis, quorum corijs nauigia inter-

De bello quindecim annorum. 191

integuntur, & carnibus omnes vescuntur præter Osulceuani, Dermysium, & Dermysium Chuallachanum. Nauis, cuius Dermysius fuit architectus hunc in modum conficitur. Vima in crassiore parte terræ infixa, & ad medium inuicem reflexa, restibusque reuincta corpus nauis constituebant: cui è solida tabula statuina, transtraque interius adduntur. Exterius corijs vnde decim equorū cooperitur, remis, atq; scalmis coaptatis. Carina, & materie i necessitate, & faxa, cautesque vitandi causa erat plana: longitudo pedū viginti sex, latitudo sex, & altitudo quinque, præterquā quod ad fluctus propellendos prora magis aliquantum eminebat. Altera nauis, cuius construendæ equites Omallæ magistri erat, viminiis sine iugis contexta habens carinam circularis formæ instar parœ, & latera longe altiora, quam carina exigit, contenta fuit vno equi corio, quo carina est obducta. Haec naues ad Sininnum Oram nomine Portulachanum militum humeris nocti portabantur, quibus Osulceuanus suos clam trajectecepit. Omallæ milites decem suam nauim condescendunt. Cæterum nauis, cum parua, tum inepta structuræ pondere pressa in medio flumine cum hominibus obruitur. Dermysij nauis, que triginta simularmatos capiebat, alios in columnas transtulit, equos nantes à puppi loris trahens.

Oriente die post milites transmissos Donatus Makeogenus, qui Sylvas Rubras castellum prope tenebat, armata manu impedimenta circumueniens, cœpit sarcinæ diripere, calonum cruento solum spargere, sœminas Rua incusso pauore in flumen iniçere. Thomas Bui kuscum Sylva hastatis circiter viginti, totidemque fulminatoribus in excubijis, & insidijs ab Osulceuano dispositis, vi commodius cæteri flumen traducerentur, nos in pugnam cohortatus Donatum improviso adortus cum comitibus quindecim

quindecim interficit: reliquos vulneribus ferè affectos in fugam vertit? Catapultarum sonitu excitati accolat ad utramque ripam fluminis confluunt. Quare Thomas cum excubitoribus, feminæ, calonesque trepidatione tanta, & tumultu nauiculam implendo submergunt, ita tamen proxime ad oram, ut nemo perierit; & nauis iterum aquis subducta excubitores traiecit. Calones alij nando flumen penetrant: alij non facta per accuratestes accolas transmittendi potestate in varias partes dissipati sele occultant. Nauim ne sic hostibus vlti, Osulleanus iubet dilacerari populi, ut pugnem obvium zinius erit. A iudicio meo multa populi stivani sionq audito inv. 1581 CAPVT. X. upo v. omnia:

*Osulleuanus regias copias longè superiores numero mire fundit.*

*E*x amnis oris Osulleano proficiscenti ne momento quidem temporis ab hostium occursumtibus vacatio datur. Illum Omadinus incolatus tumultu conflato missilibus carpit. Quibus nihil territus Osulleanus cum in Planiciem Comitis pagum an Earla ante meridiem venisset, milites fame pressi duas in partes fese diuidentes alternis vicibus impetus hostium cies Co-sustinent; & ædes ingressi, tritici, fabarum, & hordei missis. Sicutinas colligunt, granisque, & zithi, vel ceruisia potu fese reficiant. Quod cibi, & potus genus siccis palatis, & esurientibus ventribus Nectar, & Ambrosia videbatur. Quidquid aliud alimenti in pago fuit, incola dimoutrant. Hinc Osulleanus procedens armatos octoginta preire, mox impedimenta sequi iubet, ipse cum militibus dacentis (nam non plures tunc habebat) agmen claudens. Hic aliquot defessa iumenta relinqueret,

*Macchiae*

quiere, & milites nonnullos, vel via fatigatos, vel via neti bus affectos deserere in sequentiā ejaculatione cogitur.

Ad locum nomine Acharem cum peruenisset, Henricus Malbus Anglus, Thomas Burkus Comitis, Clancricharde frater, & Richardus Burkus cum quinque perditum cohortibus duabus equitum turmis, & accolarii manu veniunt ob quam: qui equorum hinnitu, armorum intermitentium fulgore, clangore tubarum, modulis tibiarum, tympanorum militarium sonitu paucitatis Catholicorum mentes perturbant, ingenti latitia perfusi, & ante victoriam triumphantes. Catholici vehementer timore perculti sunt. Milites octoginta, qui præstant, impedimenta præsidio nuda relinquentes ad primum hostis aspectum fugam arripiunt. Ceteros Osulleanus ita alloquitur.

Ita cum tulerit casus infestus, nostraque fors infelissima, ut non de opibus, non de patria, non de libertate, atque coniugibus nostris iam nobis hodie cum hostibus haec contentio sit, sed de vita nostra, qua sola nobis supereft, hoc temporis momento lis armis discernatur, quis vestrum (per immortalem Deum rogo) non eligit in acie, potius dimicans gloriose cedere sanguinem suum vindicando, quam, sicuti pecudes, qua nullam rationem decoris habent, sed suigiendo inultus interim? Praeclarè maiores nostri viri animi magnitudine insignes nunquam non honesta morte fuga dedecus vitarunt, etiam tum, cum fuga locus esset. Eorum vestigia sequi nobis quoque speciosum erit, præsertim cum fuga minimè salutem posset asserre. En planicies longè, latèque patens sine paludibus impeditis, sine dentis sylvis, sine latebris vllis, quibus fugientes oculantur. Populi finitimi nihil nobis tuti sunt. Auxilio nobis nullus venit.

Achare  
em  
Omanni

Vias, atq; calles hostes obsidet. Nos etiāl ogo itinere la si sumus inhabiles currendo. Quidquid ergo præsidij reliquum est, id reuera totum in animi vigore, brachiorumque fortitudine collocatur. Igitur agite, & obstate his, quibus animo, robore, rebus gestis, fide sacro sancta præstatis. Recordemur per hosce dies hostes, vbiueque nobis occurrerunt, suis diuino quodam munere fugatos. Desuper à Deo victoriam dati credamus. Christum Domini in periculis extremis suis adesse, & pro eius nomine, & sanctissima religione cum Hæreticis, & eorum fautoribus nos manus conserere cogitemus, nihil cimentes inanem hostium multitudinem, qui non concurrent ad rem gerendam tot, quorū nos sumus, nedum tam præstantes. Quin eos terga daturos spero, cum uos aduerso vultu resistentes cognouerint, ut vos fidé, fortiterque facturos spero.

Quibus verbis Osulleuanus finem vix imposuit, cum in eum regiuseQUITATUS laxatis habenis inuehitur, pedites hastis transfigere, & vngulis equorum terere, ordinisque turbare conans. Infestū equitatus impetu Osulleuanus declinaturus per locum, qui proximus erat humidum, & viginosum ad ratum, & humile arboretum versus non longe distans aciem ducit. Equites regij ad pedes descendentes eum hastatis suis sese coniungunt: & utrique per vligitiem currentes Osulleuanum anteuertere, & arboretum præoccupare properant, acie iam non satis composita, ordines laxantes. Regij vero bombardarij Osulleiani tergo acriter instant. In quos Osulleuanus Gulielmum Burkum cū quadraginta scolopistis mittit, qui fulminatoribus quatuordecim amissis ab hostis multitudine ad Osulleuanum rursus compellitur. Eodem temporis momento Osulleuanus agmen in hostis aciem, que intra iaculi missum aderat, repente

retor-

qdet à nobilibus, & magnanimitate secutus, à trepidis vero & ignauis desertus. Quo repentino, & inopinato redditu apud regios magna trepidatio subito oritur: qui in ordines coire iusti, alij in ultimos ordines refugunt; alij sequentes alios in vertiginem sese circumagunt; alij se fugæ mandant. Nobiliores tamen, & fortissimi quisque animis prædicti loco firmi Osulleuanum aduersi spectant. Ante paulò, quam ad hastæ longitudinem venit, fulminatores viginti, quos Osulleuanus circum primos ordines habebat, regios undecim glandibus prosterunt. Mox utriusque partis patrōni strictis gladijs, & hastis vibratis concurunt. Primum Mauritus Osulleuanus cohortis dux cum Richardo Burko congregatur, sed priusquam gradū firmavit, à Richardo, qui loco firmus stabat, hasta in pectore percussus prosternitur supinus, illè suscitamen cataphracta munitus. Richardo secundū conanti hasta impetrere Dionysius Ohin guerdel gladij ictu dexteram manū amputat; eum etiam Mauritus celester surgens hasta transfodit, & semiuium iacentem Hugo Ophlinius ense finit. Dermysius Ohuallchanus, & Cornelius Omurchuus Malbum occidunt. Inde confusus, & vsors alios alijs miscebatur, dimicatur. Inclinata in regios pugna, Thomas Burkus, qui erat graui armatura induitus, asseclarum opera equo impositus elabitur. Reliqui, facta corporū, & armorum strage non sensim, sed effusa fuga proximum castellum Achatem petunt. Osconchur in pugna fortissimo cuique par victoriam clamat. Fugientium tergis hærent viatores. Ac illi quidem, qui in aduersos hostes cum Osulleiano proruere non sunt ausi, auersos concitato cursu sectantur, gloriam victoriae ab alijs obtentæ magno clamore sibi arrogantes, & intempestui timoris dedecus sera, & falsa magnanimitatis specie purgare

B b

cupien-

H: pug  
na publ  
ca specie  
habet.

cupientes. Haud tamē longē fūsos, sequuntur, quia Osul-  
leuanus receptā canere iūsūt, conspicatus Iohannem  
Bustokum cum cohortibus aliquot fugientibus suppe-  
rias venientem, qui vñācum illis in Acharem castellum  
se recipit. Dum hōc accidit, Malbij bombardarij, & tu-  
multus eorum, qui Catholicorum agmēn sequentes to-  
tam diem telis infestabant, Osulleuanī impedimentis  
diripiendis occupantur, & acie regiā fusa, fuga etiam sa-  
lūtem petuant. In pugna regiū circiter centum cecide-  
runt, copiarium flos, Malbius imperator, Richardus Bur-  
kus, signiferi tres, et eidem cohortium tesserarij, plures  
manipulorum doctores, ceteri fere equites Iberni, An-  
gloiberni, & Angli. V̄ictores quatuordecim, quos memō-  
raui, succubuerunt. Osulleuanus aī mis, & insignibus ho-  
stis collectis eo vespere, & nocte sequente circumfluen-  
tiū hostium multitudinem fugiens per Okealla fines  
tanta celeritate fertur, ut nonnullos milites in itinere  
lassos, & somno pressos reliquerit.

## CAPUT. XI.

*Bidui sequentis aerumnæ repe-  
tuntur.*

11. dies

**P**ostero die sub auroram Diuæ Mariae monte su-  
perato, Osulleuanus cum proprius ad pagos ac-  
cessilicet, Anglorum tympanis pulsatis, & insig-  
nibus ostensis, quæ hostibus ad Acharem superatis ce-  
dūt. *Sliebb* pit, suos milites Regios, & Anglicenses simulat, ne ab  
incolis cibaria oculantur. Quæ tamen ars illi minime  
*Maria* profuit, namque pecudibus, & armentis amoris, cibo,  
potuque abscondito, vel in castella relato, Macdauid  
pagorum

pagorum dominus magnō hominū numero, sed maiori  
parte inermi cōflato eum missilibus eminus petat, toto  
die infesté securus, cibo prohibens. Osulleuanus in O-  
phlinni montem, sylvas densas se vespertino crepusculo  
abdit. Vbi ignibus accensis milites perpetua superiorū  
noctium vigilia, ingenteque labore vexati lassa corpo  
Sliebb ra quieti tradere vix cōperunt, cum quidam ad eos ve-  
Iphlinni-  
nit, nunciatum accolis deliberatum, atque fixum esse, Mons O-  
eos summo manē circumuenire, & delere. Quamob-  
phlinni-  
rem maioribus ignibus, perinde acsi adēscent omnes,  
accensis, citò discedunt, ingentes labores propter itinē-  
ris, atque temporis incommoditatem perpertientes. Ita  
pluia obruantur, ut præ gravitate vix madida vesti-  
menta sustineant: in aliam niuem, velut in fouēas de-  
lati hauriuntur: dumque alij ab alijs leuantur, potius  
commilitones derrahunt, quam sequuntur. Nequētenē-  
bra minus molestiarum afferunt: namque si qua sydera  
internitebant, arborum rami, alijs alio implicati, & per-  
petuā scēpē obijcentes conspicere prohibent. Ergo  
non aliter, quam cæci errant ad sonum nota vocis cō-  
euntes. Quin & ventus, qui quatiendo ramos, maio-  
rem, quam pro flatu, sonum reddebat, non parum  
vsum aurium intercipit. Tamen scientia ducum iti-  
neris syluam penetrant, milia passuum quatuo  
ementis.

Albente celo cum accolæ Macdauide Duce statua  
ab Osulleano deserta circumstantes, nihil præter ig-  
prof-  
ficiens inuenissent, fugientis vestigia secuti, illum hora  
dici circiter nona nocti missilibus premunt, donec in  
editi collis cacumen sit ventum. Vbi nonnulli Osulle-  
uanii milites, quos vires lassitudine, & fame deficiebant,  
iurant se potius cum hoste extremam belli fortu-  
nam tentaturos, quam loco discessuros, priusquam ci-  
12. dies  
prof-  
ficiens.

bum, & somnum capiant, in idem iusurandum cæteros adigentes. Osulleuanus negotio non deest; eos hortans, ut in virtute spem omnem reponant: nec in militibus quidem, quamvis paucis, quippe qui non plus sexaginta pugnando habiles extabant) & labore confectis ad præsum studium, atque virtus desideratur. Nam celestiter se instruentes faciunt copiam dimicandi. Hostes rati eos, qui, vel magna rei bené gerendæ fiducia pugnandi potestatem faciunt, vel ærumnosam vitam perosi honestam mortem expertunt, inultos non perituros maluerunt ad uxores incolumes redire, quam salutem in discriumen deducere. Osulleiani milites duobus interfectis equis, postquam omnes ad satiatem comedentur, præter tres, qui, antea etiam equina carne vesci noluerunt, ad noctem usque horas circiter sex somno longo, placidissimo quoque capiuntur. Mox peronibus ex equorum corio factis ( nam consumperant calceos ) in syluam, que Diambhórrach idest solitudo nuncupatur, cursum diligunt. Quam cum ingrederentur, sopore rursus obbracib. primum sine ullo ordine dissipati stratis paßim cōsuludo poribus, periculi oblii, quo quemque lecōfors colloctabat, inducem quiescent. Quod Osulleuanus animaduertens, latque secum esse tantum comites duodecim imperat ignem fruere, ratus id quod fuit, vagos cum expurgiscerentur, ad flammarum concursuros fuisse.

## CAPUT. XII.

## Ærumnae tridui recensentur.

13. dies  
profe-  
tianis.

**C**VM dies illuxisset, aecolæ noui ignis mysterium in tanta solitudine spectatum venientes, cum multum

multum diem cum Osulleano sermone consumpsissent, cibum etiam gratis attulerount, Oliuero Lombardo Connachtæ præfecto referentes, à bubulcis ignem illum extructum fuisse. Hic Catholicorum nonnulli ob temporis asperitatem, & viæ longitudinem pedibus ægrotant. Oconchur summoperè laborat. Cuius rei causa sequentem etiam diem ad noctem in ea sylua Osulleanus commoratur. Nocturnum iter omnibus necessarium erat, sed Oconchuri eō acerbius, quod equo incedendi facultas non erat, itineribus publicis, & equo perαιjs ab hoste passim obfessis, & ideò tendendum per calles angustissimos, atque adeò impeditas valles, ut non, nisi alius ab alio subleuati sepe enterentur. Itaque Ocorchur, qui supinus humi iacebat, ita pedes alloquitur. An non superiorum noctium tredecim difficillimos casus pertulisti? Cur vnius laborem exhorteris? Nonne, molliissimi pedes, mihi caput charius, totiusque corporis fas illius iucundior vobis est? Quid prodest haec tenus fugisse, si modò vestra ignauia in hostium manus incidimus? Efficiam præfecto, ut hanc segnitiem discutiatis. Mox quam maximo potuit neruorum conatu, & armorum pondere pedestris inquietis, saniemque, pus, & sanguinem exprimens, surrexit, cum cæteris iterfacere incipiens. Tum verò dux itineris requirebatur, quæ Deus prouidit. Nam homo in lea ueste induitus, pedibus nudus, per tempora candida vitta cinctus, oblongum stipitem ferrea cuspidé infixa manu gerens, & forma ad iniectendum terrorem apertissima factus obvius, Osulleuanum, & cæteros salute impertit, & ab illis vicissim saluere iussus sic exorsus est. Scio vos Calholicos esse varia calamitate depresso, hereticorum tyrannidem fugere, ad Acharen collem regias copias fudisse, & ad Orruarkū, qui millibus passuum quindecim hinc distat, vadere, sed

14. dies  
profe-  
tianis.

35. dies  
profe-  
tationis.

duce indigere. Quamobrem me cupido inuasit, vos cōducendi. Osulueanus animo diu pendens cum demum homini fidem habuisset, auctos numeros ducentos ei numerari iussit. Quos ille recipiens, hoc munus, inquit, non in præmium, sed in vestri erga me grati animi significationem accipio, quigrato animo statui hoc meum officium in vos conferre. Carpentibus iter caligo noctis, ignota regio dux suspectus metum multiplicat. Lubrica saxa vestigium fallentia, nix vento cumulata, lassitudo, pedum tubera variè miseris fatigat. Præter omnes Oconchur torquetur, crescentibus doloris causis. Illi magnas pedum, atque crurum partes occupat inflammatio; inflammationi liuor succedit: pustulae in palloris lecum transeunt: in tuberculorum sedem ulceræ serpent. Vehemens erat cruciatus, eoque solum tollerabilis, quod propter Christum Iesum fetebatur. Summa quiete noctis in humilem pagum nomine Montem Vicarij veniunt, vbi igne, & venali cibo refectum discedere constituant Oconchur, cuius vltoribus ignis crustas obduxerat, non poterat stare, nedum ambulare. Illum commilitones quaterni humeris vehunt, donec iumentum derelictum, senio confectum, strigosum, vtroque lumine captum offendant, in quod illum imponeant, nullo immisso frēno, nullis stratis ephippis, acutis macri dorsi vertebris assessorum pungentibus, alij cæcum iumentum ducunt, alij verberibus agunt. Cum Corsliebho monte superato, in planū esset deuentū, Oconchur pedibus cepit incedere. Post diem exortum dux ostensa procul Orruarki arce Osulueanum, & cateros valere iussit, confirmans omne periculum esse declinatum. Illi hora diei circiter undecima in Lictrum castellum veniunt ad numerum triginta quinque redacti, quorum erant armati octodecim,

calones

calones sexdecim, & una feminina. Cæteri, qui plus mille fuerunt ex Beatra profecti, vel perierunt, vel à duce desciuerunt, vel lassitudine, seu vulneribus in iteru nere detinebantur. Aliqui, bini, ternique sunt secuti. Illud miror Dermyshum Osulueanum patrem meum senē fētē septuagenarium; & fragilis sexus fēminam eos labores strenuē sustinuisse, quos iuuenes ætate florentes, atque nérvis validissimi & aquam perferre potuerunt. Orruarkus Osulueanum honorificissimo hospicio recipit, ægris curationem adhibere, & omnibus res necessarias administrare iubens, sicut & Maculliamum, & Macguirem ad se pulsos protegebat. Osulueanoque suppetias iturus erat, si hic diutius cunctaretur.



DOMINI

## PHILIPPI OSVLEVANI

BEARRI IBERNI.

TOMI. III. LIBER. VIII.

*De bello quindecim annorum.*

**O**VOMODÓ maximis præsentis belli ducibus vires contusa sint, est explicatum. Adhuc non nullus conflictus scitu non indignos: urbium Momoniatum motus: quemadmodum Anglia Regina defuncta, Scotia Rex Iberniam obtinuerit, & an iustum bellum Iberni gesserint: ut hic tomus absolutatur, enarrabo.

## CAPVT. I.

*Aduersus regios Osulleuanus, & Macguier secundè pugnant, & hic posse fuisse recuperat.*

**O**sulleuanus apud Orruarkum dies aliquot comoratus cum milites paucos fugæ reliquias refecisset, ipse, Mauguierque Richardo Trello, atque trecentis armatis comitati, sed calonibus, & inermibus pluribus sequentibus, ut cum Onello de bello redintegrando agant, proficiscuntur, iter difficile suscipientes. Nam Onellus millibus passuum amplius centum

## De bello quindecim annorum.

197

tum distabat: flumina tria, quæ tunc hyberno tempore pedibus adiri nō poterant, in Erium, inclivum lacum influentia erant traiicienda: ex interiacentibus regionibus præter alia loca lacus totus cum suis insulis, ceteraque circumiacens Macguieris ditio regijs præsidij stenebatur, duce Cornelio Macguiere cognomento Rubro Macguieris patruel, qui partes Anglorum secutus, & à sua factione Macguier creatus a ceteris Macguier Angliensis nominabatur: & ad Regina gratiam multos Iberos, maximè Macguiericæ gentis obseratos, & clientes conuertit, cum tamen ab Anglorum delusa Religione, non minus, quam alij semper, abhoruerit. Osulleuanus, & Marguier oblatis ad votum pontonibus flumina traducunt. Cuius rei nescii Macguier Angliensis, Omelachlinnus, & Laurentius Esmundus cum armatis quingentis ex statuis per lacum lintribus, nauigisque velti fluminis ultimi vadum nomine Bealtarbertum, frustra obsident, Osulleano, & Marguieri obuiam ire cupientes. Osulleuanus, & Macguier millibus passuum sex ultra vadum ea nocte confederunt. Postridie, cum comperrissent hostes ad vadum in insidijs distineri, eorum castra, quæ sex alijs millibus passuum aberant, aggressi capiunt: in illis ea die, nocte que comorantur, protpugnatoribus quinquaginta patibulo suspensi, & magna armamentorum, gregumque præda congregata. Postero die Macguier ratus eam opportunam occasionem præzendit, qua hostes ad vadum millibus passuum duodecim distans præstolabantur, cū militibus ducentis expeditis castris egressus per socios, & sautores Anglorum incursions facturus ire contentur. Osulleuanus, cui solum armati centum erant reliqui, veritus, ne absente Macguiere ab irruente hostis multitudine, cuius aduentum timebat, opprimetur, castris direptis,

Beal  
Tarbert  
Os Tar-  
berti.

*Alfarca.* direptis, incensis tentorijs ad Alfarcanam densam syl-  
uanum cum spolijs se recipit. Breuiissimo post tempore  
hostes, qui allato castrorum expugnatorum, prædaque  
ablatæ nuncio suis nauigij sunt reuersi, non procul ex-  
positi cum in Osulleuanii conspectum peruenissent,  
aciem vindice animo construunt. Osulleuanus primo  
loco dispositos armatos habens, a tergo calones, pueros,  
atque feminas longos stipites pro hastis gerentes, velut  
in subsidj collocat, ut multitudine hosti incederet  
terrem. Regij fiduciam, quam Osulleuanus rei benè  
gerendæ præferebat, admirati, & multitudinem, cuius  
fama etiam numerum superabat, contemplati, Mac-  
guierem cum militibus ducentis abesse ignari, multum  
diem anticipates consumunt, an expediatis pugnā cōmit-  
tere. Interea sub vesperū Macguier cum ingente præda  
incoluntis redit. Regij suam sortem excrantes, quod  
Osulleuanii arte delusi victoriam ex manibus dimise-  
rint, pedem referunt, castrorum direptorum, prædaque  
amissæ testes, & animo tuendi tantum præsidia, quæ in  
lacus insulæ habebant, donec vberiores copiæ subsidio  
mitterentur, nauigia petunt. Erat in itinere, quo tende-  
batur ad naues, vetus munimentū desertum, è minutis  
lapidibus conditum, fossa circumseptum, & celsis arbo-  
ribus ad marginem constitutum (Onelli castrum indige-  
nis nuncupatur, quod in eo solitus erat Onellus Mac-  
guierem inaugurate.) In id castrum regij contemplan-  
tibus Catholicorum exploratoribus ea nocte se reci-  
piunt, quod ante tenebras non poterant ad naues ve-  
nire. Inde proxima luce profecti ad nauigia hora post  
solis exortum circiter quarta cum venissent, Edmundō  
cum paucis transmisso, à Catholicis, qui agmine tacito  
sequebantur, repente dato pugnæ signo circumueniun-  
tur. Repentino, & inopinato casu perterriti alij tanta  
con-

contentione, & tumultu nauiculas condescendunt, ut nō  
nulli deprimentur, alij tanta multitudine proxima na-  
uigia onerant, ut vna cū illis se submergant: alij in lacū  
se precipitantes armis graues in profundū hauriuntur:  
alij ab Ibernis iugulantur. Vna fuit nauis cateris paulo  
maior, quæ cū fuisse interius fugientibus impleta, exte-  
rius etiā pauidis circumdatut, qui à summis scalmis  
penduli, vnicisque manibus nauem tenentes ascendere  
nituntur. Quo in statu fuisse, quo natus erat ad aggetem  
alligata, deprehēso ipsa glandium imbre obruitur. Sed  
tamen fune scisso euanis, plerisque eorū, qui pendebant  
vel iaculo confossis, vel lacu submersis. Angliensis cū  
filis duobus, & militibus tribus parva lintre vix salutē  
fuga petit. Cum Omelachlinno quadringenti ferro, &  
aqua perierunt. Inde Catholicis in lacus insulas vestis,  
præsidijs septem captis, propugnatoribus suspensi, An-  
gliense, & Esmundo fugatis Macguier in integrum fere  
restituitur.

C A P V T . II .  
*Macguier, & alij in Anglorum gratiā ac-  
cipiuntur. Oconchur Scotiam petit.*

*Osulleuanus ad Orruarkum re-  
uertitur. Alij pacantur.*

**M**ox Osulleuanus, atque Macguier tridui itine-  
re præteritis Anglorū præsidijs in Conkeinā  
vallē perueniunt. Vbi cōpeterunt Onellū fuisse  
Dubhlinnā profectū pacis conditionibus acceptis, quē  
admodum demonstratū est. Unde rufus reuersi, Mac-  
guier in Anglorum amicitiam receptus est, sic ut & alij  
Vtonij secundū cōditiones Onello datas: Osulleuanus  
ad Orruarkum rediuit. Oconchur Kierius vno comi-  
tante Scotiam petens à Iacobo Rege honorificentissime  
accipitur,

accipitur, & in Angliam accito in possessiones restituuntur. Ticeillus, Gulielmus Burkus, & alij ad Anglos se cōficerunt impunitatem, & stipendum pasti. In Lagenia Raymundus Omotta redactus ad paupertatem, & a suis desertus incolumentem paciscitur.

## CAP V T. III.

*Orruarkus possessionibus spoliatus diem obit. Maculliamus in Hispania moritur.*

Mo-  
bcard.

**I**ncercà Momoniārum moribūs post Osulleanum pulsū sedatis, ex ijs militib⁹, qui aduersus eum stipendum fecerant, ex Acharemensis cladis reliquijs, Iberorum, & Angloiberorum auxilijs in Orruarkum Angli cōstribunt exercitum trium millium armatorum, cuius summa potestas Oliuero Lombardo Connachē p̄fēcto delegatur. Lombardus Martio mense anno 1603. ad citeriorem Sininni ripam non procul à Lietrimo castello copias ducit: vbi vadū traijētē tentans ab Orruarko, qui paruam militum manū parata m habebat, per dies duodecim repellitur. Nocte decima tertia cohortes septem Iohanne Bustoko duce lintribus, atque pontonibus clam transuerterāt in Mocharda peninsula, eiusque facello se vallo, fossaque citō muniunt. Locus is erat, ex quo Bustokus facile posset agros Orruarko subiectos incursionibus deprēdarī, atq; deuastare. Quod ipse probē intelligens, sexto, quā fuit in eo commoratus die cum militibus trecentis egressus prādam agit. Orruarkus nahtus adimere spolia conatur. Prælio tentato funduntur Angli. Alij cū Bustoko duce trucidantur; alij in munitiones trepidē reuertuntur, ducis amici, & manubiorum nuncij. Vītores duo tantum

cautum sunt desiderati. Ob quod non mediocris annis triętū p̄enitentia cepit Anglos, magisque proculdubio eos p̄eniteter, nisi fortuna, nusquam Ibernis nocendo fatigata tunc temporis magnoperē sauvit. Namque Thadæus Orruarki frater non vterius, qui iam Anglorum partes sequebatur, cum Orruarko de nascib⁹bus, & hēreditate contendens, ab altera partē aggrediſsus plerosque clientes, obrazatosque a fratre, auētens maiorem Breihniā principatus partem, occupat. Ipse que Orruarkus cum in febrīm vehementē m̄ incidisset, desertus ab ijs, quibus jurisdictionē demandauit, factis inducijs diem obit. Osulleanus incolumentem tanum per diffinitum, & breue iterum spaciū impetrat, in quo rerum statu Rex Hispaniæ Philippus III. Marti⁹ Cerdam legatum cum duabus nauibus sulphuris, & aliarum munitionum plenis, & triginta milibus ar-  
D. Mar-  
reorum pumorum ad Onellum & Rothericum m̄g-  
tit, qui si prius id subsidijs accepissem, arma procul dubio  
non depoluissent, illis vero depositis Regis pecuniam, &  
munitiones accipere nōluerant. Cum Cerdā Maculliamus in Hispaniam se confert. Vbi breui moritur. Ede  
quoque tempore Cornelius Odriscol, quem in Hispaniā ab Osulleano in usum suffisē docimūs, acceptis  
a Rege Catholico duobus milibus p̄ pretium in Momoniā applicat. Vbi cum Osulleanus non esset in His-  
paniam reuertitur, vxorem suam, & alias feminas deue-  
bentes, iugitor 9, annos 32, monachini in ini-  
ciis Roridob⁹ CAP V T. III. 1603. 1604. 1605.  
M. 1606.  
**Momoniārum urbium motus.**  
**P**ost Iberniam pacatam interitus Elizabetha An-  
glia Regina, quæ paucis ante diebus abiebat, & in  
gentibus cruciatibus laborans animam cōsumit,  
diuini-

divulgatur. Quo cognito Manapia, Corcachia, Lomina-  
etque Motoniarum urbes cum interieatis alijs oppi-  
dis inceris, cui principi deberent obtemperare, consilium  
libi capientes, Missarum solemnia publicè celebrare,  
pristinosque ritus ecclesiasticos obseruare curant.  
Quod anteā si fecissent, dum Iberni magnates, tota-  
que Catholicorum facio vitibus pollebat, Angli toro  
regno pulsū fuiserint. Tunc vero temporis deerant, à  
quibus iuuaretur, & defenderentur, sole verò Hæreti-  
corum potentia obstatuta non videbantur, quod & rei  
exitus probauit. Namque Anglia consilium Iacobum  
Steuuardum Scotia Regem in suum etiam Regem  
summa celeritate asciuit. Quod proculdubio nunquā  
fecisset propter antiquissimas inimicitias, quæ Anglis  
cū Scotis intercedunt, nisi inteligeretur, Angliam erro-  
rum domicilium non aliter in sua vesania fuisse defen-  
deretam, non igitur Ibernas, qui nunquam à fide Ca-  
tholica deterri, & in Anglorum sententiam duci po-  
tuerunt, & Scottis, quorum Regi Anglia scepterum he-  
reditario iure deberit videbatur, duabus bellicosissimis  
gentibus repugnantebus cum Anglia male fuisse agen-  
dum, quæ præcis quoquo temporebās deuicta illis ob-  
temperauit. Iacobō scepterum teneente Carolus Bluntus  
cum regio exercitu Dublinna Manapiam venit. Ad  
quem Iohannes Vitus Sacerdos Theologiae doctor in  
eastra eum legatione Manapia missus, etuefixi Do-  
mini imaginē gerens, & ostendens, Proregi confir-  
mat, Manapios nulli principi, qui Catholicam Reli-  
gionem vext, & affigit, libenter obtemperacuros. In  
eandem sententiam loquitur Fr. Edmundus Okealla-  
chanus ex ordine diuii Dominici, vir sanctitate, & scienc-  
ia insighis, & frater Candidus ex ordine diuii Bernardi  
vir hercle non modo nomine, sed etiā doctrina, pietate,  
moribus

motibus candidus Blunus, pre temporis angustijs, &  
necessitate qua animo agitabas dissimilans, leniter reli-  
giosos, & doctorem tractans, blandeque respondens,  
Manapiam, & alia minora oppidare cespit in ditionem,  
Corcachia maius onus in hoc inter regno sustinuerunt.  
Namque Anglorum praesidio expulso, cum Carolo  
V. Vulmone Momeniarum proprio eternius comiti-  
nus, de mœnibus pio muto, in portu & navalibus terra,  
marique duos menses quotidianis decorationibus di-  
micant. Qua contentione plures Carolianorum, quam  
Carcachorum desiderati seruntur, sed utrique paucis.  
Cum Bluntus peruenisset, cius arbitrio Carcachi se per-  
misserunt de novo Rege certiores facili. Bluntus ybi fuis  
oppidum ingressus, tres publicè suspedi imperat. Christi  
stophorum Muriaachum, virum rei militaris scictia pre-  
ditum, quod Carolianis milibus non leui detimento  
fuerit. Eugenium latine lingua præceptorem quod cū  
Christus Dominus in Eucharistia sacrosancto sacra-  
mento per urbis viros magna, totius oppidi pompa, &  
incredibili letitia gestarebatur in eum suspiciens manib-  
us expäsis. Deum oraverunt ne unquam ficeret Corca-  
che inualeat, cām potentiam quæ morem tam felicem  
sanctum, diuinumque violaret. Et Gulielmum Bulerum  
quod Dominico Sarceldo iudicis homini, plane trucu-  
lentissimo virtio veicerit crudelitatem, quæ sacerdotes,  
& sanctos atque innocētes viros capte solitus erat dama-  
nare. Inde motuum autores inquirit de honestissimis  
quibusque ciuibus acerbissime, crudelissimèque decre-  
turus, nisi illi vnius Gulielmi Meachi magnanimitas  
obstisset. Qui magis volens vnum se pro ciuibus om-  
nibus mori, quam enā cū vniuersis perire, se rebellionis  
vnū fuisse persuasore, principēq; qui ceteros omnes mo-  
uerit, & impulerit, proficeret. Quam ob assecrationem  
211 in

in carcere, & viscera coniectos, si dimitteretur abso-  
lutus, videbantur & reliqui quoque culpa vacare; si  
damnaretur, omnes eius consilij participes simili pena  
coercendi. Igitur Questionem, sicut Anglotum consue-  
tato fuit, cogitabat subire, hoc est se se permettere iudicio  
duodecim virorum, qui iudicarent, essetne reus criminis,  
vt reus iudicatus ad Anglorum iudicis arbitrium sup-  
plicio afficeretur, quemadmodum superiorius fuse de-  
stracutum est Gulielmus exercituum suorum virtuti diffusus  
duodecim Iberniacos equites, quorum nonnulli cum  
Osullevano Catholicorum partes fuerunt secuti, ad ius  
de suo capite dicendum elegit. Sed & illud hic memo-  
ria repetendum est, viros duodecim, si reus contra ius  
dictis Angli voluntatem absolvant, pena saltem pecu-  
niaaria sepe plecti. Cuius multæ meritis ne viros duo-  
decim a Gulielmo liberando terreat, Corrachi, qui suam  
salutem a Gulielmi solutione pendente sciebant, duo-  
decim viris politcentur, se pro illis soluturos omnes as;  
quo sint multandi. Equites magno non solum multæ,  
sed etiam vita periculo reum audacter, & intrepidè ab-  
solvunt, ipsi vero non medibetris summa pecuniarie dæ-  
nanci, cumque Corrachi nummos non reddidissent  
equitum alij tristis multitudine fuit ad pauperem re-  
ducti, alijs, qui non erant soluendo, exteras gentes pe-  
tunt. Gulielmus quodq; carcere dimissus in Hispaniam  
se contulit, ubi quadraginta nummos aureis menstruis  
a Rego Catholico donatus moritur.

**C A P V T . V .**  
Onellus, & alij, qui bellum gesserant, Re-  
gem in Angliam adeunt.

His

**H** Is diebus Onellus, Rothericus, Osullevanus,  
Asper, & alij magnates Iberni in Anglia erant,  
quó causa nouo Regi graculâdi, & de rebus suis  
agendi, se contulerunt. Osullevanus nullo modo potuit  
finium suorum restitutionem, aut impunitatem impe-  
trare. A Rege vero Catholico, ad quem fugit, trecentis  
nummis aureis menstruis, & cruce equestris ordinis Divi  
Iacobi (qua etiam eius filij Daniel, qui brevi diena  
objit capite forte vulneratus, & Dermysius ornati fue-  
runt) & Comitis titulo donatur, & Dermysio patri meo  
quinquaginta aurei singulis mēsibus, & alij multis alia  
beneficia assignatur. Onellus iubetur à Iacobo Rege pos-  
sessiones suas retinere, & Comitis Tironæ titulo con-  
tentus esse. Rotherico principatus Odonelli relinqui-  
tur, Comitisque Tironellæ titulus donatur. Aspero  
ille tantum possessiones, quas habuit prius, quam ad  
Anglos defecerat, adiudicantur, & Baronis titulus of-  
fertur. Ille ira percitus titulum accipere noluit, & in  
Iberniam postquam rediuit, Dublinna in senatum  
ad regium consilium productus senatores, & gentem  
Anglicam asperitas verbis exagitat, non ab Anglis,  
sed ab ipso Catholicos fuisse deuiditos, atque debella-  
tos, & Iberniam Anglia Coronæ defensam : a consilio,  
& Anglis improbè & perfidè cum ipso agi, neque fi-  
dem impleri. Inde se ipsum, quod vñquam Anglis  
fidem habuerit, & eos adiuuerit, execratur, di-  
isque imprecationibus deouerit. Itaque, vt  
Asper erat asper, sic asperri-  
me perorauit.

**C****CAP.**

## CAPVT. VI.

*Post bellum quis fuerit Iberniæ status?*

**I**Ta bellum hoc conjectum est, Ibernia pene tota deuastata, & eversa, ingenteque inedia, & fame omnes inuadente, qua multi compulsi sunt canes, atque catos edere: multi ne his quidem suppetentibus perirent. Neque homines tantum, sed etiam bruta fames occupat. Lupi syluis, & montibus egressi homines inedia debiles inuidentes laniant. Canes foetida cadauera, partimque in cinerem versa sepulchris extrahunt. Iraque nihil erat, nisi squaloris plenum, & vera Troiæ diteptæ imago à Virg. lib. I. Æneid. descripta.

*Quis cladem illius noctis, quis funera fando  
Explicit? Aut posuit lacrymis aquare dolorem?  
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.  
Plurima perque vias sternuntur inertia passim  
Corpora, perque domos, & religiosa Deorum  
Limina: Nec solipnæ dant sanguine Teucri.  
Quondam etiam viëtis redit in præcordia virtus.  
Victoresque cadunt Danai: crudelis ubique  
Luctus: ubique paucus, & plurima meritæ imago.*

Ob hoc Iberniæ vniuersum pene excidium multi Iberni per exteras gentes se se diffuderunt. Ingens turba in Galliam, longè maxima in Hispaniam confuxit. Exules causa fidei benignè, comiterque à Catholicis exceptiuntur. In eos Rex Hispaniæ fuit tanto amore, ea pietate, & munificentia, ut vix illus possit, aut oratione complecti, aut animo assequi, quantum illi debeat:

beant: omnes principio quā honorifcentissimè suscepit donis ornans: nobilioribus monstruos nummos vestigales pro sua cuique conditione, assignans alijs militare stipendum constituens. Ex illis in Gallia Belgica legionem conscribi iuslæ, quæ prius sub Henrico, & post Henrici interitum sub Iohanne Onelli principis filijs contra Batauos fideliter, & strenue pugnauit. In regia quoque classe maris Oceani cohortes aliquot stipendum fecerunt magna virtute præstantes. Post Catholicum Regem inter Ibernorum exulum patronos clarissimus Brigantia Dux Lusitanus, Cardinalis Surdis Burdigalæ Archiepiscopus Gallus, Carazenæ Marchio Hispanus, & Fabius Onellus Vallisoleti urbis diues ciuis non insimum locum obtinenter.

## CAPVT. VII.

*An Iberni iuslæ gesserint hoc bellum?*

**E**X historia nostra verissimè tradita planè colligitur, ab Ibernis contra Reginam Angliae, & Regiae factionis Ibernos bellum aquæ, & iustæ fuisse susceptum. Quod aliqui sacerdotes Angloiberni neque asseuerarunt, neq; Angloibernis, & Ibernis susserunt. Quos contra malo in præsentia iudicium doctorum Salmanticæ, & Vallisoleti clarissimorum gymanasiorum producere, quam in re tam aperta, & conspicua disputare. Id Catholicorum Iberniæ bellum gerentium rogatu serò prolatum ita se habet.

Censura Doctorum Vniuersitatum Salmantice, & Vallisoletani  
de presenti Ibernia bello, & eorundem declaratio  
litterarum sanctissimi Domini nostri Cle-  
mentis Papae VIII. super  
eodem bello.

Illustrissimus princeps Hugo Onellus bellum gerit cum Anglia Regina, & Anglis ob Catholicam Religionem tuendam, ut scilicet licet illi, & Ibernis liberè Catholicam Religionem profiteri, quam libertatem vi, & armis Anglia Regina conatur eripere. Duo nunc circa hoc bellum in dubium reuocantur: alterum est, an licet Catholicis Ibernis predicto principi Hugoni in eo bello fauere armis, & quibuscumque alijs modis? Alterum an eidem Catholicis licet pugnare contra prefatum principem circa mortale peccatum, & Anglis in eo bello fauere armis, & quavis alia ratione: praserit, cum si Anglis hoc auxilio genus negent, manifesto vite periculo, aut amittenda bona temporalia se se exponant. Et praterea cum ipsis Catholicis Ibernie a Summo Pontifice sit permisum, ut possint predictae Reginae Anglie obedire, ac, ut legitimam Reginam, tributa illi soluendo, recognoscere, videntur id praestare posse, quod subditorum est, pugnare scilicet aduersus Regiam rebellium, qui debitam ei obedientiam negant, & terram illius ditioni subiectam usurpare videntur. Ut utrique questioni satisfiat, tamquam certum est accipiendum, posse Romanum Pontificem fideli desertores, & eos, qui Catholicam Religionem oppugnant, armis compellere, ac coercere, cum alia ratio non suppetat tanto malo occurrendi. Est praterea, ut firmum constitendum, Angliae Regiam Catholicam Religionem oppugnare, nec permittere Ibernos Catholicam fidem publicè colere; eademque de causa predictum principem, & ante eum alios, quos Apostolicae litterae Clementis Octani commemorant, bellum aduersus illam suscepisse. His ita constitutis, facile prima quæstio expeditur.

De bello quindecim annorum. 203

Citra questionem namque est, posse quoscumque Catholicos dicto principi in predicto bello fauere, idque magno cum merito; & spe maxima retributionis eterna: cum enim predictus princeps bellum gerat auctoritate Summi Pontificis ob tuendam Religionem Catholicam, ad idque cum Pontifex per suas litteras abortetur, & omnes Christi fideles, ut ex eius litteris constat: atque principi in eo bello fauentes multis gratijs prosequatur, acsi bellum contra Turcas gererent, nemo iure dubitauerit, & suscepimus bellum instum esse, & magni esse meritum pro Catholicâ Religione, qua omnium maximum bonum est, tuenda pugnare.

Est etiam de secunda questione omnino certum, eos omnes Catholicos peccare mortaliter, qui Anglorum castra contra predictum principem sequuntur, nec posse illos aeternam salutem consequi, nec ab illo sacerdoce a suis peccatis absoluiri, nisi prius respiciant, ac castra Anglorum deseruant. Idemque de illis censendum est, qui armis, & communitibus in eo bello Anglos fauent, vel quid simile tribuant prater ea tributa consueta, qua ex Summi Pontificis indulgentia, & permissione eis licet Regiae Anglie, aut eius exactioribus soluere. Hoc assertio haec aperte ratione confirmatur. Quoniam per litteras Summi Pontificis satis est comprobatum, Angliae Regiam, & eius Dux bellum gerere iniustum contra predictum principem, & eos, qui illi fauent. Cum enim Pontifex dicat Anglos aduersus Catholicam Religionem pugnare, eosque non minus, ac Turcas oppugnari debere; eisdemque gratijs eos oppugnantes prosequatur, quibus contra Turcas pugnantes prosequitur, quis dubitet, bellum ab Anglis aduersus exercitum Catholicum omnino iniustum gerere. At nemini licet iniquo bello fauere, aut illi adesse sub pena aeternae damnationis. Peccant ergo grauij sine Catholici, qui in seculis Hereticorum contra predictum principem pugnatae in bello opere iniquo, & iniusto, & omnes, qui eisdem bello fauente erint,

aut commentibus, aut quacumque alia ratione, que per se bellū progressum inuenit, nec posse rationem inire indifferens obsequi.

Nec eos quicquam iuuat Apostolicas litteras surreptionis notare: surreptio enim interuenire non potest, ubi nulla narratur petitio eorum *via* quorum favorem expeditur. At Summus Pontifex aperte in illis docet se, & antecessores suos sponte exhortatos fuisse ad illud bellum gerendum Ibernos principes, ac fideles omnes: & ad eos magis prouocando magnis eos gratijs, ac indigenitjs donis. Qui ergo fieri potest, ut surreptitia sint litterae, que solam exhortationem magnis gratijs erga assidentes cumulatam continent? Nec possunt Catholicī Angliſ fauenteſ rationib⁹ in secunda queſtione adductis se tueri: nullum enim peccatum mortale committendum est, etiam ſe vita, aut res familiaris amittenda sit. Ea verò, que bellum iniuſtum per ſe promouent, ac inuuant, exercere, aperiū peccatum est mortale. Permiſſum est etiam Catholicis Heretica Regina id genus obsequij praetare, quod Catholicam Religionem non oppugnat. Nec fuit, nec potest esse Pontificis mens ea obsequia circa Reginam eis permittere, que aperiū cum fine, & ſcopo ipsius Pontificis de promouenda in Ibernia Catholicā fidē, ac Religionē pugnant. Hanc autem eius eſe mentem, & ſcopum littere ipſe apertissimē declarant. Ex quibus omnibus ſatis manifestum relinquitur, illuſtrissimum Principem Hagonem Onellum, & alios Catholicos Ibernia bellum gerentes aduersus Reginam Hereticam orthodoxam fidem oppugnamentem nullo modo rebelles eſſe, neque debitam obedientiam negare, aut terras Reginę iniuſtē ruiſpare, quin potius illos inſiſtimo bello ſe, terramque ſuam ab iniqua, & impia tyrannide vindicare, ſacramque orthodoxam fidem (ut Christianos, ac Catholicos decet) pro viribus tueri, siue defendere. Que omnia, & ſingulari nos inſcripti, ut certissima, ac veriſima iudicamus, & approbamus. Datum Salmantica ſecundo Februario anno

Domini

Domini millesimo ſexcentesimo tertio.

### Doctores Salmanticenses.

Fr. Franciscus Zunel Decanus Salmant. Mag. Alphonsus de Curiel ſacrae Theologie primarius professor. Fr. Petrus de Herrera Mag. Doct̄or Franciscus Sancius. Fr. Dionysius Iuberns. Mag. Andreas de Leon. Fr. Petrus de Ledesma. Fr. Martinus de Peraça.

### Doctores Theologi Vallisoletani.

D. Franciscus Sobrino Decanus. D. Alfonſus Vacca de Santiaſo. D. Iohannes Garcia Coronel. Mag. Fr. Iohannes Nigron. D. Torre. Fr. Iohesphus de Luxan. Vallisoleti octauo Martij anno millesimo ſexcentesimo tertio.

### Patres Societatis Iefu.

P. Iohannes de Ziguenga. P. Emanuel de Rojas. P. Gafpar de Mena Professores Theologie in Collegio eiusdem Societatis Salmanticensi. P. Petrus Oſſorius in eodem Collegio Ecclesiastes.

Hac eſt Academiarum censura, qua liquidó conſtat, quanta ignoratione, & caligine errauerint illi Iberi, qui in hoc bello Protestantibus opem tulerunt, & Catholicos oppugnatunt: quamque insanam, & venenofam doctrinam attuluerint nonnulli doctiores vulgo habiti, qui ſeculareſ homines ad Reginę partes ſequendas exhortati à fidei uenda auerterunt. Ex tota etiam historia conſtat, quā exiguis viribus Catholicī bellū ſufcipientes valuerint, quanto animo, quantaque virtute rem gesserint, quam mirandas viتورias obtinuerint, ad quantum discriminis Reginę, regiorumq; potentiam deduxerint: quam acriter utrinque fuerit dimicatum

ad

DOMINI

ad Ibernicæ & Anglicæ nobilitatis internectionem: &  
Catholicos non hostis armis, sed dolis, & maximè suo-  
rum defectione, & perfidia, inedia, & vniuerso  
penè regni excidio coactos pacis conditio-  
nes accepisse. Superlunæ nunc adæ  
sub Iacobo Rege refe-  
renda.

*Finis Tomi tertij.*



DOMINI

DOMINI

# PHILIPPI OSVLEVANI BEARRI IBERNI.

*Compendij historiæ Catholicae Iberniæ.*

TOMVS QVARTVS.

**V**antas Ibernia calamitates sub Henrico,  
Eduardo, & Elizabetha Regibus Angliae  
bello, pacque pertulerit, tribus superioribus  
tomis est explicatum. Nunc ad exquisita  
molimina, tartareaque inuenta describen-  
da, quibus Angli, Iacobo Rege, Iberniæ Catholicos, sa-  
crofanamque Christi Iesu Religionem delere conati  
sunt, toto penè terrarum orbe incio, contra Ibernorum  
pro Christiano nomine retinendo labores, atque cona-  
tus referendos stylum, pugillaresq; sumamus. Quæ sahæ  
Catholicæ Religionis afflictio, sicut est varia, vehemens,  
Phalaris tyrannde truculentior, & omnium opinione  
maior, ita telatu, scituque dignissimæ. Eam præsente  
tomo summa fide, atque brouitate perstringemus, opus  
in libros tres diuidentes, quotum primo de quaatuor  
persecutionis partis principalibus agitur, secundo  
quintum continetur; tertio tyranidis aliqua exempla  
referuntur.

IDOMINI

PHILIPPI OSVLEVANI

BEARRI IBERNI.

TOMI. IIII. LIBER. I.

*De quatuor primis persecutionis  
punktis principalibus.*

CAPVT. I.

*Summa persecutionis relatio.*

**S**umma persecutionis in quinque punctis exequendis consistit. Primum, ut omnes Catholicæ Iberni, tam veteres, quam noui, tam Ibernicæ, quam Anglicæ factionis, qui virtute, & militaris artis scientia pollere videbantur, perduantur vel affecti supplicio summo, vel in carcerem conieci, vel in exilium telegrati. Secundum, ut certarum exercitatione, literarum palestræ, Religionis Catholicæ ritibus prohibeantur, sacerdotibus expulsis. Tertium, ut vestigialibus, fortunisque spoliati ad pauperiem redigantur, & munieribus publicis, atque rerum administratione abdicentur, in eorum locum Anglis, atque Scottis sufficiantur. Quartum, ut Hæreticorum templo frequentare, & ceremonias profiteri,

*De quatuor primis persecutionis &c. 206*

fiteri, Regemque Iacobum esse Ecclesiæ suorum regorum caput, & principem iurare cogantur. Quintum, ut in regni conuentibus, quod Parliamentum vocant, in Sacerdotes, eorumque receptores, atque protectores quam seuisimæ leges introducantur. Quibus vijs quinque Angli Catholicos, atque Catholicam Religionem in Ibernia euertere summopè laborant, callidè tamen, quoad fieri potest, quasi aliud agant, idque tantum intendant, quod Regis, & Reipublicæ intersit, non quod Christianæ fidei ob sit. Vnde totius insulæ ingens perturbatio, & interitus nascitur. Quæ omnia aperiissimè constabunt ex his, quæ dicemus, aliorum calamitates, aliorum iniquitates, varia Regis, atque Proregis edita, secularium, & ecclesiasticorum virorum, dicta, facta, mortesque referentes.

CAPVT. II.

*Regis edictum in Catholicam Religionem.*

**P**rincipio Iacobus Steuuardus Scotiæ Rex in Angliam regnatum accitus, quemadmodum demonstrauimus, cum pristinum fœdus cū Hispaniæ Rege confirmasset, omnibus principibus Catholicis Catholicus esse, & fore videbatur. Ac Onellus quidé, & Rothericus Odonellus, aliquique magnates Iberni sacras Ecclesiæ concinnare, religiosoru[m] cenobia reædificare, & diuinum cultum ad pristinum statum, splendorumque restituere, non prætermittebant. In Ibernia terra colli, tei rusticæ opera dari, ædificia construi, iij, qui inedia pulsi exteris gentes petuerant, redire, D d 2 omnium

205.3 Tomus quartus Liber. tertius. Q  
omnium rerum copia abundare coepérunt. Omnes post longum, & acerbum bellum ocio, & tranquillitate gaudentes, ingente latitia perfundebantur. Tum verò Iacobus post Anglia, Scotiæque res compositas, in eis ne ullam Religionis vestigium relinquere conatus, ad Iberniæ fidem, conterendam, & Catholicos extirpan-  
dos omne studium, omnemque cogitationem vertit.  
Primum anno tertio, quam in Ibernia, & Anglia reg-  
nabat, hoc editum promulgari, imperat, eius execu-  
tionem suis ministris iniungens, quod ex Anglo ser-  
mone in latinum à nobis translatum ita se habet.

### Edictum.

P er Regem. Cum fueris allatum nobis, nostros in Ibernia regno subditos ab obitu dilecta, nostra sororis Elizabethæ Regina falso quodam rūmore inter eosdem temerè diuul-  
gato, & dissipato ita deceptos esse, ut existimant nos illius op-  
tionis, & ingenij esse, ut eis Religionis optionem faceremus, seu  
daremus conscientia libertatem, scilicet libertatem legibus, atque  
statutis illius regni, atque adeo Religionis concordie, quam nos  
semper constanter professi sumus, contraria: coque effectum  
esse, ut non solum nos negligenter, & minus solliciti iudicemur  
in administratione, tam Ibernica Ecclesia, quam aliarum Eccle-  
siarum, quazut supra cœla cura nobis incubit: sed etiam con-  
plares subditorum nostrorum in isto regno iam firmiter animo  
constituant, & conentur, in hac superstitione contumacia perma-  
nere: atque Jesuitæ, Seminaristæ Sacerdotes, aliquæ Sacerdotes,  
& Episcopi aliena potestate instituti, qui per diversas regni par-  
tes in latibris hactenus deliuierunt, nunc tandem audacius, &  
arrogans, emergentes, seque iactantes ritibus suis utan-  
tibus nos autem, leges nostras, Religionemque contemnante,  
minimo

a b C

proprietate

De quatuor primis persecutionis &c. 207  
proprieté nobis quidem visum est, omnibus dilectis nostris  
in Ibernia subiectis pacificare, & significare, decretum nobis esse,  
nihil unquam in posterum admittere, tale, quale (iusta indignationis causa) eo rūmore, ab eiusdemque rumoris authoribus  
circumferunt, vel quo posst, aliquis spem concipere, & habere,  
toleratum iri aliam Religionem, quam, qua verbo Dei est con-  
sona, nostrique regni legibus stabilita. Itaque præsentium litté-  
rarum oraculo animum nostrum, atque voluntatem omnibus  
nostris in isto regno subditis expandentes, strictè præcipimus,  
& imperamus, ut possib[ile] omnes, & singuli suas parochiales ec-  
clesias, aut capellas frequentent: & in tribus officiis diuinis, verbique  
expositionem, omnibus Dominicis, alijsque festis diebus ausculent,  
iuxta regulam, & mentem legum, sanctionumque nostrarum:  
alioquin in penas, & coerciones, que dictis statutis continentur,  
quaque rigore exequendas esse volumus, incident.

Cum sit etiam nobis exploratum, multos Jesuitas, Simina-  
ristas, Sacerdotes, aliquæ Sacerdotes autoritate aliena inaugu-  
ratos per idem regnum hac, illuc diuagantes non solum id inten-  
dere, ut subditos nostros ad superstitiones suas cœrimoniis am-  
plectandas seducant, sed etiam malignè machinari quomodo, &  
ab officio eos auferant, studentes, tam Religionem, quam ciuilem  
administrationem nostram illis improbare; sibi que litium &  
causarum conciliacionem adjudicantes iam ante, quam post dis-  
sensus sententias in nostris Curij lata: id est declaramus, san-  
cimus, atque promulgamus voluntatem nostram regiam, & pla-  
citam esse, ut omnes Jesuitæ, Seminaristæ Sacerdotes, & alijs Sa-  
cerdotes quicunque creari, & initiati autoritate derivata, seu  
quomodocumque derivanda à Sede Romana ante diem decimū  
Decembri proximè sequentis ex isto nostro Ibernia regno disce-  
dant; nec in posterum ab eodem decimo Decembri die ulli se-  
sua, Seminarista Sacerdotes, aut alijs Sacerdotes autoritate  
aliena promoti ad sacros ordines in memoratum nostrum reg-  
num reverantur: alioquin illis indignationis, & ira nostra  
vaga

D d 3

pene,

pena, aliaque pena, & coercitiones, qua legibus, & statutis istius regni possunt, & debent infligi, irrogentur. Insuper eisdem penas stricte inhibemus omnibus, & singulis in isto regno nostris subiectis recipere, aut souere quoscumque Jesuitas, & Seminaristas Sacerdotes, & alios Sacerdotes, qui post dictum diem Decembribus decimum vel in isto regno manferint, vel in illud, aut in aliquam illius partem denuo redierint contra imperium nostri praesentis editi.

Quin etiam si aliqui Jesuita, Seminarista Sacerdotes, aut alii Sacerdotes è dicto die Decembribus decimo sponte in isto regno manferint, vel ad illud, aut ad aliquam illius partem remaneuerint, aut, si aliqui ex dictis nostris subditis eisdem Sacerdotes, aut Jesuitas in huius nostri decreti contemptum exceperint, aut protexerint, expandimus, stabilimus, & iubemus, ut tunc omnes, atque singuli nostri prætores, præfecti, iudices, lictores, comitabiles, aliquæ fidei subditæ summa diligentia incumbant ad capiendum corpora, vel corpus omnium, & singularum Jesuitarum, Seminaristarum Sacerdotum, & aliorum Sacerdotum externa potestate ordinibus insignitorum: corporaque, vel corpus deprehensorum, eisdem deprehensoris, & eorum singulos in tutos, atque duros carceres detrudant, donec nosfer Prorex, vel eius munere fungens è sententia consiliariorum istius regni, quam ipsis prudentia præscriperit, in illos animaduertat.

Venientem vero si aliqui corundem Jesuitam, Sacerdotum Seminaristarum, aut quorumlibet Sacerdotum post, vel ante dictum decimum Decembribus diem apud Proregerem, eumus, qui vicariam illius operam præficerit, gubernatorem, aut quemlibet consiliarium summi istic nostri consilij sese dedidivit, atque adeo voluerint Ecclesiam nostram ritè frequentare secundum regulam, & mentem nostrarum legum, ipsis, & ipsorum singulis Jesuitis, Seminaristis Sacerdotibus, & alijs Sacerdotibus, qui sese ita subiecerint, quique fuerint ita assensi, quandiu in hac unanimitate permanerint, liceat in isto nostro regno

## De quatuor primis persecutionis &c. 208

regno manere, & morari, in illudque reuerti, ac omnibus nostrarum legum, & regi patrocinij beneficijs frui tam libere, & abundanter, quam aly nostris subiectis. Datum ex regia nostra VVestmonasterensi quarto die Iulij anno Domini millesimo sexcentesimo quinto, tercio vero nostri regni Magna Britanica, Gallie, & Ibernie. Vinat Rex. Dubblium excusum à Iohanne Francione regie magestatis typographo.

Hęc sunt editi verba: cui, quod ait ex Ibernia legibus sacerdotibus, atque Catholicis penas irrogari, fides habenda non est. Nunquam enim Iberni tales leges tolerunt, vel per alios latissimè obtemperarunt. Verum quidem est ab Anglis fuisse conditas, sed ab Ibernis nunquam receptas. Vnde contentiones, quæ tota nostra historia continentur, sunt securæ,

### CAPVT. III.

#### Aliquot morte puniuntur.

**R**egium edictum Angli properant executioni mandare, tam in sacerdotes, quam in illos, qui sacerdotibus victimum suppeditabant, bacchantes. Iohannes Burkus eques genere nobilis, pietateque, & aliarum virtutum ornamento non obscurus sacerdotum patronus clavigerissimus habebatur, nec iniuria Britas eius castellum erat instar Ecclesie, quo, & sacerdotes ad Missarum solemnia celebranda, & populi finitimi ad Missarum sacra audienda cōfluebant. Vbi cum quondam die sacerdos sacrum celebraret, ab Anglis equiti bus castellum repente obsidetur. Obsidionem Iohan-

*Carraig Siurijs-rupes.* nes, dōneē sacerdos sacrum peragat, sustinet. Cum vero sacerdos sacrī vestībus exutis, laicā induisset, ut moris est, inter populum quasi secularis exiens a Protestantibus cognitus deprehenditur. Iohannes equū conscen-dens familiā armata sacerdotem Protestantibus ademp-tum in libertatem afferit. Ob quod à quinque cohorti-bus in eodem castello brevi post obsidione vallatur. Contra quarum oppugnationem castellum dies quin-decim tutatus cum quinque tantum comitibus, deni-que fame premente noctū per medios hostes erumpens, Iohanne Ohollachano amissō, cum reliquis quatuor in-columis evasit. Paucis post diebus Siurijsrupe, quod est Vrmonia Comitis municipium, à Protestantibus cap-tus in urbem Lomnacham mittitur. Vbi cæci careeris caligine, fetoreque multos dies afflictus, cū Protestantium concionatorum dogmata renuenser audire digitis aures obstruendo, & vocē contra efferendo, Baronisque titulum, alia præmia, & suam vitam Catholicæ Reli-gioni polthabuisset, ultimo supplicio fuit affectus.

Duae fēmīnae postulat, quod eum occuluerint in ar-dentes flamas viuæ coniectæ feruntur, altera Siurijs-rupe, altera Manapia. Dua Lomnachæ ignibus vren-dæ traduntur insimulatæ, altera, quodd dixerit Regis le-ges iniquas esse, altera, quodd sacerdotem absconderit. Ab aliquibus memoratur Lochdirgæ Prior

postquam Anglorum sectas amplecti au-dacter recusavit non mediocri pretio mortali-eris sui multum rogatus, suspensus, & in partes sectus: & simili- bus de causis alios perisse pro-tempore conditū.

*De quatuor primis persecutionis ē. 209*  
CAP. V. T. III. *Primum persecutionis punc̄tum. Onellus, & alij tyrannidem fugiunt.*

*V*otamen terrore cæteri Ibernī à Religionē Catholica profitenda nihil amouentur. Quod Angli animaduertentes, & rati ob huius editi executionem non minus cruxis diffundendum fuisse, quam ob similem causam fuit effusum, Henrico Eduar-do, & Elizabetha regnantibus, nisi periculū tem-pe-stive præuentū sit: rationem inuenit hunc obicem sine bello, & vulnere remouēndi iuxta primum principale persecutionis punc̄tum, vt summi viri in Fide, & Catholica Religionē constantes, bellis scientia, & rēdū gestari fama clari sensim, & furū excidatū. Iaq. O-donellū, Odonellū & alios Ibernīca partis sequaces, ac eos etiam Anglicæ factionis fautoris, in quibū plus virtutis, & animi Christiani residere putabant, dissimulatē, & quasi aliud agentes statuunt de medio tollere vel oce-sos, vel in carcerem detrusos, vel relegatos. Quomodo-nius videantur id agere causa labefactandi Religionem Catholicam, atem, qua magnates Catholicos iestā Magestatis reos agant, machinantur. Christophorus San-lauentium Hora Baronem Angloibernum, hominem non modo factionis Anglicæ sollicitum sed etiam schy-maticum iubent, vt illus ad rebellionē immiter, seque faciat de conspiratis certiores. Christophorus (vt fatna fert) ex Ibernīca factione Odonellum, & Maquierem, & ex Anglicā Dalræ Baronem sua calliditate decepit, vt animi sensum incautius exprimerent, Onelli pruden-tissimi sensi peccus explorare non ausus. Qua re cognita Angli

*Tom. 4.* *Liber. I.*

*Baro  
Datus.  
  
Corma  
Kus O-  
nellus.  
OKaha-  
nus.*

Angli Onellum, Odonellum, & alios capere consi-  
tuunt. Onellus à quibusdā Anglis amicis eductus ipse,  
Odonellus & Macguier in Gallia a traxiunt. Vbi le-  
gatis Anglis eos regi suo restituī potentiis Henricus  
Quartus Gallie Rex respondit, regiam dignitatē de-  
decere, alienigenas fugi salutem petentes inire prohi-  
bere. Ita in Galliam Belgicam profecti ab Alberto &  
Elizabeta serenissimis Archiducibus humanissimē, &  
honorificentissimē sunt excepti. Inde Romam cum se  
concilissent, à Rege Catholico ad iustum non parcē ad-  
iuuantur. Onellus per singulos mēses quingentis num-  
mis aureis, Odonellus tōudem Macguier, & reliqui, qui  
sunt illos secuti, p̄t suis quisque mēitis. Pontifice Ma-  
ximo quoque opem ferente Odonellus, & Macguier  
breui tempore beneficio fruuntur vita munere defun-  
cti, ille Roma, hic Groue Hispaniam perens. Datus  
Baro, qui nihil auctus timebat, donec fuerit in carce-  
rem, & vincula coniectus, summa diffūlitate effugit,  
magnosque labores pertulit priusquam incolumitatem  
fuit adeptus, partim corruptionibus, partim amicorum  
precibus. Cormakus Onellus cum aceritus Dubhlin-  
nse exhibuerit, in Angliam missus in Londoniam arcō  
custodiendis coniicitur. Okahanus vocatus in iudiciū  
se distulit susterre veritus id, quod erat, ne eadem cum  
Cormako pœna plectetur. Quem Angli diu capere  
frustra laborantes in suas attes versuntur. Erat eques  
Anglus Okahani compater, quem Okahanus gentis suę  
more spiritualem affinitatem incredibili obseruantia,  
& honore colentis, magni faciebat, valde diligebat, &  
beneficijs ornabat, eidemque plurimum confidebat: &  
ita ad cęnam ab eo inuitatus non dubitauit, compatriis  
fidei feliē cōmittere Anglus ne nauci quidem aestimans  
totam Christianam Religionem, nēdum spiritualē  
cognitā

*De quatuor primis persecutionis &c. 210*

cognitionem inquirenti Anglorum manipulo ex com-  
posito Okahanum tradidit. Qui detrusus est in eandem  
cum Cormako custodiam.

*CAP V T. V.*

*Odochartæ motus.*

**C**æteros optimates labefactandi cupidi Prote-  
stantes, multos contumelij, opprobijs, & iniu-  
rijs afficiunt. Cathirium Odochartam Inisonæ *Cathir*  
principem, de quo superius mentionem fecimus, vige-  
simū circiter annū agentem, quod Onelli fugæ fuerit  
conscius, Prorex arguit, asperis atque cœrumeliosis ver-  
bis exagitans. Georgius Paletus Luci præfectus Anglus  
eques Auratus conuicijs onerat, mitans se facturum, ut  
ille laqueo suspendatur. Odocharta tunc iniuriam dissi-  
mulauit, Paletum armatis stipatum nudus milites  
aggreḍi non ausus. Breui tamen vindictam sumpsit. Eo  
die oppido Luco egressus clientium manū comparat,  
cum qua sub gallicinum reverſus vigiles, circitor esq;  
imprōviso circumfertos trucidat; Paletum, & alios Pro-  
testantes occidit, oppidum diripit, & incendit: vñ oreone  
Pseudoepiscopi ciuitatis captam p̄tio cōmutat; Ca-  
tholicos incolumes ad vnū dimittit. Cuilmorem mari-  
timam arcem, quinque passuum millia distantem, quā  
Anglorū præsidium duodecim tormentorū machinis  
instruēta obtinebat, repentina irruptione capit, in eaq;  
præsidio collocato Felmium Macduanum præficit, &  
magnis motibus per Ultoniam excitatis bellum statuit  
ducere usque ad adventū Onelli, Odonelli, Osullevani,  
reliquorumque exulantū quos à Christianis principibus  
adiutos auxilio reddituros sperabat: à principio Aprilis  
anno

anni millesimi sexcentesimi octauo per menses quinq;  
rem ut ageret, ut prædis, & excursionibus multum  
Protestantibus officerit, sepe cum illis fuerit velitus,  
leuesque pugnas commiserit. Ad quod bellum susci-  
piendum mouebatur, præter memoratas iniurias tum  
quod cum Ibernis Anglicæ factionis non misus cru-  
deliter, quācum cæcoris Angli aggabant, tum tyran-  
nidis magnitudine, cuius vacationem nulla respirare  
bellum asterebat. Iam vero Richardus V Vinkel An-  
gus eques Iberniae castrametator quatuor  
militum milia ducentis arcem illam, cui Felmius præ-  
cerat, obdidit. Felmius ratus se patuo præsidio muni-  
menorum loci habuita non satis munatum, dum non posse  
defendere, nec Odochattam opem laturum, quod mili-  
tum numero inferior erat, castrametatoris exercitu,  
ignem inficit aci dubibusque nauibus onerarijs plenis  
tudici in coniectum misit. Luci præsidio, quas cepe-  
rat, dico quoque milia librorum Hæreticorum, quæ  
Luci Ministropiscopi erant, in exercitus conspectu in-  
ignem consumenda iniicit, spretis centum argenti li-  
bris, quibus eos Pseudoepilocus redimere cupiebat, &  
ipse uoluntas phæsellis tum militibus fugit, tormenta  
parvum scū deferens, partim dehinc in mare. Cuius  
fædi Odochattam, qui statuit Felmius obdictione libe-  
rare, pœnituit. Beatum quoque arcem castrametator  
obdicio vallat, ubi erat Maria. Odochatta vxor. Pristo-  
nis Vicecomitis filia. Arcem monachus qui illam tene-  
bat prodidit, & ipso simul Ester nuncium remittit patru-  
ta, non ut præsidati jacticolumes diffitterentur quibus  
Anglus fidem sua religione seruauit alios in vincula  
detrudens, alios pretio commutans, & Mariam Viceco-  
mitis fratrem, qui factionis Anglicæ erat, custodiendam  
tradiens. Inde castrametator ad dispersionem, atque de-  
popula-

populationem agrorum, quos Odocharta possidebat  
vertitur. Quo conatu illum Odocharta prohibere insi-  
stit, mille, quingentosque armatos duicitans non longè  
ab hoste statuus collocatis. Plerique castrametatoris mil-  
ites Iberni, & Angloiberni Catholici erant; sed à sacer-  
dotibus Anglicæ factionis non bene docti existimabat,  
sibi licere pro principe Protestantante contra Catholicos  
pugnare, dum in spiritualibus non haberent cum Hæ-  
reticis communionem. Ex horum principibus erat Hé-  
ricus Onellus cognomento Iunior, qui antea sub Onel-  
lo in Hæreticos fidè, & acerrimè dimicauerat. Ad locum, qui Keannmhuir nominatur, Odocharta in illud  
castrorum cornu, quod Henricus tenebat, cum quingé-  
tis armatis noctu facit impetum: vallum subitò transgres-  
sus vigiles, atque custodes interimit: prima tentoria re-  
pente circumit, & incedit: stragen vndeque edit: mox in  
Henrici tabernaculum irruit, quod etiam regij milites  
semifomnes pauidi, & inermes ex aliorum tabernaculo-  
rum clade peruererant. Hic atrox pugna committitur.  
Incipit Henricus suos consolari, confirmare, adque setu-  
endos, & sociorum necem vlciscendam hoitari, hostis  
impetum fortissimè dimicando sustinere, laborantibus  
subsidium ferre, Odocharta contra suos crebris exhor-  
cationibus ad præliandum accendere, pauidis addere  
terrem, ad Henricum, cuius vocem confirmantis au-  
diebat, accedere. Henricus suis loco cedentibus Carbo-  
licis vndeque circumuenientibus fortiter prælians,  
multisque vulneribus affectus exanimis sternitur. Su-  
perstites in castrorum frontem, ubi castrametator erat,  
fugiunt. Castrametatorem, & exercitum totum ingens  
paupor inuadit; nonnulli castris desertis sese fugæ man-  
dant: omnesque fugiti viuebatur, nisi Odochatta suo-  
rum paucitat timens, receptui canere, pedemq; referre  
iusfisiit.

*Dromorium*  
*orre. i.*  
*Tumul*  
*aureus.*  
*Gleunn*  
*Beatha.*  
*Asper*  
*cōiectus*  
*in vin-*  
*cula.*

iussisset. Accepto dāmno castramētator percūlsum ex  
plano in p̄sidiā cōfugit. Odochāta pagos, quos Hen-  
ricus possedit, īgressus p̄datur, atque deuastat. Per  
Drumorium lacum in īsulam lintribus, atque pon-  
tonibus vēctus arcem expugnat atque diripit. Rūsus  
castramētator vitib⁹ refectis, maiōrib⁹ copijs con-  
scriptis, v̄bētorib⁹ Ibernorum auxilijs accitis contra  
Odochātam facit expeditionem. Auxilijs p̄erant  
Nellus Odonellus Asper, & Macsluinnius Tuethius.  
Quorum virib⁹ Odochāta ratus suas esse impares in  
Beatham syluatē sese cum multis diuitiis abdit. Quō  
erant omnīnd itinera tria, quibus hostes poterant illum  
aggreḍi, quæ simūl regij artiūlūt exercitu diuiso in  
tres partes inter tres duces castramētatorem, Asper-  
um, & Tuethium. Odochāta quoque suis copijs lon-  
gē minorib⁹ tripartitis tria simūl itinera obſidet. De  
quibus ab vtraque parte dies circiter trīginta missili-  
bus contendit, non multis vtrīnque interemptis.  
Denique castramētator commētatu deficiente in p̄sidiā  
redit. Quem Odochāta fecutus angustijs illis lo-  
ci relīstis per regios excursiones facit. Sub hoc tem-  
pus Asper in eam suspicionem Anglis venit, quōd  
īset cum Odochāta in bellum conspiratus. Ob  
quod primum in Ibernia custodiā mandatus, indē in  
Angliam transmissus in Londinensi arce detinetur.  
Aliquot deinde diebus elapsis Anglus quoque Pro-  
rex, & Clanrichardæ Comes majorib⁹ copijs con-  
scriptis castramētatori suppetias veniunt. Odochāta  
ratus se esse imparem vtrīque exercitui, siquidem  
vtrōlibet erat inferior numero militum, in tūtiōrem  
locum sese recipere constituit, bellumque tantum du-  
cere, donec superstites Ibernicæ iuuentutis ex Iber-  
nicā fatione, qui ex varijs regni angulis ad illum  
iter

iter habebant, perueniant, iustumque exercitū ha-  
beat. Cum compositis ordinib⁹ agmen diceret, sub  
lucis exortum hostis illum assequitur: sed missilib⁹  
vtrīnque aliquandiu pugnato rursus redit, nullo me-  
morabili accepto, vel illato dāmno. Aliquot post horis  
occurrit hostilium bombardariorum ala Odochātæ  
agmen eminus plumbeis glandibus carpens, in quam  
Odochāta alteram imperat mitti: cum qua ipse quo-  
que animosus iuuenis p̄ter concilium, & seniorib⁹  
inſcijs ex agmine descendens duplii tragula confos-  
sus solus occumbit intra duas horas, quam fuit abſo-  
lutione sacramentali peccatis expiatus, cuius infausta  
nex bello exitum omnium opinione celeriore attu-  
lit. Namque ceteri p̄ter paucos duce destituti in  
optantium, & inuitantium Anglorum gratiam, ut pri-  
mum quisque potuit, rediuerunt.

## C A P V T . VI.

Aliquot, qui Fidem deserere nolue-  
runt, animæ amīsione pu-  
niuntur.

**E**X his, qui illis reconciliari tam cito nolue-  
runt, fuit Felmius Macdauctus, qui breui post  
infidelijs proditus, multisque vulnerib⁹ affectus  
deprehenditur: & adhibita curatione cum conualuis-  
set, in Proregis conspectum producitur. Cui Prorex,  
vbinam, inquit, Felmi, sunt diuitiæ, quas Luci, &  
alijs in locis Regis subiectis abstulisti? De illis rebus,  
inquit

inquit Felmius, quæ militibus obtigerunt, nihil habeo certi, ex verò, quas Odocharta sortitus est, apud me sunt. Restitua, inquit Prorex, res suas, regijs subiectis male ablatas Evidem non ignoro, inquit Felmius, quæcumque ceperit Odocharta, iure belli, sancteque Religionis Catholice legibus illi deberi. Cum tamen non sint opus Odochartæ iam in cœlum protetto, vbi diuinitas æternas sibi comparauit, ea tibi reddam, sed ea lege, ut mihi incolumentem concedas, potestatemque facias in Hispaniam, Galliam, vel Belgium migrandi. Reatus, inquit Prorex, omnes tibi dimittam, venia te donabo, honoriſcentissimisque præmiaſ afficiam ea conditione, ut à tua Religionis erroribus auerſus, Regis legibus affiſtariſ, Religionem profitearis, & eundem esse Ecclesiæ ſuę p̄nicipem iurcuringando confimes, ut de more faciunt omnes eius subiecti animi ſedati, & à perturbationib⁹ liberi. Certé, Prorex, inquit Felmius, intempeſtiū tantum mihi feciſ ſuades, vt, postquam dominum meum naturalem amib⁹, fortunatumque omnium iacturam feci, Deum etiam mihi infestum reddam, vt, & in hoc ſeculo vitam miserrimam degam, & in altero penis æternis crucier. Homo ſtolide, inquit Prorex, longè falleriſ opinione. Ego tibi veram Religionem in cœlum ducentem ſuadeo: utiſior, & indulgentior dominus Rex erit ſi legibus eius obtemperas, quam fuit adolescentulus tuus temerarius, qui eſt ſcelere ſuo perditus, maioraque dona dabit, quam vñquam poſſediſti. Execrator, inquit Felmius, omnem hominum gratiam, omnia præmia, omnia mundi bona, quæ me auertant à Fide mea Catholica, Apostolica, Romana, quam in ſacro baptiſmatis fonte ſum professus, quam ſemper inuiolatam conſeruaui, quam in hac insula à Diuo Patrio Dei ſeruo, & homine sanctissimo diuinitus ſatam, multisque miraculis

De quatuor primis persecutionis &c. 213  
miraculis conſirmata, omnes mei maiores ſyncerè, purèque coluerunt. Age, adhibe tortores, in hoc corpus quam crudeliffimis cruciatibus ſru. Ego illud pro Christi Iesu nomine, Eideque tuendis proque meis pia culis abluendis offero. Tibi verò summe Deus grates ago, quod illa mihi dies illuxerit, in qua pro te ſanguinem effundere poſſim, qui tuo ſacratiſſimo mortaliū ſordes eluisti. Ob hæc dicta Prorex ira percitus iubet rogum conſtruere, patibulum erigere, milites ad eſſe ſupplicio cernendo. Felmius cum intrepidus animo, & vultu hilari ad ſumū gradū ſcalarū, quib⁹ in turcam ascendebatur, iuſſus perueniſſet, Catholicos omnes, qui aderant, etiam, atque etiam vehementer rogar, ut pro ipſo precess ad Deum effundant. Mox imposito laquēo collo, è ſcalis deuolutus a tortore, paulisper pendet: nondum bene strangulatus ſciſſo ſunc in terram dimittitur, vbi ſeſe pedibus excepit: illumque carnifex proſternere fruſtra conatur, donec alijs tres illi veniant auxilio, quod magnæ fuit adstantibus admirationi (erat enim viribus validus, ſicut, & elegans ſtatura, facieque pulcher) illiciò eius pudenda cuuſla tortor in ignem deicij: poſtque eſeo ventre ilia. Nihilominus Martyr eundem læcti vultus, vocisque habitum nunquam mutauit, Catholicos ſemper rogitans, ut iſum orationibus iuarent. Circumstantibus cum hoc magnam commouit admirationem, tum terre motus ortus, dum Martyr afficiebat ſupplicio ingentem terrorem incuſit. Cum carnifex pedis culero ſecaret, extremam vocem emiſit Catholicorum orationes implorans, tortoremq; petens, ut celerius munus impletet. Tandem corde a tortore cuuſla, in flammamque proiecto creatori ſpiritu ſreddidie Leſſicie vigefimo ſeptimo die Septembriſ anno Christi Domini octauo ſupra millesimum ſex centesimum,

centesimum. Sub idem tempus Iohannes Okahani filius, qui huic bello interfuit, similem mortem cogitur subire Dunganinnædum Regis principatum in ecclesia iureuando confirmare nonvult. Ibidem Donato Macrriedio Okahani capellano Hæreticus vitam, & Ecclesiastica beneficia, ut Catholicam Ecclesiam deferrat, pollicetur. Quam conditionem cum Donatus inunctanter contempnisset, patibulo suspensus in membra dividitur. Per eosdem dies alij multis in locis eadē de causa morte plectontur. Raymundus Omellarcus præfctus prouincialis Ordinis Seraphici in Ibernia, qui eisdem motibus interfuit, diu diligentissime quaestus ab Anglis centurione, & optione circumuenitur. Hunc stricte pugione confossum prosternit: illi facit optionem, utrum malit ferro cum ipso congregari ipsum liberum dimittere. Centurio consultius esse iudicat, periculum evitare, quam illum aggredi, qui unum ex duobus parem esse creditit. Raymundus hoc, & alijs periculis declinatis in Hispaniam secessit. Vbi hæc ab eo magna parte Hispаниæ scripta vidi.

## CAPVT. VII

*Iberni in externa bella missi.*

**O**Dochartæ motibus pacatis Ibernam iuuenientem, quæ ad utramque partem confluxerat, Angli suis dogmatibus obstaturam rati, copias ex electissimis totius regni iuuenibus cōscriptas Suetiæ Regi Hæretico contra Poloniæ Regem Catholicum auxilio mittunt, nunquam reddituras augurati. Iberni apud Succum, quandiu à marina iactatione reficieban-

De quatuor primis persecutionis &c. 214  
tur, commorati ad Polonium transierunt, pro Fide non in eam signa collaturi. Hæc ad primi puncti executio-  
nem spectarunt.

## CAPVT. VIII.

*II. Punctum persecutionis.*

**Q**uod secundum punctum ijs Ibernis, qui domi manserunt, armorum usu interdicuntur, ne forsitan armis assuefacti libentius aliquando rebellent. Itaque nobilibus equitibus tantum gladio pu-  
gioneque accinctis licet incidere.

Vt autem Catholica Religio funditus extirperetur, qui est Anglis omnium consiliorum finis, & scopus, cauetur, ne Iberni exteris gentes petant incumbendi litteris gratia, & vt omnes, qui iam fuerant peregrine profecti in Iberniam, vel Angliam reuocentur. Cum enim in Ibernia Catholicorum gymnasia sine euersa, Catholicique præceptores docendi munere abdicati, nihil reliquum esse videbatur, vt Catholica Fides prorsus deterretur, si Iberni prohiberentur in exteris regiones proficisci causa discendi sacras doctrinas. Vt quoque etiam studio litterario, & militari impius Julianus Imperator Christianis interdixisse traditur. Hac de re Proregis diploma extat, quod nos ita latinitate dona-  
uimus.

*Proregis Angli diploma.*

**P**er dominum Proregem, & consilium, Arturus Chichester, Serenissima Magestas Regis domini nostri (cuius diligens studium in utilitate suorum subditorum procuranda

semper vigilat, reputans præcipuum subiectorum officium, & obsequium in eo consilere, ut, & dominum suum, eiusque principatum, & patriam propriam, charamque teneantur: & sua regia prouidentia, prudentiaque praudens ruinam universae huius regni Reipublice imminentem, his maximè temporibus (quibus diuersi alienigenæ, & indigene perfidi maximè ingratii regni pacem, tranquillitatemque perturbare co-nantur, ad haec aupa moxi lue, atque infectione recepta a sacerdotibus, atque seminaristis hoc regnum frequentantibus: & eo titulo, quod Fidem, doctrinamque doceant, hominum animos ab obseruancia Regi, supremoque domino debita auer-tentibus) post longam deliberationem virumque (quod fieri potest) anteuertere statutum, tum periculum saluti animarum, tum excidium Reipublicæ impendens, si his sacerdotibus, sedi-tiosis neruis Papa hostis Regia Magestatis, & eius ditionis per-mittatur subditorum conscientias afficere molesta, fidelita-temque tentare, amouendo eos a fide, & vero Dei cultu, ut superstitiosi, & idolatra fiant. Cui quidem malo è cito opor-tet curationem admouere, quod regi subditi nimium licen-tiòe regiones exteriores petant, neque cum discedunt eundi fa-cultatem consilium exorantes, neque cum reverentur, redden-tes rationem, ubinam fuerint: imò potius contra moniti a pa-rentibus suis in religionis causa nō satis aquis interduo eligati sibi seminaria Ecclesie Romanae autoritate condita nō aliam ob can-sam, nisi, ut ibi educantur in ea Fide, & Religione, que Regie Magestatis obtemperandum non esse suadet, rem planè contrariam Christiana administrationi cuiusvis regni legibus bene co-flituti, & ex quo occasiones omnes inducture in inuentutis ani-mos qualibet Religionè aduersam illi, qua publicè obseruatur, om-ni conatu debent extirpari: quāus in aliquibus casibus cū ijs qui fecerint, clemēter fuerit actū: idcirco Regia Magestas cōplū-ribus litteris sua regia manu subsignatis iusit nos Prorege, & cōsi-lī, ut edicto publico regia sua voluntate hac in re patesceremus.

Iuxta quod nos regie Magestatis nomine, & speciali, ac ex-presso insu interdictum omnibus, & singulis Regis subiectis in hoc regno natis cuiuscumque conditionis, & statutis sint, prater mercatores, & nautas, eorumque institutores, & discipulos, ne un-quam in posterum, nisi potestate facta prius à Prorege, vel ab alio principali præfecto regni huius, ex hoc Ibernia regno in alia regna, terras, ditiones, cuiuscumque externi Regis, Principis, Rei-publicæ, vel dominationis profligantur: alioquin incurrit pe-nam regie indignationis, & alias, que legibus, & statutis huius regni similibus transgressoribus equisimè possint irrogari. Præ-terea regie Magestatis nomine, & imperio monemus, atque diuulgamus, eum esse Regis manifestum animum, ut nullus huius Ibernia regni vir illustris, aut nobilis deinceps mittat, aut cureret, mittendos esse suos filios, consanguineos, vel amicos in aliquod regnum, ditionem, dominationem, externi Regis, Principis, Rei-publicæ, vel moderatoris prætextu visendi terras litteris operam nauandi, vel in bello stipendum faciendi sine potestate clarè facta à Prorege, vel ab alio ex principib[us] præfectis huius regni. Atque nunc etiam in iungimus, & præcipimus omnibus præfatis, & alijs officialibus, & ministris ordinarijs portuum, locorumque maritimorum in hoc regno, ut detineant, atque capiant omnes, & singulos, qui ad portus dictos, locaque maritima peruenierint animo migrandi ex hoc regno contra mentem huius constitu-tionis, eosdemque coniectos in carcere custodian, donec dent idoneos vades sistendi se ante Proregem, & consilium, ut trans-gressionis sue in hac re rationem reddant.

Insuper regia Magestas vigore regie sue prærogative iniun-git, & imperat omnibus, atque singulis nobilib[us], atque mercato-ribus huius regni, ut reuocent, & reuerti faciant in hoc regnum, aut in Angliam omnes suos filios, & consanguineos, qui eru-diuntur, & litteris incumbunt in quocumque dictorum semina-riorum authoritate dicta Romana Ecclesie e[cc]cl[esi]orum in quo-cumque regno, terraue subdita cuicunque Regi, Principi, Reipu-blīce,

blicæ, Dominationique alienis ita, ut dicti filij, consanguineique omnes, & eorum singuli intra annum unum ab huius decreti sanctione redeant in hoc, aut in Anglia regnum. Quod si aliquis eorum remeare noluerit ante hoc constitutum tempus, in eo casu parentes, & consanguinei nihil ei ad victimum suppeditandum directè, vel indirectè mutant pena indignationis Regia Magistratis, aliorumque suppliciorum, quibus iustissime possunt affligi contemptores regia constitutionis, & prerogativa. Datum Dublinna in arce regia decimo die Iulij anno millesimo sexcentesimo decimo. Deus seruet Regem Dublinnae excusum à Iohanne Francione regia Magistratis typographo in Ibernia anno 1610. Hæc de secundo punto.

## CAPVT. IX.

*Prodigia, quæ in Ibernia visa sunt referuntur.*

**A**d tertij puncti enarrationem priusquam accedamus, hic referenda sunt ostenta, quæ in Ibernia visa vel incep tam persecutionem, vel aliam cladem portendunt. Anno à virginio partu decimo supra millesimum sexcentesimum mense Iulio in Killدارia Comitatu super tres ecclesiæ ad impia Protestantium sacrificia celebranda decretas pluit sanguine. Postero anno mense Aprili Munnodæ sanguinei imbræ in templum magna intuentium admiratione ceciderunt. Anno M.DC.XII. in Vrmonia Comitatu sanguis ab æthere dimittitur. In portu nomine Glinuila millibus passuum sex ab oppido Ochella cruenta pluviæ manauit. Aliqual loca Connachtæ cruore à celis fluente rigantur. Casiliæ estate media sole desuper vndique coquente super Dñm Patritij ædem ninxit. Eadem estate

ad

## De quatuor primis persecutionis &amp;c. 216

ad vallem Bretnacham in aere magna turba apparuit simili hominibus, quæ instructa acie procedens cum duobus militatibus signis punicei coloris ducem vestibus, & armis candidis indutum sequens, in densissima que nemora secessabens euanuit. Sub idem tempus in eadem Vrmonia non procul à Keaharlacha pago duo immania phantasmatæ magnitudine, & proceritate celastres æquantia, cæterò corporis humani statura, & facie trium mensum spacio frequenter visa sunt in planum descendere, suum quodque exercitum quingentorum circiter armatorum nostræ pene magnitudinis ducentia, magnoque clamore, & armorum strepitu prælia committentia. Ipsum quoque pagum Keaharlacham ab his incensum fuisse accolis creditur. Homines Heretici, & in Fide nutantes per aerem, & in tenebrosas specus à malis spiritibus rapiuntur: & subita morte passim sterminantur.

## CAPVT. X.

*III. Tundum persecutionis.*

**N**unc quoad tertium punctum consilium Anglorum ratum non aliter in Ibernia Catholicam Religionem deletum iti, quam eiusdem veneratoriibus, atque defensoribus reiectis, & labefactatis, & impugnatoriibus accitis, in Catholicorum sedibus Hereticos statuit collocare. Itaque ingentia rum Anglorum, tum Seotorum examina ductura colonias Iberniæ inundant, quibus agri, & municipia Catholicis abindicata adiudicantur. Possessiones, atque ditiones Onelli, Odonelli, Osullevani Bearri, Orruarki, Oconchuris, Omorre, Macmahumi, Macgueris, Maculliami, Comiti

E e 4

Sleibh  
Breath  
nach.Keahar-  
lach.

tis

cis Desmonij, & aliorum, qui profide tuenda superioribus bellis se fortissimos, atque constantissimos gesserat, inter Hæreticos distribuuntur. Quomodo cum Iberniæ & Catholicæ factionis principibus fuisse auctum, ego quidem non miror, eum etiam Iberni factionis Anglice nullam clementiam in Protestantibus comperiant. Namque hi quoque tabulas, vel publica testimonia, quibus fidem faciant vestigalium, & suarum rerum dominium ad se pertinere, iubentur exhibere. Quibus tabulae defunt his nec eui longissimi præscriptio, nec posses-sio hominum memoria, & ipsorum etiam Anglorum dominatione in Ibernia antiquior, nec Chronicarum authoritas prodest. Quibus tabulae iure, legitimèque perfectæ extant, eas trecentis fraudibus, mille modis irritas facere Protestantes machinantur: & eo colore, quod tabulae sint infirmæ, Catholicos hæreditatibus spoliant, vel ad eas pretio redimendas cogunt, satis alijs instrumentis infirmissimis, & inualidissimis, aut ex vbertrimis agris, amoenissimis villis, letissimis nemori-bus, fluminibus iucundissimis, ditissimis metallorum venis in inania regionis deserta, & ingente solitudine vasta relegant, vel toto regno depellunt. Constat etiam, non nullos Protestantum in eam sententiam esse locutos, ut Ibernos omnes veteres, & nouos toto regno ejiciant. Quod procudubio fecissent, nisi timuerint se id non fuisse præstatores, cum quod valent molestia, iniuria, damni, excidij illis inferre minimè prætermittant. Quibus potissimum neruis superiores Angliae Re-ges ad Ibernicorum genus, & factionem extirpandum sunt usi, eosdem Jacobus in vniuersorum Catholicoru-m veriusque generis, & factionis perniciem usurpat. Superius fuse sati explicimus illam legem de iure municipali, vel civitatis ab Anglis regibus introductam, qua

veteres Iberni suas leges antiquaræ nolentes, & nouæ terum leges, mōremque recipientes, manerum incep-paces redecabantur perinde ac si hospites, & alienigenæ essent. & iij tahtum, qui Angloium legibus sese subi-ciebant, sive noui, sive veteres ciues efficiebantur. Nuno vero Jacobus susculit legem hanc, tandem ciuitatis, immunitatis, libertatis, legum, iurisque conditionem omnibus Ibernis viriusque prosapia, & factionis con-cedens, eo consilio, ut improbos, atque sceleratissimos feligeret, & remuneraret, bonos vero, longè clarissimos, & honestissimos viros ejusque, affligeret, perderet. Etenim constitutum est, quinon iuret Jacobum esse Fidem, & Ecclesias in ipsius regnis principem, & caput, ne temp publicam capessat, neū exercet civilia munera: & ut ad id eiusurandum omnes notioris nominis Ibernam habitantes adigantur. Quia vna constitutio, quantam vniuersa Reipublica calamitatem attulerit, nullius est tantum ingenij flumen, nullus tanta dicen-di, scribendiè vis, tantaque copia, ut possit verbis re-ferre, nedum exornare. Ita Catholici prætores urbani prætura sunt abdicati: indicibus potestas officio suo fungendi adempta: eausq[ue] patrem, procuratoresque munericibus abstinent cœpelluntur, nulli Catholici magistratus gerere possunt: mercatores etiam nouis ex-actionibus pecuniarijs premuntur. Agricolarum atque plebeiorum omnium substantia tributis iniustis exhaui-riuntur: nec ullus est cui onera insuetas, & cereberrima-nō imponantur. Sic Iberni nunc magis quam vñquā à ciuium numero segregantur, & miseri cumulantur, dum propter Fidem Catholicam honoribus, dignitatibus, rerum administratione, bonorum possessione, honori-ficentissimo quoque gradu deiiciuntur: & in eorū locū Hæretici Angli, & Scotti, qui que sunt Iberni ganones, ex leges,

exleges, flagitiosi, obscura, & sordidissima colluuius recipiuntur. Cuius calamitatis id satis est exemplo, quod in una vrbe Corcacha per annum vnuna decem praetores urbani honore sint abdicati, quia hoc regij principatus Ecclesiastici iusu randum prestare noluerunt. Ita vrbiuum, rerumque publicarum gubernacula pijs, Christianis, atque prudentibus viris adempta relinquuntur Hæreticis, improbis, atque flagitiosis, qui in imbecilli fortunas impetum faciant, qui fauicibus hian-  
tibus honorum ciuium opes deuorent, qui Catholicorū bona priuatis rapinis, & publicis vestigalibus pessun-  
dant, qui bonis omnibus pestem, atque perniciem, vniuersaque Reipublicæ interitum inferant, quam  
aptissimè huic rerum administrationi conuenit illud

i. de cōf. doctissimi Boetij Metrum.

Philosop.

Metro. 5.

Primit. infantes

Debita sceleri noxia pena:

At persueri residenz celo.

Mores solio, sanctaque calcant

Iniusta vice colla nocentes,

Lates obscuris condita virtus

Clara tenebris, iustisque tulit

Crimen iniqui,

Nil periuria, nil nocet ipsis

Fraus mendacij compta colore.

Hoc Reipublica excidium Catholici miserati tot ma-  
lis, tantoque regni rotius incendio remedium aliqua-  
parte adhibere conantur, & quia more maiorum penes  
ipsas ciuitates est potestas eligendi magistratus, interdu-  
vrbanos praetores, aliosque magistratus creant equites  
Ibernos, qui, vrribus, & maioribus oppidis posthabentis,  
in castellis suis, & arcibus ex Hæreticorum vicinitate  
seuundi viuunt: a quibus administrandi potestate tur-

## De quatuor primis persecutionis &c. 218

sus delegata Catholici vrbiuum incole ciuitates regunt, ita Reipublicæ malis medentes, & nefarium iusitatem simul euitantes. Nonnunquam etiam sibi magistratus eligunt regios consiliarios Hæreticos in curia commorantes, a quibus absentibus iurisdictione similiiter demandata Catholici officio funguntur. Quandoque Hæreticos homunculos genere, & moribus ob-  
scuros, & abiectos, inertes, ingenio rudes, imperando, rerumque administrationi ineptos, quique nihil, nisi Catholicorum ciuium consilio, & monitis audeant iu-  
bere, præficiunt Reipublicæ, ne callidi, & astuti Hære-  
tici publici boni gubernaculo potiti omnia sua libidi-  
ne subuertant. Quæ cum didicisset Iacobus, statuit ani-  
mo ciuitates omnes inimicitibus exuere, illis ius  
creandi magistratus adimere, suaque autoritate con-  
stituere Hæreticos Magistratus, id intendens, ut vel Ca-  
tholicos ad vnum perdat, vel ad sectam suam Caluinia-  
nam conuerterat.

### C A P V T . XI.

## Regis Angliae epistola ad Iberniae Prore- gem, consilium, & vrbes.

Vibus de rebus extat eius epistola nobis in la-  
tinum sermonem versa.

Q

Vibus de rebus extat eius epistola nobis in la-  
tinum sermonem versa.

### Epistola.

Iacobus Rex ad Iberniae Proregem, consilium & vrbes.

**F**idelissimi, & charissimi minimè vos later, quam perfidè ege-  
rint aliquot ex precipuis vrribus, & oppidis illius nostri reg-  
ni Ibernia sub obitum nostra sororis dilectissime Elizabethæ  
felicis

felicis recordationis, primum insciando; deinde nimium sero confundendo; ius nostrae successionis in dominationem horum Anglie, & Iberniae regnum. Quia de causa pax, & concordia istius Republicae aliquandiu perturbata fluctuabat, dum complures nostrorum subditorum, vel actionem nobis debitam in coronam ignorantes, vel malitie in nos animati de obdientia nostra regie persona debita dissererunt. Quo periculoso inobedientie exemplo non contenti eadem audacia sibi assumpserunt ius legum condendarum, gerendorumque magistratum, non solum prohibendo publicum cultum vera Religionis, & officij diuinij sanctium auctoritate Parlamenti istius regni; sed etiam tuendo, & extollendo Romane Synagogae superstitiones; eodem etiam Parlamento damnatas. Qui quidem in re eò contumacia, & immoderationis processum est, ut noster iste Prarex, & imperator fuerit coactus cum exercitu nostro facere expeditionem, ut horum temeraria ausa repremeret, eosdemque restitueret ad obdientiam nostro imperio debitam. Nibilominus nostra clementia, indulgentiaque hucusque tanta in eos fuit, ut non modo dignati fuerimus factas eorum excusationes ratas habere, contemptus condonare, executionemque dignissimorum suppliciorum severitate nostrarum legum constitutorum illis remittere; sed adhuc nostra erga eos aquanimitatis ubiorem significationem prabere, multis urbibus, & oppidis diplomata, privilegiaque corroborando cum cumulo multarum immunitatum, & exemptionum, ut idem ipsi optabant, quoties id nos supplicibus libellis rogarunt. Namque persuasum habuimus tantis nostris beneficijs eos obstringendos fuisse, ut deinceps obseruanda nostras leges, & administrationem, conarentur ostendere se dignos receptis donis, ut memoria indignationis nostra in eos insuffissime obliteraretur. Verum enim vero experientia nobis compertum est, suauilla mitique clementia nostra, qua illis hactenus induxit, id effectum esse, ut regiam nostram autoritatem spreuerint, plerisque urbium, & oppidorum istic pratoribus obstinatè renuentibus (sicut à te, consilioque nostro istius

istius regni accepimus) iurare iuramentum nostrum principatus in re spirituali, & temporali: ad quod, ubi aliquid munus obvenit, suis statutis obligantur: quibus statutis obtemperare nolentes cuiuscumque munieris, & officij redunduntur incapaces. Unde efficitur, ut multæ ex practicis ciuitatis nostris, quarum pax, argo tranquillitas est nobis maxime cura, sive destituta magistratibus, qui populum nostrum gerant, & regant ita, ut multa delicta, & flagitia incredibili audacia passim admittantur sine supplicij meo, & existimatione nostra administrationis diminuta: que omnia recens sedatio Manapia probat: & in magistratibus creantis (cum iam creati magistrati abdicantur quod nolunt iurare dictam iuramentum dominij nostri tum in spirituali, tum in temporali, quod tamen in similibus casibus iurare debebant) peruenit ad nos, eos vitæ artibus, & dolis, ut alter, quam constitutum est, elegant magistratus. Quoniam interdum magistrati præstinent aliquem virum ex regni nobilitibus, interdum aliquem auditorem, vel consiliarium nostri consilij istic, qui cuius non sit. Denique si post varias huiusmodi moras, atque machinationes ciuem eligere compellantur, operam semper dant, ut is sit obscurus, humilis, & impar oneri suscepere dignitas, & prouincia sustinendo. Vel magistratus singulis annis non mutantes, ut more inulare tenentur, nonnulli quoque publicis munieribus habent prefecchos, quos arbitrantur idoneos ad satisfaciendum iussis legum, atque statutorum. Quas vanas rugas, atque moras, cum eiundem antiquis statutis clarissime repugnant, non, nisi pro manifesto nostro contemptu, & despectione regia nostra auctoritatis acceperimus. Cuius rei medicinam, curationemque quia magis nolumus differre, scitote, quoties imposteraum intellexerimus, alias ræves, aliquæ oppida ex istis nostris destinati magistratibus, quos ad rectam populi nostri administrationem diplomata iubent creare, vel creationem eorum, & aduerteri differre, dictis electionibus doles, nobis deliberatè esse, delere, nullaque dicere cuncta priuilegia

gia concessa urbibus, & oppidis hoc crimen incurrentibus, illisque ex arbitrio nostro constitutere magistratus, & quia clementia nostra in itati duximus illos homines admonēdos esse de sua inobedientia, & de corādīa, quā abhinc ex illis speramus, vos subemus, ut quamcelerimē uacetis ad vos aliquem, aliquisq; ex nobilio-ribus cuiuslib; nobiliorib; atque obstinationum urbium, & oppidiōrum, illisque indicatis, quam agrē tulerimus eorum ingratitudinē, & despectionē: & quemadmodum statuerimus cum eis agendum esse, ut nullo pretextu ignorantie animi nostri in re, ex qua noſtre dignitatis existimatio maximē pender, possint suos contemptus, transgressionesque defendere, ne unquam valeant audere contra tam manifestam mortificationem, & declarationem voluntatis noſtre, quoad hanc rem. Ad quod he noſtre littera vobis sufficerint. Datum sub sigillo noſtro ex Hamptoncourte ultimo die Septembri, decimo anno noſtri principatus in An- glia, Gallia, & Ibernia, in Scotia, verò quadragesimo sexto.

## CAP.V.T. XII.

## III. Punctum persecutionis.

**H**Æ calamitates, & afflictiones ad tertium pun-  
ctum pertinent, quas Catholici fortiter ferentes Christi Fidem Catholicamque Religionem minimē deseruerunt. Ob id Angli iuxta quartum punctum, ut eos à veritatis tramite auertant, vrgent ad iei- gi principatus iusurandum omnes adigentes. Ad quod sessiones & conuentus, que superius latē explicuimus, cogunt. Selsiones, que generales dicuntur in singulis urbibus nobilioribus, & populosioribus bis; que trimestres nuncupantur, in singulis tribibus, qui vulgo comitatus vocantur quaterque otannis habentur. In hos conuentus omnes, qui, vel agrorum paucissima iugera possident,

**D**e quatuor primis persecutionis &c. 220 possident, vel aliquo in Republica munere funguntur, euocantur. Qui metu iuramenti territi, vel occupatio- nibus impediti statutis temporibus ad comitia non conueniunt, bonorum publicatione, capitis diminutione, vel alia peccata crudelissima, sepiusime morte plectuntur. Qui confluunt illis, dum tempus sessionibus fixum, & decretum permittit, hoc regis principatus in Ecclesia suorum regnorum impium iusurandum defertur. Ca- tholicis quidem malunt mortem subire, quam tantum sceleris admittere. Quamobrem nobilissimi, clarissimi- que viri municipijs suis, & vestigalibus abdicantur: ma- gistratus officijs ciuilibus, & publicis remouentur; in corum locum alienigenis Angli, atque Scotti Hæreti- cis contra regni priuilegia, & consuetudinem sufficiunt. De religiosissimis, & maximē pijs hominibus, quam in humanissimē decernuntur. Haud capiunt publica pati- bula condemnatos ad mortem. Alij in obuijs arboreis suspenduntur, alijs ex hortorum pemis laqueo strangu- lantur. Iberni propter Eisdem summo supplicio afficiū- tur: Angli ob homicidia, furtū, rapinas, violatas virgi- nes, alienostoros contaminatos ſape minimē puniun- tur. Ne verò Catholici cauſa Religiosis puniri animæ amissionē videantur, hi futi illi leſe Mageſtatis, alijs alio crimine infimulantur, & uno teste quocumque, etiā corrupto, vel inimico damnantur. Reo testes in suam defensionem producere interdicuntur: tempus ad pur- gandum crimen negatur. Neque filius eadam patris, quem scit innocentem summis sceleris argui orate, nec alium illi patrorum adhibere, impune porfit. His iudi- cium illud diuocim virotum, quod superius latifundē declarauimus, Catholici subire compelluntur: & ne li- berentur, Ibernis reictis Angli, & Scotti iudices adhi- bentur, quorum arbitrio reus ſepe permittere neleps,

pro confesso habitus damnatur. Qod si contingat, ut iudices duodecimi, vel pars eorum sint Catholici, ab illico reus absoluatur, ipsi grauissimis penit afficiuntur. Neque hac quidem conuentum frequentia iudiciorumque crudelitate Angli contenti, habent iactores, apparitores, aut executores, & alios ministros, quos ipsi vocant Mariscates, shirriffes, subshirriffesque pene in numeros, alios equites, alios pedites homines sanè nequissimos, atque sceleratissimos ab omni pietate, & humanitate longè terrarum disitos. Hōs destinant, ut per oppida, pagos, villas, aedes, conclavia, & omnes angulos excurrentes Catholicos vitæ rationem reddere compellant, in comitiat cogant, multistis puniant falsis instrumentis Magestatis lēsa reos agant, interdum animæ amissione coercant, eorum hereditates expilent, bona auptionent, sacra, & profana commisceant. Ita Christianissimorum viro iustitia aedes ingenti mortore, luctu, & squalore mersæ corpen, nefaria sceleratissimorum officiæ gaudio, lētitiaque exultant. Ita boni tanta tyrannidis terrore prosternuntur, perditæ tanta licentia trūphant. Ita insontes non modo securitate, sed etiam ipsa defensione priuāturi, flagitiolissimus quisque ad facinus audendum impunitate, & ad efficiendum præmijs incitatatur.

## CAP. V. T. XIII.

*Cnocsis persecutio longè truculentissima.*

**Q**uæ retulimus hactenus, calamitosa quidem, funestaque sunt: longè tamen furiosior, & immanior tyranne manet Scotus quidam nomine Cnoes, quem Episcopum Luci in Ibernia Jacobus

Rex

Rex inauspicato inaugurauit, sumq; supremū Episcopum vocat, naclus à Rege potestatem extingendi in Ibernia orthodoxam Fideim, & induendi in eius locum Hæretica dogmata, nullum lapidem non mouit, ut omnia factos atque Catholica Religionis vestigia deleret, omnemque memoriam funditus oblitteraret. Tanti sceleris molitor ex Anglia protestus cum in Iberiam appulisset anno post virginicum partum undecimo supra millesimum sexcentesimum, Dubhlinna consilij sui, legationisque rationem proregi de more exponit. Cui Prorex, rem, inquit, arduam, atque difficultem, Cnoes reverendissime suscepisti. Noli existimare Ibernos in sua Papistica lēge pati esse cum Scoticis tuis aut cum Anglis meis animi mobilitate, & inconstancia. Mihī quidem minime videris eos à Papæ partibus, amicitia, veneratione, & legibus subducturus: quos Angli septuaginta, & amplius annos ab hac opinione frustra auertere conamur. Quo magis virgeminus, cō temiores, atque firmiores illi se gerunt. Verum quia iurisdictio tibi autoritate regia delegata est, feliciter officio fungere. Quid valeas experiamur. Ego tibi non deero. Finem excellentissime Prorex, inquit Cnoes, forsitan laudabis. Ego sciam obstinacionem eorum egregie excipere, & afficerem dignis præmijs. Efficiam, ut nequissimi Papista mei semper meminerint, vnoque ore Papam, eiusque superstitiones diris imprecationibus prosequantur. Medicinam adhibeo longè acerbidem ijs, quas hactenus experti sunt, quam cum videris, cateras fuisse blandissimas, arque suauissimas non inficiaberis. Mox teulementia, quam animo machinabatur, fretus per totum regnum edicta in hæc verba promulgari fecit Anglo sermone.

F f

Omnes

Omnes Papistæ religiosi, sacerdotesque illicò regno exēuntur,  
sue animi amissione puniuntur.

Nemo filium, propinquum è suam in transmarina seminaria  
vauatum litteris operam deinceps mittit, & suo quisque intra  
annum reuocato, sin minus fecerit, bonorum publicatione coercetor.

Nullus Papistarum in tōto regnō magistri, praeceptorū mō  
nere fungi, publicē lege, vel docere audet.

Qui Ecclesiasticum Papistam dominū, velin villam suam re  
cepit, aut quocumq; modo foverit, Fisco bona eius addicuntur.

Omnes nostris sacrificijs, ceremonijs, atque concionib; Do  
minicis diebus, reliquijsque festis intersunt.

Templa hōlo dīnta Papistarum sumptibus Religionis nostra  
eubui redificantur.

Præterea Cones Ministroarchiepiscopos, & Min  
istroscopos, quod in regia secta & prauis dogmatibus  
propagandis hactenus vīsi fuerunt legnes, & quōd im  
perium vigilatiores sint, graviter reprehendit, eisdem  
que penas pecuniarias irrogat. Pseudoarchiepiscopi  
quatuor damnis coerciti, coniicijsque corripi Dubh  
linnam conueniunt, vbi celebrato consilio decreta  
Anglico sermoni in sequentem fere sententiam ca  
uent, & ad ea seruanda, & exequenda, & Pseudoepi  
copis suffraganeis iniungenda se iuris iurandi religio  
ne adstringunt.

Ecclesiastici regij praesales Archiepiscopi, & Episcopi in sua  
quisque diocesi residante. Omnes sua iurisdictionis Ecclesiæ se  
mī saltem in anno per se vīsunt, regulas, atque sanctiones, quæ  
ad sc̄lārū propagationem, Papistarumque exiū p̄cipiōnem con  
ducere videantur, constituentes.

Nullus in alium Ministrorum, nisi qui Proregi probetur, &  
ab eodem instrumentum publicum habeat regio signo corrobor  
atum, adscribitor.

Praesales, atque ministri iuramentum regij principatus in Ec  
clesia parochianis, & subiectis suis deferuntur.

Cataloguseorum, qui iuramenū hoc prestat recusauerint,  
quinostris ceremonijs, & ecclēsijs non interfuerint, qui sacer  
dotes Papistas protexerint, qui per alios, quam per ministros in  
fantes suos baptizari, mortuosq; sepeliri fecerint, aliaq; quam  
ministrorum authoritate matrimonia contraxerint, ad Prore  
gem tertio quoque mense mittitor.

In singulis diaecesis grauiorū litterarum studia, in minori  
bus oppidis rudimenitorum schole Protestantibus magistris ha  
bentor. Templa recensantium, idēt Catholicorū, expensis con  
cinnantur, & in illis Biblia in vulgarem sermonem translatā  
est. Itaque Religionis Anglicā ritus inducuntur.

Post hac iusta, quam nesciū, & luctuolum specta  
culum cerneret: Vbi fuerunt præscripta, Angli ea  
exequi festinant. Lutherani, Calviniani, Zungliani,  
Puritani, omniumque sectarum sequaces, præter  
quām nostre sacrosanctæ Christianæ, Catholice, A  
postolice, Romanae Religionis, gerere Ecclesiasticam  
Rem publicam: alij sacrorum Antistitutum nomine, &  
authoritate abusi Archiepiscopatus, & Episcopatus ad  
ministrate: alij, qui ministri nuncupantur, in infer  
iores Ecclesias missi omnes regni totius angulos im  
plete. Biblias corruptæ, mendosæque versionis in vul  
garem sermonem traductas, & Catholicorum expen  
sis emptas in omnibus parochialibus Ecclesijs, collo  
care: loca inde deprompta, quō sua quisque libidi  
ne, & ingente furore rapitur, electere: ad insa  
nam hanc expositionem audiendam, & nefaria fa  
cilegia colenda Catholicos vtriusque sexus, & cuius  
cumque dignitas compellere. Neque Prorex quidem  
negocio defuit, Mariscales, histores, milites, sacerdos  
nequisimos, atque truculentissimos, qui Ibernos

Ministroclericis obdare, eegant per oppida, villas, agros, distribuit, in vijs, & scimitis constituit. Hi Catholicos ad regia templa frequentanda, auscultanda dogmata, regiamque sedam amplectendam student adstringere, hos fustibus illos ferro in Hæreticorum templo detrudere laborant. Catholici, quod hæc scelerata nolunt admirere, ad incitas rediguntur multas afflictas, in carcerem, & vincula coniunctur. Tot recorum examinibus capiendis carceres minimè sufficient: in comitijs, aut sessionibus sistuntur. Duo decim virorum iudicium subire coguntur. Hi bonis spoliantur: illi in exilium mittuntur: alij capite plectuntur. De omnibus quam acerbissime, & crudelissime determinatur. Lenissimi, atque misericordiosissimi Protestantes sibi videntur, si patresfamilias, quatumvis pauperes duobus argenteis nummis, quos regales nominant, singulis diebus Dominicis reliquisque festis, quibus Hæreticis cæmonijs non interfuerint, puniant, ditiones vejò, & nobiliores penitentibus damnent.

Imaginibus sacris impij minimè parcunt. Sacerdotalia vestimenta, cæterasque res ad Missatum solemnia, diuinumque cultum dicatas rapiunt: Catholicorum domus diripientes, aureos, & argenteos scyphos, aulæa pretiosa eo colore, quod sint sacri calices, pæthæ, sacrarum Ecclesiarum ornamenta, & id genus alia in Dei venerationem destinata, sibi adiudicant. Sacerdotes ut neci tradant, quam diligentissimè disquirunt. Ibernos præceptores, & doctores officio remouent, & fugant. Litterarum studiosos exitu ad transmarina collegia, & Catholica gymnasia prohibere summo studio cónantur. Eo vesaniè proceditur ut auctore venerando patre Conuao, quidam regius consi-

consiliarius iactauerit, omnem suâ supellestilem, quæ magnæ estimationis reputatur, esse sacraria, calices, patenas, reliquaria, & vasa, quæ Catholici diuinatû rerum honori deuocerat Eodè referente, Culrathnia erat Virginis Matris imago, quam Babington Pseudoepiscopus Anglus impie cupiens comburere, duobus satellitibus suis, ut ea mad togum portarent, imperauit. Sacrilegi morem Heresiarchæ gerentes, vix in sacram imaginem sclestissimas manus iniecerunt, cum exanimis subito ceciderunt. Per alios æquè temerarios in oppidi forum delata, strutoque rogo imposita mansit illæsa, igne toto consumpto. Terebris etiam perfossa, & pice, stuppa, nitratq; puluere in foraminibus posito, & in nouum ignem coniecta nihil damni fecit. Quare Ministropiscopus territus & morbo correptus animam exhalasse, imago vero in pristinum locum diuinatus restituta, idque euensis mense Septembri anno redemptoris millesimo sexcentesimo undecimo fertur. Ut idem etiam tradit, Hæreticus Religionem nostram, eiusque ritus, & sacerdotum orna menta ludens, è sacra casula femoralia sibi fecit sed inauspicato nam vix ea induit cum igne concepto flagravit, & sacrilegus in multorum conspectu comburitur socijs cum frustra exuentibus ueste.

Heu miserrimos, qui tantam miseriā patiuntur! Heu ignobiles, obscuros, abiectissimos animo, qui ferunt! O fœlices Ibernicos, æternoque laudum præconio dignissimos, qui maluerunt pro Religione Catholica, pro legibus, pro patri gloriosem & sanctam morte opere, quæ in hoc situ, squalore, luctu, dedecore, in hac seruitute, in hac Ecclesiæ tyrannide, in hoc Dei, sanctorumque contemptu, in hoc cunctorum scelerum fallo, & in hac Lerna malorum omnium turpisime vivere! O inscios, stolidos, atq; perditissimos Anglicæ factionis

Ibernos, qui hanc sibi pestem impendentem non præunderunt; qui populares suos, viros summos, atque clarissimos fidei defensores oppugnando, efficerunt, ut huc ruinæ, calamitatibus, misericordiarum patria, Catholicaque Religio sit deducta! Adesto mihi hic Angloiberni sacerdotes Anglicæ factionis, de omnibus non loquor, sed de vobis paucis, qui rem finistè egistis, quando causa Catholica Religionis agebatur. Quomodo præsenstam ingens, & immane scelus purgabitis? Fūisti ne tunc animo undeaque, & integerrimè Catholico? Sapientis lectoris esto iudicium. Ego quidem non sum solitus villos nota inurere: nec tamen dogma animarū saluti, & Fidei amplificationi perniciosum, & exitiale possum habere ratum, sanctum, & Catholicum; hoc est, ut pro Hæreticis, & contra Catholicos armas circumferamus. Ne diutius hic immoremur. Nihil hic opus flexibus nostris. Anglicæ Ibernorum factio factiosissima, quæ hoc sibi, patriæ suæ, Religionique sacræ excidiū attulit, hodie acerbissimè plangit.

## CAPVT. XIIIIL

*Quemadmodum Iberni sustinuerint hanc persecutionem?*

**H**æc de tyrannidis punctis quatuor diximus. Nunc qua constantia prædicti, quibus auxilijs adiuti Iberni tantam tyrannidis rabiem ferant, ut Catholicam fidem in tanta rerum difficultate sine Hærescon contagione sanctam, & puram retineant, breviter perstringamus, sacerdotum, & secularium, Catholicorum, & Hæreticorum casus, laboresque referentes. Principio Ibernicæ, Catholicæque partis sequaces meitorum

*De quatuor primis persecutionis &c. 224*  
 ritòrum suorum erga patriam, Remque publicam Christianā cōscientia gaudet, quod ipsi diu effecerint, ne huc æruminarum Ecclesia Christi fuerit deducta, perque se non steterit, quominus armis in libertatem vindicaretur, nunc etiam in Fidei cōseruationē omnem operam ponentes: quodque semper Christi fidem, atque patriam vietricem esse voluerint, idque pro virili contendenterint, vnum est illis præsentis doloris leuamen, & mea quidē sententia magnum: namque conscientia rectæ voluntatis, & benefactorum recordatio est maxima consolatio rerum incommadarum. Anglicæ Ibernorum factio, quod ipsa Fidei defensores, & libertatis assertores impugnauerit, ignorantiam suam deplorat, seque diris imprecationibus execratur, intempestiuē tamen.

Fronte capillata, post est occasio calua.

## CAPVT. XV.

*De tribus Comitibus Ibernis Anglicæ factiōnis.*

**A**nglicæ factiōnis aliqui principes Iberni non impune sunt ausi persecutioni intercedere Richardus Burkus Clanrichardæ, Thomas Butlerus Vrmoniæ, Giraldus Giraldinus Kildaria Comites, quí Anglorum, à quibus originem trahebant, principatum superiore bello amplificare nitebantur: quod præstare minimè potuerunt, nisi cum miserrimo patriæ excidio, ingente Catholicæ Religionis clade, Hæresis propagatione, & maximo suo damno, quemadmodum rerum exitus probauit.

Vrmonius senectute languidus, oculis captus, morbo tabescens, nihil, nisi de morte cogitans, in hac persecuzione

cutione ad orthodoxam fidē secundō conuersus, exactæ  
vitæ delictis, præsentis tyrannidis magnitudine, obara-  
torum calamitatibus, & vniuersitate patræ cōmuni nau-  
fragio vehementer cruciatus palam protestabatur, à  
regijs ministris inauditas iniurias inferri, illasque se nō  
fuisse laturum, si esset illa ætate, corporisque valetudi-  
ne, quā fuit tunc, cum veram Christi Religionem, pa-  
triamque suam impetivit à tartareo diabolo deceptus,  
idque identidem, donec animam efflauerit, repetebat,  
á Rege, consilioque spē, & asperrimè corruptus.

Eiusdem immanis persecutionis truculentia Killda-  
rio indigna, horrida, & execrabilis existimatur. Qui ge-  
neris splendore, maiorum gestis, & sua industria clarus  
inter Ibernos fuisset, nisi à Catholica Religione dege-  
nerando, cuncta fēdasset. Quippe infans ab Anglis edu-  
catus, & erroribus imbutus vera Religionis nesciat nō  
libauerat. Nihilominus Dubhlinna Prorege adiens  
ita alloquitur. Reor equidem. Prorex excellentissime,  
optimo cuique id esse à natura, vel à Deo naturæ, & re-  
rum omnium opifice, & authore insitum, ut afflitorū  
magna miseratione moueatur, præsertim cum insontes  
immoderata nocentī feritate quatuntur. Quis enim  
est ingenio tam ferino, & abhorrente ab humanitate, ut  
nō doleat innocuos à prauis, atque pernicioſis ingen-  
te furore, & libidine præpostera lege opprīmi, & pu-  
niri? Ac me quidem cum hac miseratione, tum conscientia  
mea subigit exponere tibi regni huius labores, atque  
calamitates, cui exitium, & interitus ab his militibus,  
qui destinati sunt ad prosequendos, & capiendos sacer-  
dothes Papistas, imminet. Namque noui probé tuam  
pietatem, summamque æquitatem in huius insalæ  
Republica administrastra, qua flagitiosorum homi-  
num inuasionses cohibendas, calamitosis subuenientū,

&amp; omni

& omni Reip. consulendum à te esse spero. Itaque  
milites isti, alijque regij ministri cum magnis furum,  
atque ganeonum cateruis, quas in suam familiaritatē  
tem, atque societatem asciscunt, eo colore, quod fa-  
cēdōtes insectantur; agros vrbes, oppida, domos  
conclavia, percurrent, inuadunt, deprædantur, diri-  
piunt: innocentēs falsis delationibus, atque documen-  
tis reos agunt, relegant, morti addicunt: eorum for-  
tunas sub hasta vendunt, amœnas villas, lētos hor-  
tos, pretiosam supellec̄tīlem sibi adjudicant: vtque  
vno verbo sceleris summam comprehendam, sacra,  
& profana polluant. Dumque incredibili infania ex-  
agitati hæc crudelia facinora committunt, susque, de-  
que ferunt, an in crimen incident, nec ne hi, in quos  
ita truculenter sequuntur. Et protestò, quamuis omnes  
Iberni Papistæ sacerdotes essent, tamen nec hone-  
stum, nec pulchrum videatur in eos tam immanci-  
bacchari, præterquām lex, ratio, exemplum maio-  
rum, ceterarumque gentium mores præscribunt.  
Quare te etiam, atque etiam vehementer rogo, ut  
huic pestilentia obuiam eas, toique, & tantis malis  
adhibeas curationem. Hoc interest publici boni, cu-  
ius ratio potissimum habenda est. Hoc interest tua,  
tuæque famæ, & gloria, cui huius Reipub. gubernaculum  
permittitur. Hoc interest Religionis no-  
stræ. Hoc mea interest, qui cum pauciſsimis alijs  
Ibernis veneror regiam religionem. Hoc interest ſin-  
gulorum, qui eandem profitentur, præcipue Regis,  
qui Religionis huius, harum dominationum, no-  
ſtrumque omnium caput, princeps, atque propug-  
naculum est, ne Reipubl. oppugnatores, ne ſequi,  
neu irreligiosi, impij, exlegeret, & habeamut, &  
ſimus.

Quæ

Quæ oratio et si non ex animo Catholicæ proficisci-  
batur, æqua tamen, & utilia suadebat, cōque alijs in  
Proregis animum descendit, quod eum, vel negligentia,  
& imperitia Reip. capessendæ, vel scœnitia notare vide-  
batur. Itaque ira, & odio percitus iniuriam, quam libera  
Comitis oratione sibi illatam credebat, per dolum vlcis-  
ci molitur, verbis illi gratias agens pro consilio, sed ani-  
mo cogitans, quemadmodum mortem inferret. Scy-  
phum vini plenum illi propinat in grati animi signifi-  
cationem, volentique bibere venenum satiū validum  
vino clam misceri fettur imperasse. Quod Comes nihil  
aduersi timens propter sitim audiē hausit: sed poculo  
vix epoto præ dolore gemens, vereor, inquit, ne potus  
hic vita me exuerit. Mox equum concendens Munno-  
dam municipium suum, quod millibus passuum circiter  
duodecim abest Dubhlinna, petit, quod cum venisset  
ad noctem, Catholicæ sacerdoti accersito exactæ vite  
conscientiam, peccataque sua patefecit, lectas, & Hære-  
ses, quas eōusque fuit secutus, detestatur, Catholicam Re-  
ligionem professus, & à sacerdote expiatus eadem nocte  
animam efflat.

Clanrichardus Comes ingruente per Iberniam per-  
secutione, se in Angliam conculit, persecutionem evi-  
taturus. Sed longè præter votum, & opinionem illi con-  
tingit.

*Incidit in Scyllam cupiens vitare Carybdim.*

Eum enim Iacobus à Fide auertere conatur. Ob quod  
ille anxius vehementissimo morbo oppressus decumbit.  
Est Comiti coniux genere Angla nuper ad Fidem cō-  
uersa, postquam illi nupsit, quæ mariti casu commota  
Iacobum adiens, ad eiusque pedes se deiiciens, & mi-  
seré flens rogat, ne se orbet marito, qui sanè vitam  
morte commutaturus sit, si gentis suæ, maiorumque  
Reli-

Religionem venerati prohibeat, neu Comiti Clan-  
richarde viro clarissimo, vni ex Ibernæ principibus,  
cuius multa, & ampla merita in Anglia Reges extite-  
runt, interdicat ea Religione, quam infimus etiam, &  
obscurius quisque Ibernorum retinet, colit, & pro-  
fitetur. Cum Rex indicasset, se Comitis & lachrymas  
miserari, illa marito refert, non esse, quamobrem am-  
plius timeat, ne propter Religionem molestia afficia-  
tur. Quo ille nuncio recreatus cepit ægritudine leuari.  
Nondum tanien fuit ad pristinam valetudinem resti-  
tutus, cum in maius vitæ discimen à Protestantibus  
deducitur, dum venenum cibo absconditum illi come-  
dendum præbetur, quo illi pilis capitis omnes defluxer-  
unt, & ipse ægrotare, doloribus cruciaris, tabescere ce-  
pit: magnisque curationibus adhibitis longo tempore  
transacto vix signa salutis ostendit. Ad hæc quia noluit  
Regis summum Pontificatum iureiurando confirma-  
re, Connachtæ administratione abdicatur. Possem ego  
Comitis ampla beneficia in Anglia coronam nume-  
rare, sed ipse secum illa reputet, & merita cum præmijs  
conferat.

### C A P V T . X V I .

*Catholicorum constantia, & conatus in  
persecutionem.*

**N**ihilominus apud vniuersos penè Iberos nihil  
magis fixum, atque deliberatum est, quam Hæ-  
reticis Regis, atque Proregis editis: nefarijs  
Cnochis Pseudoepiscopi, & aliorum Hæretarcharum  
constitutionibus, scelentissimisque regiorum ministro-  
rum iussis non obtemperare. Imprimis non sine con-  
tentione

tentione possessionibus suis aliqui deiiciuntur. Aliquot Anglorum, & Scotorum colonijs, quas statuit Prorexi in Lageniam mittere, haec tenus obstiterunt Daniel Omurchuus cognomento Hispaniensis, Felmius, & Raymundus Obruines, & alijs equites, quorum aliqui Proregi responderunt, se non prius possessiones suas alijs permisuros, quam vitam morte commutaturos. Ob alias etia causas controversiae passim oriuntur. Hac celebris est apud Cōūēm. Minister regius, qui Mariscalis dicebatur, equitum turma stipatus huc, illuc per itinera cursitans cum in via publica pedissequum Iberni equitis, cui erat infensus, offendisset, eū iubet exhibere instrumentum, vel fidem publicam, qua constaret, ei licere iter facere. Cui pedissequus respondit, se quidem nec illud documentum habere, nec putasse opus eo sibi esse, herū suum subsequi, & illi forsitan instrumentum esse, sequi in eius agitis esse, vbi erat omnibus cognitus. Hic Mariscalis non interposita mora hominem ex arbore proxima imperat suspendere, sic vltus, si qua molestia ab herō illius fuit affectus. Erat enim huic Anglo data potestas, quæ Martiæ legis Anglis dicitur, per quam indicta causa, leuissima, vel nulla suspicione, villa sine culpa, quocumque colore poterat hominem morte plementare. Ibernus eques cum pedissequum suum spiritu iam effuso suspensum itinensset, ira percitus subdit equo calcaria, & pedissequum Mariscali longè charissimum, & magni v̄sus nactus laqueo strangulati facit, par parens. Quod cum fuisset Proregi, & summ o consilio allatum, illis risum mouit.

In illa duodecim virorum iudicia, quæ superius explicauimus, quoties tres, vel quatuor Catholici adscribuntur & de Catholici, vel sacerdotis, vel laici causa agitur, constituant prius fame perire (nam dum iudicandi

De quatuor primis persecutionis &c. 227  
candi potestatem habent, cibo, & potu illis interdici demonstrauimus) quam contra conscientiam ferre lenitatem ita, ut vel Hæreticos inedia coactos in suam opinionem trahant, vel consilium re infecta faciant solvi.

Tantum abest, vt Iberna iuuentus Hæreticis preceptoribus operam det, vt in exteriores regiones, & transmarina seminaria multi studendi causa transmittantur, Rege, Prorege, cæterisque regijs ministris frustra renitentibus, & pueri domi à parentibus & sacerdotibus Fidei Catholicæ rudimentis excolantur. Hæretici quoque Magistri, ne mercedem, quam pro docendi munere studiosi pendunt, totam amittant dum eos studiosi nolunt audire, cum Ibernis præceptoribus paciscuntur, vt illi dimidia mercede fruantur docentes, & alia dimidia sibi oeciantibus reddatur.

Ne profana templa frequentare, & mortiferis Hæreticatum superstitionum solemnibus interessu cogantur, alij perpetuis multis affligi, alij morte affici se sinunt, alij certa pecunia summa constituta, ne ad nefandas cæremoniæ accessantur, transfiguntur. Non desunt, qui Ministroclericos, eis raro occidunt. Multi illis metum incurvunt, vt nec ipsi munus Hæreticū exercere, nec Catholicos sacerdotes diuinis officijs prohibere audeant. Ridiculum est, quod in humilibus pagis ab ipsis agricolis, & rusticis usurpatur inuitantibus ministros ad ientaculum summo mane diebus festis, & vino aqua vita, seruisia, tabacei herbæ fumo, & puluere inebriantibus, sacrificantesque Bacchoregiorum sacerdotum immemores redditibus.

Omnes Catholicí reclamant iniurias toti regno inferri, cunctaque præter morem, exemplum, atque leges agi. Sacerdotes Catholicos hospicio excipiunt, in cibis, & villis

Patrius  
Purcelli  
mors.

& villis occultant: ab inquirentibus Anglis defendunt victimum illis largè suppeditant, quamquam compellantur Ecclesiæ vestigalia Ministris Hæreticis pendere. Eosdem tanto cultu, tanta veneratione, & obseruantia in hac rerum miseria colunt, ut nec antea in Ibernia, nec alibi gentium post hominum memoriam fuisse tantus Ecclesiasticis à laicis honor exhibitus audiatur. Seu præmia, quantumvis magna, & pretiosa illis proponas; seu exquisitissimos, & horrendissimos cruciatus admoucas, nunquam tamen sacerdotem prodent. Neque officio suo se satisfacere credunt, nisi quando opus videtur, pro sacerdotis incolumente faciant bonorum iacturam, & sanguinem effundant, & animam amittant. Quo efficitur, ut pauciores sacerdotes pro fide intereant. Nam cum regi ministri sacrilegas manus in sacerdotem iniiciunt, illum Catholicæ varia, & multiplici arte in libertatem allerrunt. Ob quas causas magistratus, civitates, nobiles & plebei coetionibus, & penitus grauissimis afficiuntur, multique summo supplicio puniuntur quamvis alio crimen insimulentur. Celebris est Patrius Purcelli equitis senio confecti lanrena, qui o. Regisimum circiter annum agens hoc crimine postulatus, quod Elizabethæ tempore eques Catholicus, qui à Catholicorum parte in bello stabat, in eius domo cœnauerit, semisuspensus fecatur, ciusque exta comburuntur. Fiardæ anno Domini 1612. erat quippè insignis sacerdotum patronus, & protector, possessor, &que minimè spernendas habebat. Iberni in aliquibus Ecclesiis, quæ vel ipsi ab Anglorum imperio defenderunt, vel Hæretici ad suas cæmonias celebrandas redificari fecerunt, sacerdotes atque religiosos constituerunt, et si de hac re est acerrima contentio. Ob quam Catholicorum perpetuam luctam innumeræ controversie oriun-

De quatuor primis persecutionis &c. 228  
orientur, lites infinitæ intenduntur, disceptationes in infinitum protractantur. Summa rerum est, omnia maxima perturbatione, & ingente confusione misceri, conantibus Anglis diuina, & humana iura violare, Ibernis vero Fidem Catholicam, Religionemque conservare.

## CAP VT. XVII.

*De Religionibus, collegijs, & sacerdotibus.*

Am vero quam opem in hanc persecutionem extera gentes Ibernis ferant, breuiter dicam, & certè non mediocri auxilio spirituali (nam de hoc loquimur) haec insula iuvatur ab externis nationibus Ibernos studiosos sacramentum litterarum, & optimarum artium lacte educantibus. Ac meherculé par est, ut cum Ibernia quondam multis gentibus doctrinam suppeditaverit, Euangelicam veritatem profligata rem restituerit, nunc multæ cum una patria faciant. Philippus Hispaniarum Rex, studioissimum, atque validissimum Christiani nominis propugnaculum, & Ecclesiæ Catholicæ fulcrum miseratus hanc Iberna Ecclesiæ calamitatem, subsidium laboranti, iamque penè cadenti Fidei insula honorificissimum, atque saluberrimum proridit, dum Iberniæ inuentuti litteraria palestra excolendæ, & sacris ordinibus initiandæ seminaria, quæ hodie florent, instituit, & vestigalibus locuplerat, ut inde sacerdotes doctrina bonisque moribus imbuti in Iberniam reuersi diuini verbi semina diffundant: atque populum immani tempestate consummum in tutissimo Fidei Catholicæ portu contineant.

Salman.

Salmanticense, compostellatumque seminaria sunt ab ipso Rege constituta. Vlysiponense à Lusitanis optimatibus inceptum à Rege auctum. Hæc à sacerdotibus clericis primum florentissime administrata, nunc à patribus societatis Iesu Ibernis præclarè reguntur in instituto ipsius sacrae religionis, quæ contra perturbationem insanorum dogmatum hac tempestate caput extollentium ad rudes, atque teneræ iuuentacis animos bonis moribus, atque litteris imbuedos diuino quodam munere constituta est. Hispali quartum est ab Hispaleoisibus optimatibus deuorum regiaque ope adiutum in ipsis adhuc cunabulis uberrimos fructus gerens. Illud autem, quod idem Catholicus Rex in Gallia Belgica Louanijs Franciscanus religiosis construxit beneficis in Iberiam, Ré que publicam Christianam eruditio[n]e, & doctrina maxime memorabile est. Silencio, præterea non sunt tria seminaria, quæ in eodem Belgio Catholici Regis auxilio, & Belgarum primorum patrocinio proteguntur. Antwerpia, Duaci, & Turaci. Totidem quæ Gallicis magnatibus patronis, Burdigalæ, Tolose, & Lutetia vi genti, dignissima sunt, ut ab obliuione hominum vindicentur. Ac certe Burdigalense seminarium Cardinali Francisco Surdicensi Burdigalæ Archiepisco Mecenante, & Dermysio Maccartha rectore incredibiles fructus diu profert.

Præterea plerique nobiles Iberni opibus pollentes curant liberos in hæc regna, in quibus Catholica Religion floret, missos, dum in gymnasij se litteris addicunt, suis sumptibus alere.

Religionibus quoque hotum regnum plurimum Ibernia debet, quod Ibernos in sua cenobia, instituta, regulasque libentissimè & obuijs, ut aiunt manibus coopstant. Itaque in Religionibus, seminarijs, & parentum expensis

expensis Iberni sacerdotes, & religiosi éducati Iberniā cateruati inundantes, damnum illud, quod Angli intulerunt, Religiosas domus, & sacra gymnasia cuertendo, compensant, & resarcunt, quamuis non omnino, magna tamen ex parte. In Ibernia quoque nonnulli adhuc se religionibus alligant: plures sacris ordinibus inaugurantur. Hi sacramenta ministrant, constantes in Fide adiuuant, nutantes confirmant, cadentes retinent, lapsos erigunt; Euangelium sacro sanctum exponunt, populo concionantur; Hæreticorum nodos patquæ tricas dissolvant. Quod crebrius è regno discedere iubentur, eò libentius manent, & etiam confluent. Ne ab Anglis cognoscantur, secularium hominum vestibus induit alij mercatores, vel medicos, alij ense, & pugione cincti equites, alij alia conditione, & arte se simulant. Ut autem in omnibus regni locis sunt sacerdotes, qui animalium curam gerant, salubre consilium est initum, quod ut facilius percipiatur, in memoriam reuocandum est: in Ibernia Archiepiscopatus quatuor, & Episcopatus complures esse, omnesque hodie ab Hæresiarchis possideri, ob idque titulis eorum Catholicos præfules non, nisi raro creari, quod sine vestigialibus Ecclesiasticis tanta Episcoporum turba dignitatem, & honorem tuet non posse videatur. Quamobrem Archiepiscopi quatuor, qui sunt à Romano Pontifice inaugurati in suffraganeis Episcopatibus vicariis generales constituunt authoritate Apostolica accedente, sacerdotes, siue clericos, siue religiosos. Hirutus parochialibus Ecclesijs Parochos præficunt. Et Eugenius Macmaganus Dublinnæ Archiepiscopus, & David Ocarnius Casiliæ magna discrimina, & ingentes labores adiungentes suorum Archiepiscopatum

et per se pascunt Petrus Lombardus Archiepiscopus Ardmachanus & Florentius Omelecentius Tuncmix, qui multis de causis in Ibernia per Anglos tutus esse non potest, suas praincipias vicarijs delegarunt.

Quam strenue autem sacerdotes rem gerant, & Hæresibus obstent, fidem superat. Quia ite multum imprimis infundant Domini Dominici religiosi, qui si sunt multa, nobiliaque quondam in Ibernia cœnobia tenuerunt, ita nunc illi laborant, non minus studient subuenire, quam stadem possiderent.

Seraphici Francisci filii, quemadmodum sunt apud Ibernos in maxima veneratione, hodie in Ibernia cæteros omnes religiosos homero vincunt, nec yllis merititis cedunt Patres societas Iesu, quia sub idem tempore, & sua Religio, & hæresis habuit ottum, illaque contra hanc diuinatus videtur constituta, ideo loci munericis, atque prouincia estatim statuunt, aquilis hostis mortiferum conspectum, & furentem impetum sustinere. Alij religiosi non sunt in Ibernia tam frequentes hac tempestate, & si non desunt aliqui filii Diuini Bernardi, cuius sacra religio multa monasteria locupletissimis vestigalibus dñata in ea amiserunt, & sacer ordine D. Augustini, cuius vigent hoc tempore pauci religiosi. Renasci videtur sacerdotes instituti Diuini Iohannis hospitalis Hierosolymitanij, qui iam fuerant extinti, simul ac amplissima vestigalia, pulcherrimas domos, amoenissimas totius regni sedes, ordo ille sacer amiserit. Sacratissima religio magni Patriarche Benedicti incipit restituiri. Numerus clericorum magnus est, atque florens. Omnes Ecclesiastici quoq; sint, mihi quidem non constat, inquit ne Anglis quidem ipsiis diligentissimis sacerdotum indegat-

toribus. Illud non ignorò, mille, centum, & sexaginta sacerdotum religiosorum, & clericorum nomina, cognomina, etiundemque parentum, & protectorum ab Anglis inquietendo comperta fuisse, nec aliam ob causam quisita, quam, ut sacerdotes, & eorum protectores, qua possent arte, perderent, quemadmodum Cornelium Odubhanum Episcopum, & Partritium Oluchranum presbyterum sustulerunt, ad quorum Martyrium describendum animu[m] appellamus.

CAP V. T. XVIII.

*Cornelius Odubhana Episcopus, & Partritius Oluchranus sacerdos Martires clarissimi.*

Cornelius vir haud obscuro genere natus Seraphicus Diuini Francisci religioni sese teneris ab annis alligauit. Vbi mitifica pietate, longis orationibus, perpetuis penitentijs, & omnium virtutum ornamento fulgens, doctrinam eruditus, ingenio comis, & urbanus, sermone nequaquam ruditus equalis. Quas ob singulares dotes Pontifici Maximo dignus est visus Dunii, & Concerie Episcopus inaugurrati. Suscepit ille prouinciam funestissimo patre lux tempore, quo maximæ molestiarum, & turbulentissimæ tempestates existerunt Anglicæ Hæresi in animalium perniciem immanius, & sequius in dies græstante per annos circiter triginta pœctate-

oꝝ. Tom. 4. Liber. 1. p. 1  
gesit sacerdotium Christi Iesu. Euangelium expo-  
nens, sacramenta ministrans, populum sibi deaman-  
datum in Christiana veritate confirmans, nihil, quod  
ad boni præfatis partes desideraretur, prætermittens,  
ab Hereticis interdum captus, carcere, vinculisque  
vexatus, labores incredibiles sustinens, nullis calamiti-  
tibus fraus. Denique in hac Iacobi Regini perse-  
cutione ab Anglis milibus diu quisitus repente circu-  
lauit Junio mense anno post Virginem par-  
tum undecimo supra millesimum sexcentesimum de-  
prehenditur, cum ab equite Iberno exceptus hospicio  
sacramentum confirmationis celebrasset, & Dubhlin-  
nam delatus in caliginosum, fortidumque carcerem,  
cuius & antea tenebras, & nudorem tulit, & vincula  
constrictus. Sub idē tempore Patrius Oluehranus sacerdos  
Roma regresus in oppidū maritimū Corcacham ap-  
pulit. Vbi cū homo inimicū dolosus interroganti pra-  
festo se sacerdotem, & Papisticum esse constiteret,  
Dabhlinnam quoque missus in carcerem detruditur,  
non in eundem cum Episcopo, qui arce regia teneba-  
tur, sed in alium facinoris hominibus dicatum. Ambo  
mensis circiter septem varijs miserijs concusso in con-  
uentibus mensis Ianuario sequente habitis ne Hereticis  
quidem ipsi maiore pena, quam longi carceris detri-  
mento coeterendi videbantur. Aliud tamen Angliae re-  
gis & consilij iussu (sic enim fuit) est decretum. Læ  
Magistatis criminis insimulantur. Dies illos ad dicen-  
dam causam constitutur. Quæ dies dum venies, grō  
tribunali, quod regium sciamnum nominant, distin-  
tur, patrō, & procuratoris auxilio destituti, & pro-  
hibiti, omniq[ue] sacratissimum legum præfatio  
nudi suam causam orare compelluntur. Aderat  
hic actor, vel accusator, homunculus abiectus, in-  
cognitus,

De quatuor primis persecutionis &c. 231  
cognitus, pecunia corruptus, qui non alio crimine  
potuit Episcopum arguere, quām quod in Ultonia de-  
gerat cum Onello, & alijs Catholicis contra Elizabetham  
pro Fide bellum gerentibus. Præter iudicio Do-  
minicus Sarfeldus crudelissimus sacerdotus & Catho-  
licorum virorum damnator, innocentis, & Christiani  
sanguinis effusor liberalissimus, & ob id titulo equitis  
Aurati ab Hereticis donatus. Eius vero collega & si He-  
reticus erat, se tamen agrum simulauit, ne innocentii  
sanguine se pollueret. Dominicus truculentissimum  
suum vultum ad Episcopum conuertens, purga, inquit,  
te crimen ab auctore obiesto. Sum equidem, inquit Ep-  
iscopus, consecratus, & vñctus oleo sacro. Quocirca  
tuam credo non latere prudentiam mea caute exa-  
men non hic, sed ad forum Ecclesiasticum pertinere,  
cum seculares iudices, nec debeat, nec iure possint de  
Ecclesiasticis virtutis ferre sententiam. Non mihi viden-  
tur te fugere illa Psalmista verba. Nolite tangere Christos meos. Nonne Christus ipse, inquit Sarfeldus, fuit  
Pilati sententia iudicatus? Certe, subridens inquit E-  
piscopus, & me quoque sequi Christi Domini vestigia  
iuuabit, si vos Pilatum non pudet imitari me crudel-  
iter, iniusteque dannando. Personuit tunc forum un-  
deaque aliorum gemitu, aliorum risu. Age, in-  
quit iudex. Episcope, aut crimen diluito, aut reus  
Iesu Magestatis esto. Cum, inquit Cornelius, fori be-  
neficio mihi frui non permitatis, haud dubito, quin  
eadem facilitate in principali quoque questione vim  
legibus, mihi infuriam intuleritis. Tamen, quia nec  
forum declinasse, nec racere apud vos mihi emolu-  
mento est, impeti me certe non, quod Angliae Re-  
gis Magestatem lesserim, sed quod diuinam obser-  
uem atque vestram iniquitatem, & meam innocen-  
tiam

tiam significare non aggrauabor. Ad actoris calamitatem, quod regnante Elizabetta fuit in Utronia commoratus apud Catholicos fidem Christi armis tuentes inficias non eo. Neque ideo tamen crimem admisisse mihi video, cum ibi mea diocesis sit, ipseque sum adstrictus in ea residere, gregem Domini mei fidei commissum pascere, & consolere animarum salutis de bellicis vero motibus, & armorum apparatu nihil cogitauerim. Quod etiam si fecissem nunc mihi officere non debet, cum Iacobus Rex Ibernię, & Anglię sceptro primū potitus reatus in antecessores admissos Ibernis condonauerit, & iniuria præcitate sint proſuſis abolitæ, & veteres amicitiae reconciliatae. Illa erratorum condonatio, inquit index, tibi non potest op̄ulari, quod in iudicio sponte te non stiteris, quod remissionis diploma, vel instrumentum non receperis, quod tua erga Regem fidelitatis, & principatus regis in ecclesia suorum regnum iumentum non praefteris. Nulla, inquit Episcopus, ratione oportuit me virum Ecclesiasticum in seculari iudicio exhiberi, neque petere illud venia documentum, cum ne lacorum quidem decima pars comparuerit, aut habeat illam schedulam, cum omnibus sufficiat generalis commissorum remissio, quæ regio chirographo consignata publicè diuulgata in vestris monumentis perscripta conservatur. Sacramentum vero fidelitatis, & regi pontificatus maximi, quod vos estis soliti exigere, ne fas est Catholico reddere. Imbecilli vel metu territi, vel allecti præmio iurandum hoc dant. Ego neutro decidor, ut tantum scelus admittam. Quin obtestor me hac vna de causa, perindeque Catholicę Religionis, & fidei damnari. Quo quidem maius opinione omnium capio animo gaudium.

Agite.

*De quatuor primis persecutionis &c. 232*

Agite. Non magis meum sanguinem vos appetitis, quam ego illum pro Christo redemptore effundere expecto. Longè, index inquit falleris opinionem superstitionis cauillationibus, & circis istis tuis. Ostendam tibi, non Fidei, sed Iesu Magestatis causa, tecum agi. Optionem tibi facio, mea ne sententia velis incunctanter oppetere mortem, an duodecim virorum iudiciorum causam decepnendam permittere? Episcopus id, quod erat, ratus, in Sarfeldo ne vestigium quidem clementiæ, & iustitiae esse, à duodecim vero viris, si idoneis & exceptioni non obnoxij suis capitinis animaduersio delegaretur, se non tuisse damnamendum hoc elegit.

Cæterum Protestantes constituerant, ut vndeclim Angli, & Scotti alienigenæ, incogniti, & infra conditionis contra suas etiam leges de Episcopo sententiā ferrent, Iberno vnd ad excludendum numerum addito. Quibus presul opponit, vel Anglorum iure sanctum esse, ut a suis qui que paribus, & equalibus iudicentur. Comites, Barones, & nobilis à nobilibus alijs, & nullus in duodecim album cooptetur, qui viginti saltæ libras argenti vestigales non habeat, & cuius sit, tantum vero abesse, ut arbitrii iudicium de se reddituri sint sibi conferendi, ut ne nobiles quidem, aut noti esse videantur, neminem eorum possidere viginti obulos vestigales, nedum libras, & omnes prater unum hospites esce, atque adeo non ab his, sed ab alijs causam fusse examinandam: alioquin sibi iniuriam interrogati, regiasque leges non observari, quemadmodum etiam ius diuinum, Pontificium, Cesareumque violabatur dum ipse Episcopus cogitat causam apud profanum indicem dicere. Que tamen æquissima exceptio, reo innocentissimo coram iudice

iniquissimo minime profuit. Ita causa discussa, duodecim conscripti iudicium daturi in conclavi clauduntur. Vbi vnde decim alienigenæ nulla interposita mora Praesulem Magestatis Iesæ reum proferunt. Clamat vñus ille Ibernus, & protestatur, nec sententiam secum fuisse communicatam, nec assensum se præbuisse. Quo tametsi sententia infirmabatur, tamen contra Episcopum firma, legitimaque habet. Supererat iam, vt quo supplicij genere foret afficiendus, statueret iudex.

A duodecim viris dum hæc aguntur. Patrio Oluchranus sacerdoti ad regium scamnum, ut demonstratum est, producto culpæ Magestatis Iesæ vertitur, quod Belgium eadem naui, qua Onellus, & Odonellus fugerant, petierit. Patricius obiesto responsum præbuit, se quidem ea naui fuisse in Belgium traductum nauatum operam litteris, prius tamen, quam Onellus, & Odonellus traieccissent, sicque fuisse eorum fugæ nescium. Interrogatus inde velle ne iudicium duodecim virorū subire, respondit, illos duodecim, si forent Iberni in discrimen, & periculum ipsius salutis causa esse deducendos, & tamen fortisan fore, ne ipsi possent subvenire, sin essent Hæretici, eos metu, seu premio motos facile peccatum commissuros, ipsumque damnatos, se vero nolle, ut propter se, vel Catholici, & benemeriti periclitentur, vel Hæretici eumulent peccata: in iudice æquitatem, & iustitiam requirere. Tum Sarfeeldus, cum examen, inquit, legibus constitutum experiri recuses, ad me decidenda causa deuoluitur. Ac ita de vitroque in hæc verba sententiam pronunciauit.

Cornelius Odubhana Dunensis, & Conorensis Episcopus, & Patricius Oluchranus sacerdos Papistici

Iesæ

Iesæ Magestatis conuidi nunc in carcere referuntur, primo Februarij die pedibus vincti per publicas vias ad patibulum carris trahuntur, cum fuscit parumper suspensi, semianimes à furca deieciuntur, mox exinanuntur, exta ignibus vruntur, capita in cælis turribus collocantur, reliquum cadaueris in partes quatuor secum in publicis vijs disponitor.

Qua prolata sententia planctu, & vulnalu forum personat, ingente mœrore, & luctu per oppidum totum afficitur omnis sexus, & aetas. Soli Episcopus, & sacerdos alacriores videbantur, & reuerâ erant. Vterque alterum consolatur, & ad effundendum pro Christo Iesu sanguinem confirmat. Pia puella solita Episcopo, & sacerdoti portare victimum, quem Catholici largè suppeditabant, sententia damnatos visit. Quæ cum Episcopum de valetudine se scitaretur, ita ille affatur.

His decem annis ( mihi erede filia ) nunquam melius habui, seu corporis robur, seu animi gaudium contempleris. Id vnum mihi curæ maximæ nunc est, vt dignetur Deus me potius in suam cœlestem regiam, & suum diuinum conspectum hac Martyrij via ducente, quam in hoc carcere senio confici, & vetustate dissolui. Tu quidem filia beneficia multa, & singularia in me contulisti, pro quibus habebo tibi gratias, & referrem etiam, si possem: præmium Deum daturum scio. Id quoque ceteris tuis erga me meritis addas, oro, vt cum interfectus fuero ( quod faxit Deus ita euenia ) in hoc (Franciscanæ Religionis vestimentum ostendebat) me condi, & sepeliri cures. Pluris hoc sagum, quod viridi ævo suscepit eundis insignibus Episcopalibus, & omnibus maiorum imaginibus facio.

Cum

Cum ita sancti animo firmiter constituerent pro Christo vitam morte commutare, diabolus vigilans humani generis hostis nullum lapidem non mouit, ut eos atque honorificissimo conatu deieceret, frustra tamen: siquidem Deus decreverat, ut quod vehementer esse diaboli contentio, eoque foret Martyrum victoria gloriosior. Itaque Proterex quam frequentissime missis interdum suis consiliarijs, interdum alijs viris grauiissimis pollicetur, condemnatis vitam, reatum veniam, alia non exigua praemia presentim. Praesuli Episcopatus, quos habuerat a Symmo Pontifice, & sacerdoti Ecclesiasticum beneficium locupletissimum, magnoque semper eos apud Regem, & ipsum in honore futurosea conditione, ut a Catholicæ Ecclesiæ, & Romani Pontificis imperio descedentes festa regiae subscrivant, Regem esse Ecclesiæ caput, & principem in Magna Britannia & Ibernia, seque illi fore fideles iureitando confirmant. Episcopus responsum præbuit, longè maiorem inseitiam, & stoliditatem esse sibi senio et octoginta circiter annos nato suadere, ut propter brevissimam labilis vitæ voluptate perpetuas penas sustineret, quam Eliazaro seni consuluisse, ut propter euitandam mortem suillam carnem comedere simularet. In eandem sententiam sacerdos iuit. Cumque disiungerentur, quod mutua exhortatione priuati facilius meru, vel premissis vincendi viderentur, nunquam tamen à pristina constancia discesserunt.

Igitur Heretici spe auertendi eos à Fide Catholica destituti, properant ad sententiae executionem. Destinata die tortores desiderabantur. Namque publicus urbis carnifex, qui Ibernum erat, fugerat ne se sacrorum viorum lanuacne inquinaret. Nec ex tota Ibernica gente repertus est ullus, quem vel minæ, vel metus, vel premissa

## De quatuor primis persecutionis &c. 234

mia mouerent, ut in sanctos sacrificias manus iniiceret. Quam obrem deliberatū est, ut Anglo facinorofo propter homicidium carcere detento, qui sententiam executioni mandaret, venia criminis concederetur, & pena mortis, qua debuit plecti, remitteretur. Cum hoc armatorum magna ceterua missa præsidio, ne vulgus innocuos in libertatem vindicaret, cum carros ad carceris ostium duxisset, eosque Cornelius oculis lustrasset, magnus, inquit, nobis honor habetur, qui triumphalibus curribus ad patibulum sumus ferendi, cum Christus dominus crucem, cui fuit affixus, suis humeris sacrosanctis portauerit: currumque descendens, Franciscana Religionis habitum, quo detecto incedere cupiebat, ab Hereticis coactus est operire alia ueste imposta: Cum ambo Martyres veheretur, senes, iuuenes, decrepiti, pueri, anus, pueræ, matronæ non modo e cunctis urbis vicis, sed ex vicinis quoque municipijs, & pagis confluentes in plateis & vijs obuians veniunt, benedictionē Episcopū flexis genibus orates, militibus frustra turbam accertibus, & aliquos vulnerantibus. Inter ceteros occurrit, qui Episcopum coegerit iuscire vini haustu corpus senio confestū, & jejunio languidum; nam totò die cibi nihil libauerat, cum esset tunc hora circiter quarta pomeridiana. Multitudo populi incolumente sua posthabita constituisse ferrur insontes in libertatem vindicare, id que sane factura nisi Episcopus, qui cius consilium intellectus, obstitisset, Catholicos per Deum rogādo, & obtestando ne ipsum Martyrū corona, qualim diu expectebat, priuaret: neu se liberos suos, coniuges, atque fortunas in discrimen deduceret. Omnibus autem placidissime benedixit, neque à Fide Catholica, cuius lacte fuerant nutriti, vel latum vnguem discederent, suaderet.

Sapissime vero sacerdotem altero curu sequenter  
notizie



nomine compellat, iubens esse fortanimo, omnia pro Christo viriliter ferre ostendensque concionando pa- rum itineris reliquum esse, ut in veram patriam perueniant, ubi summam quietem, & eternam tranquillitatem sint naturi, modò vnius horæ laborem, & breuissimum dolorem sustineant. Sacerdos vicissim episcopum precatur, ut pro ipso ore, fortiter anteat, se audacter fecuturum pollicens.

Cum flumine oppidum alluente trajecto ad radicem tumuli in quo erëcta patibula eminebant, iussi à carnis descendissent, fixis humi genibus cœperunt ad Deum preces effundere. Quas breui interrumpere compulsi ab equitibus præsidio comitantibus hastis percussi, colle cito & alacriter superato furcas amplexi, & oculati rursus orant. Cumque iterum orationem interrumpere cogerentur, Episcopus sacerdotis solitus, veritusque ne callidis Hæreticorum versutis decipitur, quam summississime, & abiectissime petuit, ut sacerdoti licet præire, ut ipse illù inter moriendū cōfirmaret. Quo beneficio minimè impetrato sacerdos illum esse intrepido animo, & magnanimè præire iussit, se fecutrum promittens:

Tunc Episcopus instituti Franciscani bardocucul- lum, eo se inducere prohibitus, illi virgunculae cuius su- perius mentionem fecimus, inter turbam ad crucem astanti proiecit, iubens eam memorem esse promissi, nimitem, ut sacra Religionis Franciscana vestimentis exsanguem Præfusis cadauer inuolueret. Iamque patibulum ascendens in ipso scalarum primo gradu populo eminentior Deum suppliciter deprecatur, ut ecclesiam Catholicam ocio, & tranquillitate frui, & Catholicis Ibernis omnia prosperè, & secundè euenire det, ijs, à quibus ipse erat occidendum, veniam concedat, & eoldē ad vc-

ad veritatis agnitionem deduoat. Tum ingens multitudinis clamor æthera ferit, sanctos & innocentes iniuste, & crudelissime interfici, se vigilansissimis, pastoribus, sociisque charissimis spoliari. Qua de re perterritis Protestantibus Challinerus Anglus Ministræclericus a cœdendo ad Episcopum interrogat, quam ob causam se damnatum fuisse putabat? Cui Præfus dixit non aliam ob causam se morte puniri, quam Fidei, & Religionis Catholicae, suæque erga Romanam Ecclesiam obedientiæ. In prudenter, inquit Hæreticus, loqueris, & mortaliter peccas in mortis articulo mendacio, ideoque non est, cur sp̄eres te fore saluum. Cui Episcopus a deonè, inquit, tu Theologus sapiens es, ut tibi persuasum habeas omne mendacium esse mortale peccatum: et si hoc ego commiserim non esse adhuc penitentia locum? Quinimò tu, qui soles mentitis. Nam præter hand causam nihil potest mihi culpæ duci, quia si te suadente regia lecta asseditsem, nihil mihi non fuisse condonatum. Abi nunc in malam crucem Satana mendacissime. Cum ad tertium scalarum gradum perueniens orationem ad populum statuit habere propotis illis, Divi Pauli verbis, Si Angelus de cœlo euangeli- zauerit vobis aliter, quam audistis, nolite credere ei &c. Cœ- rum tres regij consiliatij, qui sententiae execundæ presidebant, carnifici, ut orationem interrumpat, imperant. Ego quidem neminem etiam Hæreticum puto fuisse adeo stolidum, & infiduum, ut non intellexerit hos viros iniuste argui, & damnari. Namque carnifex ipse Hæreticus veniam committendi sacrilegij Episcopum rogat, quam ille se dare placidissimo vuln̄ dixit. Spectantibus hoc magnum admirationem morit, quod tortor miles robustus ætate florens, qui martyrum carnificio

carnificio se vitā redempturum nō ignorabat, quasi suū int̄compos in scalis ticubabat; & Episcopus senex, debilis int̄repide scalas ascendit, in eisque loquē stabant robore perfulsus cōtlo suo laqueum impositus, sudariolo faciem cooperuit, iunctas manus carnifici, ut vincerentur porrexit. In huius etiā tēi contemplationē atoniti rapiebantur, quod illa tota dies erat obscura & tenebrofissima nubibus densissimis solis splendorē intercludentibus, spississimaq; nebula maiortē caliginē terra obdidente: Vbi verò Cornelius pedes in scalis collocauit, subito sanguinci coloris mibes obsolem apparuit, per quā sol radios ejaculans, urbē, suburbia, & supplicij locū illuminat, adficia, solūque pūnicco colore perfundēs, qualis soler est solaris radius per rubrū vitrum traectus. Is fulgor maior supplicij locū, sed maximus Episcopū circumstabat, verbaque sc̄ientis os ingredi videbatur: in alia verò nullā illius horizonti plagiā sol radios emittere, semilemū lucē diffundere visus est: Cū verò Episcopus de scalis deuoleretur, ad pristinā obscuritatē, & tristitia dies repente reuertitur. Antistes inter suspendendū nullū membrū impetu agitauit. Semiuuuus à tortore denissus ē furca vix fuit capite truncatus, cū illud aliquis Ibernus rapuit, qui in confertissimā suorū Catholicorū turbā se abdens, elabitur, nec vñquā fuit percitus, aut cognitus quāvis Prorex delatori proposuerit præmiū quadringerarū librarū argēti, idest, aucto-  
rum numerorū circiter mille, & sexcentorū. Sanguine quoque ē cruento corpore copiose flucatē Catholicī linteis excepterunt, mortui vestimenta usque ad intimā tunicam, & cilicium a pertimū, diripuerunt, interque se diuerserunt, frustra militibus Hæreticis oblitentibus, coluntq; digna veneratione. Ita Cornelius cōlū subiicit annū agens circiter ologesimū Idē iter Patriiū arru-

puit: scalas ascendit illud Simeonis canticū repetens. Nunc dimittis seruum tuum &c. Præfusis exēplo pro circūstantibus orat, illis benedicit, omnibus parcit, imposito laqueo farumper pender, semianimis dimissus ē patibulo labat, mutilatur, secatur. In extremū verō impetum martyris sanguinem, ceteraque reliquias colligere cupientiū armati milites sustinent, raptu capitis Episcopi docti, multos vulneribus affidentes. Vtiusq; anima soluta corporeis vinculis Essentia diuinæ cōspectu immensā voluptatem perpetuā dcaputra in fœlicissimū beatorum cętū transmigravit anno post Virginis partū duodecimo supra millesimū sexcentesimū Kalēdis Februarijs juxta veterē cōputationē, quæ subditione Angliae regis observatur, secundū verò emendationē Ecclesia Catholica calculū iij. idus Februarias. Prima nocte Martyrū corpora in humata subdio relicta sunt vigilibus Hæreticis adhibitis, nē à Catholicis auferretur. Quidā vir pius, qui excubitoribus pecunia corruptis, ea pallio suo cooperuit, & ad ea ipse cubuit, cū somno solutus expurgaretur, brachium suū multos ante annos paralysi impedītū, & exanimē ad pristinā sanitatē restitutū experitur. Postero die filia Eduardi Brabstonis Angli equitis Aurati, ea, vbi cadavera iacebāt, curru vēcte petulante garralitate Martyrū opinionē, interitu, & veneratores carpebat, nō tamē impunē: nā equi alioquin mitissimi furore subito acti per declinē collē se se precipitāt, aurigā discutiant, eius brachium casu frangit, curru subevertunt, & illi puelle, quæ egeris impudetior erat in sanctos, facies casu, & vulnera deformatur. Eodem die ibidem ad furcas corpora sepeliuntur, sed summa noctis quiete in sacellū nondum hæreticorum superstitiōibus inquinatum à Catholicis transferuntur.

DOMINI  
PHILIPPI OSVLEVANI

B E A R R I . I B E R N I .

T O M I . I I I I . L I B E R . I I .

De Parlamento , quinto persecutionis  
membro.

**E**ccl. Actenus capita persecutionis principalia quatuor sumus prosecuti. Agemus libro presente de Quinto, hoc est de Parlamento, quæ non minima pars tyrannidis est, vt ex Protestantium iniurijs, regijs edictis, atque dictis, Catholicorum ciuili repugnancia, & alijs rebus ob nouitatem, & crudelitatem memoratu dignis, iucundisque constabit,

C A P V T . I .

*In Ibernia quomodo celebretur Parla-  
mentum?*

**C**VM quatuor superioribus afflictionis capitibus Angli Catholicos Iberniæ a Christi Iesu Fide non potuerint amouere, properant ad quintum principale persecutionis in membris executioni mandandum, vt Parlamenti autoritate in sacerdotes, eorumque protectores & Catholicam Religionem leges Hereticas stabilirent. Est autem Parlamentum voce

Gallica

*De Parl. quinto persecut. mēbro. 237*

Gallica dictum, vt accepi, si ritè celebretur, optimatū, & procuratorū regni, vel dominationis, quibus de Republica referendi, legūque ferendā iu facultas permititur, cœtus, vel cōuentus, vel senatus causa decernendi de seculari bus rebus cōuocatus. Quia enim turba populitius ad legū rogationē non potest facile cōuenire, necessitas ipsa rē deducit ad diffinitos numero viros Parliamentarios, vel senatores nuncupatos, penes quos est ferendi, tollendique leges, deque summa Republica agendi potestas. Qui cū maiori parte seculares homines soleant esse, si spiritualium rerū examen sibi assument, iam eorū cōuentus nec consilij, nec senatus, nec Parlamenti, sed consenticuli scelerati nomine dignus videtur. In Ibernia Parlamentū magna omnium ordinū frequentia, & solemnitate celebratur tū veteri more à maioribus accepto, tum exterarum gentium exēplo. In eo ferendorum suffragiorum potestas debetur hereditario fute illis seculari bus, qui eo honore fulgent, vt nouioribus latinis dominationes, Hispanis señoriaz, Italiz illustrissimaz segnoriaz nuncupentur, cuiusmodi sunt Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, Barones, sed maximè antiquissimi Iberniæ optimates Tiernaz vocati longa temporū serie ante Anglorū dominationem instituti sunt hoc iure vni, licet postea abdicati, quod nō sunt ab Anglis Regibus inaugurati. Quod vnum mihi non leui argumēto est, vt existimem omnia Parlamenta ab Anglia principib⁹ in Ibernia celebrata irrita omnino esse, à quibus quippe repelluntur ijdēa, qui potissimum illis interesse deberent. Eadem autoritate valuisse feruntur illi, quorū possessiones Baronatū terræ continent. Archiepiscopis, & Episcopis Catholicis ius hoc deferebatur, & si qui sunt alij Ecclesiastici, qui idem sibi vendicabant, licet nunc sit illis ademptum, quemadmo-

H h

dum

dum & vetustissimis magnatibus, & Hæretarchis adjudicatum Itala br̄cis, atque Christianis illis seculis plau-  
cuit. Hodie vero dignitates ab Anglis Regibus creatæ,  
sive seculares, sive Ecclesiasticae, non aliæ, possunt in  
senatu ferre sententiam. Præter quas duo è singu-  
lisciuitatibus, aut magistratibus procuratores adesse  
debent: totidem quoque procuratores oportet conue-  
nire è singulis regni tribubus, quæ comitatus Anglis  
nominantur. Itaque dignitates, vel optimates Ecclesia-  
stici, & seculares magistratumque, & tribuum pro-  
curatores integrum Parliamentum constituant. Vocabant  
antiquitus in Parliamentaria comitia Regis Ibernicī,  
qui totius regni Monarchæ erant, & etiam reguli, & regi-  
ni primores, intra suos quisque fines. Hodie verò Re-  
ges Angliae, vel Proreges eorum accersunt. Nostra pa-  
trumque nostrorum memoria senatores omnes ad Par-  
liamentum conueniunt Dubhlinnam, quæ urbs regni  
princeps habetur: ubi est illis pro curia, vel conciliabulo  
templum Divi Patritij præstitutum. Ibi sedent in dua-  
bus aulis: in altera, quæ inferior aula vocatur, magistra-  
tum, seu ciuitatum, & tribuum procuratores de pro-  
posita re prius decernunt. Deinde ad dignitates in  
altera aula, quam superiorem dicunt, sedentes referunt.  
**Quæ**, si procuratoribus assentiuntur, iam Parliamenti  
decreta legis vigorem habebunt, assensu Principis acce-  
dente. Præstribuum, ciuitatumque procuratoribus  
magistratus ab ipsis in curia ante omnia electus, qui  
communiter Interpres appellatur. Dignitatibus præst.  
Chancellarius, vel cui Principis vices fuerint delegatae.  
Hæc ad Parliamenti explicationē dixisse, sufficit. Nunc  
ad historiam nostram redeamus.

**De Parl. quinto persecut. mēbro. 238**

C A P V T . I I .

**Legitimi Parliamentarij rei ciuntur, &**  
**illegitimi conscribuntur.**

**P**etsuasum sibi habebant Angli, in Ibernia nec  
commodius, nec efficacius fuisse fidem Catholi-  
cam extirpandam, suas festas corroborandas, in-  
colas à Romani Pōtificis, & Ecclesiæ Catholice du&tu,  
& imperio subducendos, sibique omnino conciliando,  
quam si vniuersum populum subigerent legibus suis,  
quas contra Christum in Anglia tulerunt. Fidem verò,  
constantiamque Ibernorū erga Catholicam Religio-  
nem longa consuetudine, apertissimisque documentis  
experti, minimè ignorabant ab illis fuisse priscas, atque  
Christianas leges retinendas, nouas, & Hæreticas res-  
puendas, si, & numero non inferiores Hæreticis in Par-  
liamento concurrent, & possent liberè sententiam di-  
cere. Quamobrem cunctis viribus contendunt, ut  
vrumque impedian, ne Catholicī numero pares sint,  
neu benè iusteque sentire audeant. Itaque Prorex An-  
glos Protestantes locorum præfectos iubet, ut efficiant  
ad Parliamentum eligi procuratores in tribubus, & ur-  
bibus, in quibus Angli, & Scoti, & ex Anglis oriundi  
Protestantes domicilium iusque ciuitatis habent. Præ-  
fecti iussis Proregis obdientes, si in urbe, tribuué unus  
dunataxat Anglus vel Hæreticus iure municipalī frui-  
tur ut is procurator nominetur, totis viribus conantur,  
electores nunc minis pœnaq; terendo, nunc persuasio-  
nibus decipiendo, interdū donis oppugnando, & nō nun-  
quam Catholicī nomen ex procuratorū albo delendo,

Hæretico inscripto. Præterea multi conuentus antiqui, quorum pietas erga Deum, & constantia erat notissima, suffragiorum iure exuntur. Nihilominus Iberni elegerunt aliquot procuratores viros splendidos, & primorum filios, quorum virtuti, & Religioni magnopere confidebant. Quos in Parliamentum proficentes, nobiles, plebei, matronæ, puellæ, pueri, decrepiti orant, & obtestantur, ut sanctam Iesu Religionem à maioribus semper cultam defendant, si faciant aliud, id irritum se habituros pollicentes. Quocirca exigitant Angli aliam artem Anglorum, atque Scotorum coloniæ, de quibus superius egimus, nomine ciuitatis ornant, & suffragiorum iure, & alijs immunitatibus donant, legum, atque consuetudinis metam transgresſi, ut singulæ coloniæ procuratores duos ad Parliamentum mittant. Conferensque Prærex Catholicorum Parliamentariorum numerum cum Hæreticis, quoties illos plutes esse repert, toties cum consiliariis Anglis occulta Parliamenta celebrat, in quibus nouas Hæreticorum ciuitates, atque Respublicas nouis decretis, & diplomatis constituit, ut illæ Parliamentarios Hæreticos suppeditent. Cumque requireret oppida, & pagos, quibus ciuitatum leges concederet, illas agris, vastisque campis, erectis tribus, quatuorē rugurijs, impetratur. In his rursus desertis vrribus ciues Hæreticos desiderans, ciues illis creat Anglostonesores, pharmacopolas, scribas, litium procuratores, curiae janitores, hominumque id genus colluuiem, qui ne oculis quidem vñquam loca illa lustrauerunt. Ut omnis probris victorie spes Catholicis admiratur, pro singulis totius regni diecessibus quatuor Ministeri clericos in Parliamentum venire iubetur, qui, ut Ecclesiastica Reipublica procuratores vñcum procuratoribus secularis de-

*De Parl. quinto persecut. mēbro. 239*  
de utriusque Republica, Ecclesiastica, & secularis administratione agant.

Ita Parliamentarijs Hæreticis scriptis, qui Ibernos numero supérate videbantur, Prærex diem dicit, qua Parliamentarij omnes, dignitates seculares, & Ministeri ecclesiastici, tribuum, ciuitatumque procuratores Dublinnam ad conuentus conveniant. Qua dies cum venisset, non senatores modò eo confluxerunt, sed præcipua regni totius nobilitas, ut si quid præter expectationem accideret, ibi præsto essent, ubi de Religionis, atque adeò rerum omnium summa videbatur agendum. His, & eorum comitibus fuit tantus sumptuosissimarum vestium cultus, tantus equorum, ensium, atque pugionum capulis deauratis, torquim, atque gemmarum ornatus, tantaque pompa, & magnificentia, ut exteris hominibus qui aderant, rerum apparatus, & opulentia admirationem commouerit. Vulgi suspicio erat, futuram fuisse ob hoc Parliamentum inopinatam rerum permutationem. Prærex non erat vacuus timore.

### C A P V T . III.

*Quas leges Angli Parliamenti autoritate sancire voluerunt?*

**S**enatores Catholicæ, quod minimè compertum habebant, quibus de rebus esset in Parlamento decernendum, vatic angebantur: qui intentissima cogitatione distracti post longam, atque diligètissimā inuestigationē inter futuri Parlamēti decreta hoc repeterūt Anglicæ scriptum, vi in Parlamento relatum

senatorum auctoritate recipere legis vigorem: quod ita à nobis latinum redditum est.

Cum multi, qui se profiterent esse, & appellant Archiepiscopos, Episcopos, Vicarios generales, Decanos, Diaconos, Fratres, Iesuitas, Presbyteros seminaristas, & alios Presbyteros: ac in transmarinis locis sacris ordinibus iniciati fuerunt, initianturque secundum consuetudinem, ritusque Romanae synagoge paucos ab hinc annos in Ibernia regnum, aliasque Regia Magestatis diuines venerint, missisque fuerint, & indies plures veniant, atque mittantur, non alio consilio (sicut tum iporum examine, & confessione, cum alijs varijs, & manifestis vijs, atque probationibus comperitur) nisi, ut non solum subditorum animos à Rege auerstant cum ingente eins periculo, sed etiam ruinam, excidium, inservitum uniuerso regno afferant, si haec male tempesiū nō auertantur: idcirco in huius danni remedium à Rege à dignitatibus Ecclesiasticis, & laicis conuocatis in hoc Parliamentum, & ipsius Parliamenti auctoritate cauetur; ut omnes, & singuli Archiepiscopi, Episcopi, Vicarij generales, Decani, Diaconi, Iesuita, Clerici seminarista, aliqui clericis quicunque inaugurati alibi, quam in Ibernia, vel alijs ditionibus Regia Magestatis, aut etiam in Regia Magestatis regnis, & iurisdictionibus aliqua auctoritate, & potestate deriuata, deriuandae à Sede Romana post annum vigesimum septimum principatus nostra suprema domina Elizabetha Regine defuncta, ante diem quadragesimum post hoc Parliamentum ab hoc Ibernia regno, & ceteris omnibus regnis, & ditionibus regia Magestatis discedant, modo ventum, tempestatem, & navigationem commodè nanciscantur.

Item eadem auctoritate dicta sanctitur, ne alicui Archiepiscopo, Episcopo, Vicario generali, Decano, Diacono, Fratre, Iesuita, Clerico seminarista, vel alijs clericis, religiosis, & alicui ecclesiastico post dictum annum vigesimum septimum regni nostra suprema domine Elizabethae Regine defuncte sacris ordinibus insignior, vel insigniendo, Religionemue professo authoritate, & potestate deriuata,

deriuata, vel deriuanda à Sede Romana, cuiuscumque nominis, tituli, & gradus fuerit, liceat venire in aliquem locum, huius regni, aut alius cuiuscumque dominationis regia Magestatis, in illouē agere, vel morari post tempus dictorum quadraginta dierum, præterquam in casibus specialibus, peculiari causa, & per tempus in hoc decreto diffinitum. Sique aliquis Archiepiscopus, Episcopus, Vicarius generalis, Decanus, Diaconus, Frater, Iesuita, seminarista Clericus, vel alius clericus ex supradictis contravenierit, tunc quoties in hoc incurrit, toties lœsa Magestatis reus habeatur, tanquam perfidus iudicetur, puniatur, bonorumque publicatione coeretur: & quicumque post spatiū horum quadraginta dierum, & profectiōni dictorum diffinitum sciens reperit, fuerit, fuerit consolatus, victuque donauerit aliquem Archiepiscopum, Episcopum, Vicarium generalem, Decanum, Diaconum, Fratrem, Iesuitam, Clericum seminaristam, vel alium clericum, religiosum, aut aliquem ecclesiasticum, primum multetetur quadragecentis nummis aureis fisco adiudicandis. Si vero secundo hoc crimen fuerit coniunctus, punitur penitus legis Preminire in Anglia late anno decimo sexto regni Regis Richardi Secundi. Si denique tertio crimen hoc incurrit, tunc flagitiosus iudicatis morte, bonorumque publicatione plectatur, tanquā lœsa Magestatis reus beneficio doctrina non opitulante.

Præterea eadem auctoritate iubetur, ut, si ex Regis subiectis aliquis, qui non sit Archiepiscopus, Episcopus, Vicarius generalis, Decanus, Diaconus, Frater, Iesuita, Clericus seminarista, vel alius clericus, religiosus, aut ecclesiasticus fuerit litteris eruditus, vel erudiendus in aliquo collegio Iesuitarum, vel seminario condito, vel condendo in transmarinis locis, aut agat in externis regionibus, intra sex menses ab hoc Parlamento perfecto, & pragmatica de hac re promulganda in urbe Dublinna sub magno Ibernia signo redeat in hoc regnum, statimque intra decem dies coram Episcopo diœcesis, vel duobus iudicibus pacis locis, in quæ appulerit, se regia Magestati, eiusque legibus submissas, iureque

iuramentum regij principatus in re tam spirituali , quam temporali iuxta edictum sancitum in hoc regno secundo anno regni Elizabethae Reginae : qui vero veniens , vel rediens in hoc regnum , vel in eo agens noluerit se submittere , & iurare hoc iuramentum , perfidus iudicetur , patiatur , & eius bona fisco addicantur , scis ob crimen lae*s* Magestatis .

Eadem denique autoritate constitutur , ut quicumque ex regij subditis dictis quadraginta diebus prateritis commutaciones , vel aliqua alia arte , directe , vel indirecte sciens aliquid portauerit , dederit , miserit , portariue , dari , mitti fecerit ad aliquem nauantem litteris operam in aliquo Jesuitarum collegio , vel seminario , perfidus iudicetur , patiatur , bonisque multeatur , tanquam lae*s* magestatis coniuctus .

Inuenti etiam sunt aliquot articuli non plano sermone , vt edictum superius , explicati , sed vti longiorum sermonu*m* lemmata , scripti , quos nos latinè profrimus summa fide ,

*Articuli in Parlamento proponendi conscientia docta , inde-*

*cioque Proregis , & consilij .*

- 1 *Caveatur , vt sacerdotes in exilium mittantur .*
- 2 *In arce aliquot loca , portaque nobilibus viris , qui custodes mandantur , concinnentur .*
- 3 *Adimantur oculos arma .*
- 4 *De agris occultatis inter Omurchos conductores , & alijs arabis iudicetur iuxta ea , que iam acta sunt , hocque ante festum Sancti Michaelis fiat .*
- 5 *De cannibibus inter Ibernos , & Scotos .*
- 6 *Georgius Haminton , & Robertus VVartus iuramentum principatus recusantes iurare è regno relegentur .*
- 7 *Dicti conductores agrorum , & Omurchui , quorum negotia exigunt iudices delegatos , vel commissarios , in album referantur in Chancellaria .*

*De Parlamentis quinto persecut. membro . 241*

- 8 *Nouis pensionarij , quamuis iuramentum recusent , stipendium soluat*ur* iustis causis .*
- 9 *Pecunia , qua multantur illi , qui ecclesiastis frequentare nolunt , quomodo sit distribuenda ?*
- 10 *Nobilium filii in Angliam mittantur .*
- 11 *Immunitates ciuibis male eligentibus magistratus adiman-*
- tur .*
- 12 *Omnes recusantes soluant duos regios nummos diebus Do-*
- minicis .*
- 13 *Excommunicationes cauti*s* , & ratus ferantur , & mode-*
- rati*s* agatur in illis locis , quibus non dum sunt prepo-*
- sti pastores .*

Articulus quintus eo ( ni ego conjectura fallor ) pertinet , vt inter Ibernos , & Scotos matrimonia prohibeantur , ne duæ bellicose gentes , Anglis inimicæ affinitatis , & amicitiæ vinculis inter se coniungantur , sed potius amicitiæ verutissimæ , mutuique amoris memoria prorsus aboleantur .

In sexto articulo duo equites Angli , qui pietate duci patriam suam deseruerunt , iubentur ex Ibernia relegari , quod si fieret , argumento fore videbatur , vt etiam Iberni omnes in exilium mitterentur .

Circa decimum tertium sciendum est eovsque Hæreticorum dementiam processisse , vt quandoque in Catholicos ferant sententiam excommunicationis , quæ inter cæteros effectus atrocissimos illum habet , vt quicumque impunè posset excommunicatum occidere . Reliqui articuli ex ijs , quæ in hoc opere tradita sunt , intelligi facile possunt .

CAP T. IIII.

*Quemadmodum Iberni Hæreticis legibus  
in Parlamento obliterint?*

**H**is decretis, & articulis, quod illis Catholica Religio fuisse penitus delenda videbatur, fortiter resistere nostri Parliamentarij constituunt, etiā si necesse foret in eo certamine oppetere mortem. Id verò non aliter se præstatores credebant, quam si duorum alterum efficerent, vel Parliamentum omnino impeditrent, quod minus Religionis causa in controversiam, scèculariumque hominum iudicium, & etiam discrimen deduceretur: vel Hæreticos Parliamentarios contra ius, & maiorum exemplum eleatos suffragia ferendi potestate priuatos in Parliamentum non reciperen, quod factu facilitius videbatur, quippe ipsis Hæreticorum legibus consentaneum erat: idque si possent assequi, quin ipsi fuissent antiquas leges retenturi, nouaque Hæreticorum, dogmata rupidiatur, minime dubitabant. Ad rem tantam, in qua Religionis Catholice causa, omniumque Catholicorum, præcipue Ecclesiasticorum salus versabatur, Iberni Antistites, religiosi, sacerdotes ex omnibus regni locis Dubhlinnam confluunt. Et ire contendunt multi, qui per Hispaniam, Galliam, Belgiam in Religiosis, & seminarijs, suisque sumptibus dabant operam litteris: qui nostrorum senatorum consilium laudans, atque confirmant. Satis (arbitror) est explicatum utrumque, & Hæreticorum, & Ibernorū consilium. Quid actum sit videamus.

Die Mattis Maij mensis decimo octavo seruatoris anno decimo tertio supra millesimum sexcentesimum  
Prætex

De Parlam. quinto persecut. mēbro. 242

Prærex primam Parlamenti sessionem celebratur usq[ue]c Dubhlinnenst manc egreditur dignitatibus scècularibus, & Hæresiarchis, tribuum, ciuitatique procuratoribus & & Parlamentarijs omnibus, etiā illegitimisq[ue] alia multa nobilitate comitatus. Illum præbat Barrius Magnus Boteuanti Vicecomes regium ensem ferens. Parlamentum vero à Numinis inuocatione maiorum, Catholicorum hominum instituto initium sumit. Quos Prærex falsò imitans in templum cursum dirigit: quæ enim inuocatio potest esse Numinis grata in templo Hæretico per Hæresiarchas, cęcosque diaboli ministros cæremonijs Caluinianis, Lutheranisque celebrata? Cum ad ædem ventum tuisset Iberni orantes ad fores restiterunt, præter ensiferum, qui cum ensem super pulvinum reliquisset, regressus est priusquam inchoata impura Caluiniana solemnia fuerunt, forisque Proregem, & Hæreticos præstolatur vna cum ceteris Catholicis. Hæreticis ritibus peractis in arcem cursus iter arripere jubentur. Nolebat enim Prærex in curia Parlamento præstituta senatum habere. Ad arcis portam cum peruenissent, Prærex fuisset ingressus senatoresque sequerentur, ianitor, alijqué à Prorege cōstituti nostrates senatores armæ, idest enses, & pugiones deponere verbis Protegis iubent. Alij obtemperabat imperio: alijs reluctantis ingrediebantur armati: quicquid enses deponere coacti sunt, pugiones sub vestibus latentes gerebant de dignitatibus scècularibus, tribuumque procuratoribus loquor: nāque ciuitatum procuratores togis induiti inermes incedebat. In aulam cōstitutam cum senatorē foli venient, Ibernia & Chancellarius genere Anglus. conditione Hæreticus præmeditata orationem exorditur, quæ cō tota tendebat, vt persuaderet senatum fuisse conuocatum nō aliam ob causam, quam vt leges ferrentur, quæ Regi honestæ,

nesta specie sequè Republicæ saluberrimæ, & animarum saluti necessariae fore videbantur: idèo Parliamentarios oportere ijs rebus, de quibus ad ipsos referretur, assensum præbere: id regi gratissimum futurum, eudemque omnibus gratias relaturum: orandi finem facit procuratores iubens ex ea aula, quæ dignitatibus etat assignata, in alteram, quam inferiorem dicunt, secedere, ibique antè omnia magistratum, qui ceteris præsit creare.

In superiori aula Protestantes numero superiores erant multis ob causas, quod Iberni magnates à Regibus Anglia non inauguriati, illi, inquam, veteres, atque noui maximè Catholicæ suffragiorum iure sunt remoti: quod externi sunt titulis ornati, ut contra Christum pro Hæresibus ferant suffragia: quod Iberni Catholicæ præsules admissi non sunt in Parliamentum, quod in horum locum Hæretarchæ sunt suffici. Ideo totum Christianæ Religionis defendenda præsidium in nostris procuratoribus positum fuisse videbatur. Sed & hostiam Hæretici procuratores, & illegitimi numero vincebant.

In aula inferiore regij iudicestres, consiliarij quatuordecim, iurisperiti, caesarum patroni, Ministri clerici & id genus Anglorum magna turba senatorio, procuratorijs quæ more in scamnis sedent, veluti suffragialatuli, è quorum regione nostri procuratores in alijs scamnis sedent Ita utriquè Iberni, & Hæretici sedilibus disiuncti, & aduersi contrarias etiam, & aduersas factiones & opiniones præferebant.

Vix senatores confederunt, cù dispositis in arce tormentis Angli milites in agmen instruuntur ad incutendum terrorem, ne nostri Parliamentarij Hæreticis repugnare auderent, ne illis, si periclitarentur, oppidani

danipossent auxilio venire. In his angustijs nostri senatori versati nec putabant Religionem Catholicam defereret nec dubitabant, quin esset sibi mors subeunda. Oppidan, & equites, qui ex omnibus regni partibus conuenerant, quid tunc cogitarent? Nonne de senorum morte vindicanda? Hic omnes Iberni, qui factio- nis Anglicæ fuerant, ni me conjectura fallit, Ibernicos principes plorabant, qui nunquam fuerant passi, ut in tantas angustias Religio Catholica adduceretur. Hic se ipsos direxerabat, quod fidei defensores, assertores quæ libertatis inexpibili odio fuerint prosecuti, Hæ reticorumque partes secuti falsa semper opinione decepti. Hic erat rerum status, hæcque facies, cum in aula inferiore vnu ex tribus regijs iudicibus orationem longitudine tediosam incepit, laudans, & commendans in magistratum inferioris aulae equitem Anglum, qui Iohannes Dauis vocabatur, Hæreticum obstinatissimum, atque etià Catholicorum, & totius Iberni hostem acerrimum, orationi finem imponit illum aulae præsidem nominans. Idem quoque sentit pars maior Hæreticorum confusum clamorem effens. Iberni è regione sedentes primum subrident, quasi Protestantium vanitatem, deinde se nunquam illum magistratum habituros tumultuaria, & elata voce obtestantur Ingens utrinque clamor est concitatus, qui cum fuisset sedatus, eques Iberni doctrina, & autoritate grauis, superuacanea, inquit, & præpostera est hæc de eligendo magistratu disceptatio. Licit Iohannes Dauis dignus sit, qui his omnibus virtutis clarissimis, & huic senatui florentissimo præsit, legibus tamen, & maiorum exemplo receptum est, ut nullus hunc principatum obtineat, nisi, qui sit electus à senatoribus, & Parliamentariis, non ab alijs. Cæstum hic non senatores Iohanni suffragantur.

tantum enim abest, ut ex ordine senatorio esse videantur, ut omnia sint externi, nulloque modo in Ibernia in ciuitatem adscripti. Quid? In Ibernia qui nati non sunt, qui domicilium non habent, pro Ibernis ciuiis, atque senatoribus se gerunt, cum ne à ciuitatibus quidem, vel tribubis mandatum procuratorum acceptint? Quia haec est infanlia? Duo tuguria ciuitatis immunitatibus gaudebunt? Deserti agri, campique vastissimi sunt magistratum legibus donandi? Vbinam in Ibernia sunt iste vrbes, ex quibus tot incogniti procuratores, torque ciues hospites confluxerunt? Hospites isti, & alienigenæ ex nostra curia discedunt: aliò abeunt: in suis quique finibus Parliamenta celebranto. Magistratus huic curiae creandus, leges consultissimæ rogande Ibernis senatoribus relinquentur. Alioquin nihil agetur. Frustra suum magistratum Iohannem clamitant. Incassum clamores diffundunt. Namque eos, qui Parlamentarii non sunt, prius oportet ejcere aula, quam magistratum creare. Ita est moribus proutum, legibusque constitutum. Ex altera parte eques Anglus surgens, forasque exiens, omnes, inquit, qui à Regis parte stant, me sequantur. Illum illegitimi procuratores ad vnum sequuntur. Legitimi in aula soli manserunt, quorum vnum ita cæteros alloquitur.

Ecce ista colluicias abiuit, & in malam crucem abiuit. Hunc locum nobis, quibus iure debetur, reliquit. Hoc omnes optabamus, Deumque immortalem rogabamus. Hoc vnum, ut omnia præclarè ageremus, desiderabamus. Ergo quandoquidem voti compotes sumus, & tantum beneficium à Deo inopinantes acceptimus superest, ut eidem fidem soluamus, hoc est Fidem Catholicam hoc loco tueamur: pro qua sanguinem, si necesse sit, diffundere debemus. Ad hoc maiorum

De Parlam. quinto persecut. mēbro. 244  
rum exemplo invitamut, qui hac re, cum in terra gloriam nulla die interituram, tum in cœlo tranquillum, & beatum vitæ statum sibi compararunt. Neque enim innumerii nostri populares, consanguinei, fratres, & patres pro hac Religione fortiter dimicantes in acie glorioius, & sanctius ceciderunt, quam nos eandem in iudicio profientes, atque defendantes moriemur, si summo illi retum conditori, qui corporibus nostris animas infudit, ita placet, ut eas pro sua lege tuenda reddamus. Quia certè morte iam ex anicipiti, lubricaque rerum humanatum via, ex tot miserijs, ex tantis calamitatibus cumulis ad æternam illam quietem, tranquillitatemque breui perueniemus. Si simul nobis est, & viuendum, & Religio defendenda, nostris maioribus virtute quidem, & meritis pares, sed fœlicitate, & gloria superiores erimus: & quæ hactenus à nobis segniter, & incitè sunt acta, refaciemus. Neque timendum est, ne hoc conatu Regis Magestatem lœdamus, cum ipse potissimum hoc curare debeat, nihilque sit illi vel necessarius ad animæ salutem assequendam, vel salubrius ad principatum suorum regnorum tuendum: quiique contrarium conantur, non Regis vtilitate moueantur, sed insana cupiditate, ingenteque furore agantur. Agite igitur. Eam Religionem defendite, pro qua speciosum est pugnare, pro qua fœlicius estvinci, quam contra illam vincere, pro qua mori, est vivere, quam propagnare summa est gloria. Magistratum nobis, atque ducem primum omnium præficiamus.

Omnium calculo Iohannes Euerardus eques Au-  
ratus vir doctrina præstans magistratus inferioris aule  
creat. Interca Hæreticis quoque, qui secessionem  
fecerant,

fecerant, Iohannes Dauis magistratus creatur. Quo duce in aulam teuetsi, videntesque Euerardum in sella sedentem, quid rei sit, quod in Praesidiis loco sedeat, interrogat: adiuentes se praefectum creasse, & oportere Euerardum locum illi concedere. Quibus Euerardus respondit, se eum esse, qui magistratus potuit creari, creatusque fuit ab iis, penes quos erat creandi potestas, & ibi, ubi oportuit creati, id est in aula Parliamentaria: ab illis nec magistratum in aula fuisse electum, nec usquam eligi posse. Nihilominus Hæretici Iohannem Dauisem in eius sanguinib[us] & genibus collocant, unde a nostris deturbatur. Euerardum quoque sella detrahere Protestantes moluntur, sed Catholic[i] defendere conantur. Detrahentiū, atque retinentium conatu Euerardi toga laceratur, ipseque humi prosternitur. Hic pugnos aliquot utrinque impactos esse, fama fert. Ut gladij destringerentur, parum ab fuisse, certum habetur. Nostrī iurisconsultorū suorum consilio impulsi sellam, & aulam deserunt, ex vi, & iniuria occasionem impediendi Parliamenti arripientes quibus rebus prima sessio, primusquæ dies consumuntur.

Postero die dignitates, atque procuratores illegitimí ad Parliamentum conueniunt. Legítimos, qui non venerunt, Prorex suo nomine acerbitum misit militæ cesserarium maximum. Cui respondit Euerardus priuilegiis in Parlamento fuisse tixam ab externis hominibus concitatam, se crure grauiter istum, Parliamentarios in castellum detrusos, militumque agmine circumuallatos, ut iniuti sententiam dicere ab armatis cogerentur, cum maiorum, exterarumque gentium instituto debeant senatores militibus imperare, non obediere, & armorum imperus legum moderamine regi, non legum æquitas armorum furore turbari:

ob id

ob id se vim militumque persidiam vereri, præterea se fuisse inferiori aula prefectum ritè creatum, nec alite in senatum redditum, quam comitantibus suis procuratoribus, sceptroque præante, iridignis penitus exclusis. In eandem sententiam cæteri procuratores nostri loquuntur. Tertio die neque Catholicæ dignitates, neque nostri procuratores ad Parliamentum conuenerunt. Neque verò sine illis aliquid decernendum Hæretici existimarent. Neque eos in Parliamentum vi cogere Prorex aulus est. Namque senatores ipsi, & eorum amici, asseclæ, & in oppido coto viri iuvenes, pueri, sed præcipue nobiles, qui spectatum venerant, sese armis instruxerant, perinde ac si manu fuissent consertuti: & ne ad tumultum concitaretur non solum oppidum, sed & regnum vniuersum timebatur, si Prorex paulo magis vngeret.

### C A P V T . V .

### Ibernorum obtestatio non deserendi Catholica[m] Fidem.

**I**Nsuper Catholic[i] Parliamentarij iniurias regno illatas memorant, Ibernosque nunquam Fidem Catholicam deserturos obstantur hac petitione Proregi tradita, quam nos ex Anglo sermone fidissime transtulimus.

### Obtestatio.

**D**ubium nemini videtur esse, quigenitis Iberna mores, & educationem vel mediocriter cognoscat, quin hac gens fuerit semper, & animo constante, firmoque venerata, & exterioribus documentis quam apertissimis professa solam illam Religionem, quam pulsis quondam gentilitatis tenebris, in prima uo Christiana lucis

ne lucis expeditio recepit. Ita quamvis varietate temporum, fortia  
nique vicissitudine tempestuosis, infestisque fluctus, & invasiones  
exterarum gentium, ut Danorum, Normandiorum, Noruegorū,  
& aliorum hanc insulam deuastauerint, Remque publicam nostram labefactauerint: non tamen huius sacra Religionis nostrae  
caelestem splendorem extinguere, diuinumque imbrēm exsiccare  
valuerunt. Est quippe (quod nos firmiter credimus) hac Religio  
Patris aeterni imperio, Spiritusque Sancti consilio constituta, no-  
strisque pectoribus insita summa Christi servatoris providentia.  
Quamobrem nec persuasib⁹ ullis, nec vi unquam potuimus  
deduci, ut, ab illa, vel latum vnguem discederemus. Vi verò re-  
victissimam hanc maiorum nostrorum consuetudinem præterea-  
mus, ad remque proprius accedamus, etiam cum ob Henrici Octa-  
ui Regis diuortium (quod nulla, vel temporis diuturnitate, vel  
hominum obliuione potest oblitterari) ingens opinionum diffusio  
circa graues Fidei quæstiones fuit orta, nihilominus tunc in iata  
nouorum dogmatum perturbatione, quanta sententiārum repug-  
nantia nouitas caput cœperit tollere, monumentis Parlamenti  
tunc temporis habiti in hac urbe memoratur. Quod, quamvis  
non nibil auxilijs, patrocinijque nobis offerat ad tuendam nostrā  
presentis assuerationis, aequitatem, eo quoque supersedeimus,  
quod minus ad rem pertinere videatur.

Non tamen hoc loci involucrus silencio nonnullas machina-  
tiones summa diligentia tentatas, nec minore industria diu con-  
tinutas, que nos diuersura à pristinamente credebantur. Im-  
primis vel aspectus constitutionis ab ultima Regina late sufficiens  
videbatur, ut plerosque nostrum, inquisitionis, mulierē, carceris  
horrore perterreret, atque consternaret. At nullo modo potuit  
animos nostros, quemadmodum sperabatur, à pristino sensu sub-  
ducere. Ac ita, qua secundo principatus eiusdem Regina anno edita  
prodierunt ad incutiendum recusantibus metum, executioni mi-  
nimè mandata in obliuionem abiuerunt. Denique ubi dulcedine  
pacata clementia, & humanitatis presentis nostri Regis frui  
spera-

sperabamus, cum illum omnibus Christianis principibus conciliatiū  
videamus, si que latemur: cum nostra tamen Religione non fa-  
dus ici, sed bellum geri à Protestantibus Ecclesiasticis dolemus. Hi  
enim, & alij non infirmi prefecti, iustitiaque ministri statuta iam  
dudum obliuione sopita excitantes, subditos novis imperatis,  
multis, coactionibus, magnisque grauaminibus incredibiliter  
vexant, & redigunt ad ingenitam paupertatem: quibus tamen  
omnibus nequaquam à nostra Religione disungimur. Quocirca  
noui afflictionum cumuli contra nos, liberos nostros, vitā, liber-  
tatem, existimationem, atque fortunas accrescent. Filii nostris  
studij, & eratione extenorū gymanorum interdictūr. Na-  
tionis nostra nobilitas, & claritudo existimatione fadata omni-  
bus huius Republica honoribus abdicatur: quod usque adeo verū  
obinet, ut ne iudicibus quidem pacis nobis liceat esse non aliā  
ob causam, quam propter Fidem nostram, quam nos quidem de-  
serere non possumus. Ciuitatum, & oppidorum prefectura ciubus  
adimuntur, quod nous dogmatibus offendiri nolunt. Caſidici,  
iurisque peritī munere deſciuntur, quod ijs renuntiūt aſſidere. Etia  
opifex, & fabri ſunt experti crudelem vindictam, excommuni-  
cationem, panam, & alia ſexcenta mala. Ceterū hac omnia mi-  
nimè nos deteruerunt à Fide nostra, quam (Deo duce) ſemper  
à nobis coledam esse deuenemus, praefaturi tamen omne obſe-  
quium nostro ſupremo Regi Iacobo debitū ſine adulatioне, fuso,  
inſidijs, & conſpiratione contra eius coronam, & ſceptrum.

Itaque omnibus his penarum, inopia, opprobrijs, carceris, in-  
teritus cruciatibus nequaquam in rebus conscientia inconſtan-  
tiores, aut infirmiores sumus. Verum opes, facultatesque nostrae  
nimium diminuitaſunt. Propter coniugatos iſtos, atque proletari-  
os Clericos, Prefectos, & Ministris ingens in Republica eſt  
orta perturbatio: varia incommoda in rerum commercio sequun-  
tur: humane vita societati magna molestia infertur: nosmet  
ipſi preda abiectis, atque fōrdidis hominibus, qui succum, & dul-  
cedinem nostrorum laborum haueſcunt, ſumus facti.

*Quæ omnia obedienter proponimus excellentissimo Proregi, consilioque reputanda: ab eodemque petimus, ut de illis faciat Regem certiorem nomine nostro, qui referimus huius regni personam, corpus, atque Rempublicam: quamque difficile sit, seu potius quam fieri nequeat, ut nos ab opinione nostra vetustissima dimoueamur: quam fixum, atque deliberatum nobis sit, retinere, & colere priscam nostram Fidem, & Religionem: quam verisimile sit, impostorum fore inutile tam crudeliter nobis eum agere. Neque enim tantus rigor alio tendit, nisi, ut veteres incole extinguantur, perdantur, delectantur: eorum facultates consumantur, frangantur immunitates, odium prouocetur, pariatur seditio, & regno denique excidium, & interitus afferatur.*

*Qui quidem effectus, seu potius defectus iustis legibus aduersantur. Namque, si is verus, & proprius praelate administrationis fructus habet (sicuti reuera debet haberi) ut Rempublika, populusque in pace, quiete, tranquillitate, & prosperitate sustineatur iuxta salubrium legum rectitudinem, aqua semper habita ratione seruanda subiectorum salutis, à qua principis etiam salus, & gloria pendet, ut in hunc finem regia prouidentia roget, & abroget leges, rationi maximè consentaneum videsur, ita, ut populus non constituantur propter leges conseruandas, sed leges condantur propter salutem populi defendendam iuxta ingeniosam illam regia Magestatis epigraphen inscriptam in illo optimo numismate nuper excuso, postquam duo regna inter se conciliata gaudent Magna Britannia nomine. Salus populi suprema lex esto. Quo significatur pacis conseruationem, & populi salutem bonarum legum esse principium, & finem. Ac nos quidem congregati sumus in hoc Parlamentum diuersa gentes. Alij sumus Iberni ortu simul, & genere: alijs ortu tantum, non genere: alijs contra genere, non ortu: alijs denique neutro, nec genere, nec ortu, sed habitatione. Quæ differentia generis ortus, habitationis, morum, ingenij ita saltem cōueniunt, & cōsentient omnes, ut uni supremo principi obdiant, seque submittant.*

*Necque*

*Neque enim diffidendum est, posse indubitatam obseruantiam, & obedientiam consistere cum diuersitate Religionum, quantum ad nostram vetustissimam attinet. Quemadmodum enim naturale corpus compositum multis heterogeniis, & dissimilibus partibus, carne, osibus, cartilagine, musculis, nervisque, una duntaxat perficitur, mouetur, & gubernatur forma naturali, animante scilicet spiritu paribus omnibus imperante: ita similiter politicum huius Rēpublica corpus constans diuersis nationibus in Religionis idea, & forma tempestate hac discrepantibus possit regi una ciuilis obedientie minimè sicut forma sub uno regi diadematis sceptro decoratum, & auctum. Et quoad professionem nostram longè consiliius esse videtur ferre hanc Religionum varietatem sine inobedientia periculo, donec idoneum tempus fuerit oblatum, quo perturbatio sedetur, & repugnantium sectarum assertores ad aliam mentem restituantur, quam constantiam nostram satis probatam durissime verberare. Qua quod magis oppugnata fuerit, è illustrior, & firmior erga Deum, & principem apparebit. Quacumua sint, seu rerum administrandarum rationes species, seu regie prouidentia regulas contemplaris, sanum (ni nos quidem fallimur) consilium est, ut cum subiectis, qui tandem tot temporalium afflictionum cumulis obruti non potuerint ad indebitam istam concordiam fleti, deinceps suauius, & moderatus agatur: nec ijdem diutius opprimantur edictis quotidianorum grauaminum odiofissimis. Quia tamen mitigatione minimè obstante, satis vexabuntur subsidio, & obsequio regie Magestatis benignitati in omni occasione satisfacere conantes, tum debitum reddendo, tum grati animi significacionem prabendo. Hunc animi nostri sensum, hocque consilium pandere subacti sumus huius inclite curiae privilegio, libertate, qua in ea de rebus sentire debemus, ingenteque spe rursus amicè habendi Parlamentum cum ceteris nostris collegis, & senatoribus.*

## C A P V T . VI.

*Iberni procuratores Regem Angliae adeunt,  
quibus regnum victum suppeditans  
Prorex frustra prohibet.*

**Q**via verò malis his Prorex nullam admouit curationem , nostri senatores , qui nescio Rege vim hanc, atque relatas iniurias inferri sibi credebant , ad examen regium prouocant mittentes in Angliam cum mandato causam agendi Baligormana Vicecomitem , Dunbunnae Baronem , duos tribuum , totidem ciuitatum procuratores. Plures Rege accersente mittuntur Faramuya Vicecomes ,Baro Killinnae, duo tribuum, duo ciuitatum procuratores , aliquot Iureconsulti , quos Dalra Baro, Pafritus Barnabali eques Auratus, & alijs sequuntur. In procuratorum commeatum Iberni animo libertissimo , & obuijs (ut aiunt) manibus magnam pecunia summam conferunt, quæ per sacerdotes collecta in Angliam ad oratores nostros transmittitur. Qua de re Prorex factus certior hunc Catholicorum conatum reprimere frustra conatus est sequente edicto nec vera nec sancta promulgando , quod ex Anglo sermone ita transtulimus.

*Edictum.*

**P**er Dominum Proregem , & consilium. Arturus Chichester. Quoniam è multis huius regni locis intelleximus , consilio , diligentia que variorum lefuarum , sacerdotumque Papistarum aliqua monitis , insuque aliquorum recusantium membrorum in

## De Parl. quinto persecut. mēbro. 248

Parlementum nuper congregatorum generalem pecunia exactiō nem factam esse inter omnes regia Magestatis in hoc regno subiectos Papistas recusantes: varios quoque collectores fuisse designatos ad colligendam ingentis aris summam: & hoc onus ab iis impositum esse fido regia Magestatis populo colore soluendi sumpus , & expensas , quibusdam optimatibus , & nobilibus nuper in Angliam profectis captatum (quemadmodum dicti sacerdotes , atque collectores falso diuulgant) Regis benevolentiam , & initum gratiam , quó magis liberè Religionem suam colere possint , cum reuera fuerint in Angliam manifestissimo Regis imperio accerſiti , ut rationem reddant , quamobrem à Parlamento sponte fuerint egredi nec exēndi potestate facta , nec iusta causa interueniente , non verò , ut de Religione agant , quamvis dolosè sit hoc excusationis redditum , quo facilius vulgo noceretur grandi pecunia summa extorta , cuius maiorem partem idem sacerdotes , atque collectores in propriis v̄sus (ut videtur) sunt conuersuri : quoniam etiam est in subiectis insolens , atque intolerabilis arrogantia tributum aliquod iniussu exigere , seu colligere à populo Regie Magestatis , cum ne Rex quidem ipse vllum subsidium colligat sine senatus consilio , liberoque consensu totius Reipublicæ regni : & quoniam iam diu regia Magestas varijs edictis immediatam subiectorum suorum in hoc regno tutelam sibi suscepit nos eiusdem regie Magestatis Prorex , & consilium ex nostro munere , & officio regie Magestatis debito tenemur , dictos eius in hoc regno subditos protegere , & hoc grauiſſimo , iniustoque onere , & tributo , quo longè pauperiores fieri videntur , immunes reddere. Quamobrem regie Magestatis nomine subditis eius omnibus , populoque fidei declaramus , & expandimus huiuscmodi exactiōnem , extortiōnem , aut diuisionem , atque collectionē dicto praetextu factā esse omnino iniūstā , & distributorē ob suā arrogatiā dignos senioris suppliciis affici. Quapropter Regie Magestatis nomine vetamus , & interdicimus omnibus , & singulis eius subiectis simili exactiōni , extortiōni , seu distributioni assentiri , & aliquam

summam, aliquasq; summas, que pertantur hoc nomine, seu titulo soluere. Similiter regie Magestatis nomine arcte iniungimus, & precipimus omnibus persone, vel personis constitutis, aut consiliundis, collectori, vel collectoribus: receptori, vel receptoribus aliquarum taltum summarum, vel alicuius summe pecunie, ut non solum non ferant deinceps exigi, colligi, vel capi simile quidquam, sed etiam intra decem dies proximè sequentes huius decreti diuulgationem reddant, aut reddi faciant sine fraude, & dolo omnes, atque singulas similis aris summas omnibus, & singulis regia Magestatis subditis, a quibus ille, vel aliquae illarum causa memorata, vel titulo fuerunt collecta, & recepta: alioquin si aliquis memoratorum regie Magestatis subiectorum effuderit querelas de dictis collectoribus, & receptoribus apud nos dominum Proregem, & consilium, aut apud iudices commissarios in eorum iurisdictionibus, statim de restitutione cuncti talis aris illegitimè collecti (sicut demonstratum est) & digna noxiiorum hominum animaduersione agerent. Vtimo regie Magestatis autoritate manifeste, & arcte iniungimus, & imperamus tam pratori, & propratori, aut alijs Prefecto Provinciaru Momoniaru, & Conachia, quam omnibus gubernatoribus, præpositis, urbanis presidibus, iudicibus pacis, & alijs officialibus, atque ministris regia Magestatis, ut diligenter inquirent faciant, qua persona, personaue iam fuerint, aut imposterum futurae sint exactior, aut exactores, receptor, vel receptores, collector, seu collectores alicuius similis summa, aliquarumne simillium summarum nummi sic diuisi, & exacti, ut superius est explicatum, & quantum summarum, sive summarum uniusquisque receptor, aut collector collegitur, exegerit, aut receperit: deincepsque sit collecturus, exacturus, aut accepturus intra prouincias, comitatus, oppida, & pagos huius regni, & cuius imperio, seu præcepto: deque eo nos conueniente celeritate faciant certiores, ut illi, & illorum singuli proprio periculo pro se respondeant: Datum ex regio Castello Dubhlinnensi nono die Iulij anno 1613. Typis mandatuum Dubhlinna à Iohanne

## CAPVT. VII.

*Quid Rex, & consilium Angliae Ibernorum querelis responderint?*

**H**oc edictum dum in Ibernia promulgatur, oratores nostros in Angliam profectos Rex primum magna comitatis, & amicitiae specie recipit, eorumque querelis auditis iudices quatuor in Iberniam mittit, qui rei veritatem inquirat, & inuestigent, cognitamque penitus, & exploraram causam ad ipsum deferant, & imperata cum iudices fecissent, Prorege ex Ibernia euocato, sic profert sententiam ex Anglo sermone in latinum a me fideliter conuersam.

*Regis sententia.*

**P**er Regem. Querelas proximè nobis effusas a quibusdā viris illustribus, & alijs ex nostro Ibernia regno de vitijs, & abusibus tam Parlamenti postremò incepiti, quam statu militarium, & ciuilium rerum non modò inusitata misericordia, & gratia exceptimus (sicut satis est perspicuum) sed etiam dignati sumus iniurias per nos una cum ijs, qui querebantur, examinare: posteaque ad pleniorum causa cognitionem quosdā delegatos, qui rem penitus indagarent, in Iberniā mittere. Cuius benevolentia nostra nō aliū fructū sperabamus, quā vi hac nostra regia misericordia grato animore recoleretur, debitisq; honor, & obediētia digna nostra dignitati, & iustitia haberetur. Prater expectationem verò nostrā cōperimus hac clemētia, & humanitate nostra effectū esse, ut aliqui ex ijs, qui querebātur, eō audacia procedat, ut nihil nobis

nobis pro obedientia, & obseruantia repandant preter molestia,  
 & nouarum querelarum exaggerationem in nostram Ma-  
 gestatem, & precipue in nostrum Proregem, quæ nobis molestum,  
 & iniustum reddere cunctis viribus ( ut cognouimus laborant)  
 contra crebra nostra monita, severaque iusta, qui singulis, cum  
 hic coram nobis fuerant, imperauimus, ut summo honore Prore-  
 gem venerarentur, quippe qui personam nostram refert. Quod  
 si, aut tales se gefissent, quales eos esse decebat, aut coacti fuissent  
 discedere à sua opinione, quemadmodum coacti sunt alij, qui à  
 nostris dissentiebant, profectè nunc opus nobis non esset, suscipere  
 laborem reprehendendi eos. Quamobrem ( & si propter aliquas  
 causas ad iustitiam, & regiam dignitatem pertinentes tempus  
 minimè est opportunum, ut feramus nostram sententiam diffi-  
 nitiam de singulis articulis rerum Iberniae, quas per nos audire  
 libet ) nihilominus edicti à nostris delegatis ( quos didicimus  
 vos esse magna aquitate, rectitudine, & diligentia ) par eße pu-  
 tauimus, ut rem diffiniremus, quantum attinet ad nostrum Pro-  
 regem, quem constat nobis fuisse Magestati nostre obedientem,  
 iustitia studio flagrantissimum, aptumque magnis oneribus sibi  
 commissis. Idcirco, sicut non absoluimus alios inferiores ministros,  
 sed corrigendos, & puniendos iuxta sua delicta relinquisimus, ita  
 veritati, & iustitia consentaneum esse existimamus, ut hunc,  
 qui praeclarè satisfecit officio, calumnia liberemus. Ob id si aliquis  
 propter magnam curam, & diligentiam, qua nos sumus vobis, mul-  
 torum nostrorum ex Ibernia subiectorum questus audiendo, fue-  
 rint ducti, ut iustitiam nostram, & Proregem contemnant, eos  
 admonemus, à nobis causam hanc esse examinandam, illosque  
 severè puniendos, tanquam seditionis authores, atque nostra dig-  
 nitatis, autoritatisque contemporios. Datum ex nostra regia  
 VVestmonasteriensi septimo die Februarij anno undecimo nostri  
 principatus in magna Britannia, Gallia, & Ibernia. Londini ex-  
 cussum typis Roberti Bakeri typographi regie Magestatis.

Sub hoc tempus Iacobus Rex Londini Parlamentū  
 habebat,

*De Parl. quinto persecut. mēbro. 250*  
 habebat, & Aprilis die quinto iuxta computationem  
 Anglorum, sed decimoquinto secundum nostrum Ec-  
 clesiae Catholice emendatiorem calculum anno deci-  
 mo quarto supra millesimum sexcentesimum Anglos  
 proceres in Parlamentum conuocatos alloquitur lon-  
 gam exorts orationem, quam eò totam intendit, vt à  
 subiectis impetraret magnam summam pecunia eo co-  
 lore, vt æs alienum, quod funeribus sui filij principis  
 conflauerat, dissolueret, & conatus Ibernorum, quos  
 sua religioni magnopere timebat, infringeret. Deinde  
 Kalendis Maij eiusdem anni hoc est secundum An-  
 glorum consuetudinem vigesimo primo Aprilis die  
 Louis, in Parlamento inter sui regni magnates celsiore  
 paulo loco medius sedens ad Ibernos oratores acceſſi-  
 tos præmeditata orationem Anglicè habuit, quam  
 illi respondendo, quando sibi videbatur expedire, in-  
 terrumpabant. Ille vero in hanc sententiam initium  
 sumit.

### Regis oratio.

**E** quidem nescio, qua audacia, quoniam pudore, Iberni oratores,  
 apparetiis in meo conspectu, cum vos, atque vestrates omnes  
 sitis non solum alienissimo animo in Religionem meam, meque  
 ipsum, sed etiam obstinatiissimi Papista, nec Papista tantum, Reli-  
 gioneque Romani sat, sed insuper vos gentium omnium Papi-  
 stas, atque Romanos longè maximè tenaces esse profiteamini. &  
 gloriemini, quod hominum genus minimè vos lazer, esse militi  
 iuisum, & ingratissum, magno mei odio teneri, meique prin-  
 cipatus excidiū cupere. & moliri. Ob quam, & alias causas, vos  
 esse perfidos ipsi falso inciamini, & non veros, nec integros  
 clanes, aut subiectos, sed dimidios tantum, neque dimidios quin-  
 dem

dem ego verē confirmabo. Namque cum homo anima, & corpore constet, vos totam animām, nobiliorem partem Papae consēcratis, mihi conceditis corpus, neque hoc integrum, sed inter me, & Regem H̄spanie diuiditis, illi armato corpore militates, mihi inerme, nudum, inualidum, inutile relinquentes.

Hic Dalte Baro Regem interpellat flexis genibus sic alloquens. Absit, potentiissime, charissimeque Rex, ut ego sim perfidus, qui vñquam neque fui, neque esse volui non obediens, atque fidissimus, in omnemque occasionem regiae dignitati defendenda paratus, nuncque malo possessionibus meis, & bonis omnibus carere, quam non haberi fidus, vel tibi charissime Rex, vel summo illi Deo Creatori, & Redemptori meo, cuius sacrosanctis mandatis, atque legibus, quod obsequar, non idcirco molestior, sed longe gravior Magistrati tuae esse debebam. Quod si fieri nequit, ut eius diuino Numinis, tueque regiae celsitudini simul placem, & obtemperem, Magistratem tuam etiam, atque etiam vehementer rogo, ut facias mihi facultatem demigrandi cum familia in alijs regiones, in quibus Christiane, & Catholice secundum Dei leges agere possum nec perfida nota inurer. Quo ingente beneficio donatus bonis omnibus libenter cedam, ea regio tuo arbitrio permittens. Namque rebus omnibus humanis te antefero: unamque mihi dabis hanc veniam, ut tibi Deum anteponā. Rex, surge, inquit, Baro, finemque fac orandi. Ego non tam de te, quam de alijs queror, & si de te quoque multi questus ad me perlati sunt, sed quibus ut habeam fidem, vix possum adduci.

Deinde incepit orationem prosequitur.

Sed ut iam de perfidia raseam, intolerabilis est Iberni uester error, qui in tanto cultu, & honore Papam habetis, in eoque omne uestra salutis praesidium possum ex: stimatis. Qua potest exco-gitaratio, quansobrem putatis animarum imperium esse Papae, vel Episcopo Romano à Deo permisum? Ego iuro, & Dem obtestor, si studio meo summo, si quotidiana librorum lectione, si frequente disputatione, & colloquio cum viris doctissimis, si inten-

intentissima mentis cogitatione compressem Papam esse Christi vicarium in terris, illūe, & eius antecessoribus permisum esse autoritatem illam, quam Christus Petro delegauit, me non solum fuisse eius Religionem, atque dogmata secuturum, sed etiam Regem (si aliquis ciens essem) Papisticae Religioni aduersum interfectorum, si á Papa iuberer. Ceterum tantum abest, ut Papa valeat autoritate Petro demandata, ut habeat ius imperandi, vel precipendi regibus, ut nulla sit maior infictio, & stoliditas, quam vestra Iberni, qui hoc imperium Papae divinitus concessum creditis. Quia tanta, tamque immanis cæcitas nullo valido fundamento fulta ex ea obstinatione profiscicuntur, quod nec concionatores meos, viros doctrina, & sanctitate claros, qui á vobis ignorancia tenebras excuterent, audire, nec libros, quibus vera dogmata prodita sunt, legere, nec capellam, & Ecclesiæ meas ingredi volunt, obtemperantes ei Tridentini Consilij capiti, quod ijs, qui, vel legunt libros editos, vel auscultant conciones habitat contra Ecclesiæ Romanam, excommunicationem frustra minatur: cum tamen ecclesiæ meas frequentare, & officij sacris in eis interesse minimè dedignentur multi Itali, Germani, Belga, & alij exterrni. Quid verò rudius, & absurdius, quam ad sanctos effundere preces, quos nostra Religio in Litanij tantum esse nominandos scitè tradit? Qui enim Deum alloqui possunt, ad eius ministros, & seruos superuacaneè verba efficiunt. Quibus erroribus Iberni plus omnibus nationibus impliciti nullum non mouetis lapidem, ut me offendatis, meaque regna perturbatis. Habetis Rome Petrum Lombardum, quem vocatis Episcopum, & Doctorem, & in Ibernia Holitudum Iesuitam, qui vobis persuadent, ut filios uestros in transmarina collegia educandos, atque litteris excolendos transmittatis, ut inde rius agminatim redeuntes regnum uniuersum ad motus concient, vos in pristina obstinatione confirmari, ad nouas conspirationes, atque rebelliones hortentur, summa, & ima permisceant, decretis Pape possum circumlati. Quod nonum, atque inauditum sceleris exemplum

plum & si vlore ferro possem opimo iure vindicare; quia ta mens crudelitatem, & atrocitatem, quam in alijs principibus semper condemnauit, nunquam in me possum probare, nec clientum sanguinem sitio, sed pacem, atque prosperitatem cupio, duxi vos accersendos, & monendos vestram culpam, vestra delicta, Ibernorumque omnium, mecumque deliberatum animū vobis aperieundum, qui impero, ut cuncti Iberni obserueitis, atque custodiatis leges anno secundo regni Elizabethae in Anglia latas, ceteraque, qua necessaria videantur ad Papisticam Religionem extirpandam, quam hactenus estis pertinaciter profesi, me frustra rentente, & recipiatis in Parlamento, in quo mens bonus Prorex, qui adest, & de quo vos falsò estis questi, aliisque à me designandi presint.

Hic Christophorus Nungentus Ibernus eques Averatus, nunquam, inquit, charissime, & potentissime Rex, antecessores tui subegerunt Ibernos similibus legibus: neque Elizabetha quidem Regina suis adstrinxit, & si in Anglia fuerint receptae. Quamobrem Magestatem tuam suppliciter oro, ne nunc illis invisa ira condas, que anteā sapè recularunt, & imposterum non recipere constituerunt. Quod si feceris (ut speramus) totius regni tranquillitate florensisima gaudebis.

Tunc Cookus summus Angliae iudex insania, & furore actus, si, inquit summe Rex huius hominis petitioni audacissime annis, virumque regnum Magnam Britanniam, & Iberniam amittimus. Perdat prius Deus hanc nequissimam Ibernorū gentē, qui efficiunt, ut in regio tuo capite corona tremat, iam iam pené casura. Sequitur Magnus Angliae Chancellarius Regem rogans, ut Christophorum perfidum, & proditorem pronunciet, & in Londini arcem detrudat: perpetuo carcere addicatum. In eandem sententiam loquitur Cantuariensis Pseudoarchiepiscopus Angliae Ministropimas, qui longiore oratione in Ibernos inuestitus subdit multa seminaria in Hispania, Gallia, & Belgio

con-

constituta esse studiosis Ibernis etudiendis, qui iussu, & auxilio suorum parentum, consanguineorum, & propinquorum in illa missi, ibidemque litteris imbuti, iam Sacerdotes. Fratres, atque Iesuita facti in Iberniā reuertebantur, totamque ceteris concienibus, & Papistica doctrina ad motus, tumultus, perfidiam concitatabant, & in Belgio sub signis Regis Hispaniae stipendium mere-re tria milia, ampliusque militum Ibernorū, & inter eos viros claro genere natos amplius mille, & alios in Hispania, & Romā esse, qui eo omnem cogitationem intendebant, ut vires Regis Hispaniae augerent sui verò naturalis diminuerent. Arturus Chichester Iberniæ Prorex, qui secundum à Rege locum obtinebat, pro Christophoro verba fecit, illum esse coronæ fidum, fidisque, & nobilibus parentibus ortum, plus eius adolescentiæ, quam alijs condonandum. Cæteri quoque Iberni oratores Christophori responsum confirmarunt, dicentes se ab vniuerso Iberniæ regno in mandatis habere, ne vñquam à Catholica Fide, & Religione desciscat, seque pro illa sanguinem, si sit opus, effuluros, idemque facturos omnes Iberno genere natos. Quibus illius dici Parliamentum dimittitur. Paucis quoque post diebus Rex hoc edictum iubet promulgari, à nobis fide verum.

### Regis Edictum.

**C**um compertum sit, atque exploratum nobis post publicam sanctionem nostræ regia voluntatis, & constitutionis, qua in isto nostro Ibernia regno Parliamentum haberi iussum: non nullos Papistas titulo Archiepiscopos, Episcopos, Decanos, Vicarios generales, Iesuitas, Fratres, seminaristas Sacerdotes, & alios Sacerdotes auctoritate aliena creatos à variis nostrorum subiectorum istic

istic exceptos, atque protectos cō cunctam suam cogitationem, atque malitiam intendisse, vt eos, qui fuerant ab illis ad amplectendam Ecclesie Romana superstitionem decepti, confirmarent, vt Parlamento istic nuper incepto, & eius actis repugnarent, ac pariter eisdem persuaderent hac resistentia quandam Religionis libertatem aut permissionem esse tandem imperrandam: cōque effectum esse, vt audactiores complures nostrorum subditorū fuerint, vt ali⁹ nos, nostramque istic regiam Parlamenti curiam magnopere spreuerint. & ali⁹ ingentem pecunie summam his hominibus in suis auctis iniustis sustinendis contribuerint, quō istud regnum nostrum multo pauperius est effectum: cumque ita res habeat, vt non modō constet apertissime Jesuitas, Sacerdotes seminaristas, & alios Sacerdotes aliena potestate ordinibus initiatos (qui superiore nostro editio condito, & diuulgato in isto nostro regno anno regni nostri in Anglia, Galia, & Ibernia tertio, in Scotia vero trigesimo nono, ē memorato regno descendere, nec amplius comparere, redire, aut venire debebant) inobedientie, & contemptus, cuiusmodi mentionem fecimus, authores extitisse, sed ijdē verisimiliter fore videantur maiorum scelerū concinnatores, si possint in isto regno permanere: propterea nos hic declaramus, & promulgamus nobis esse deliberatum, atque fixum nunquam alicui Religioni assensum præbere, nulliusq; Religionis ritus admittere, vel acceptare præter illam, que verbo Dei congruit, & iam est in isto nostro regno legibus sancta. Quam quidem in omnipotentis Dei honorem, & obsequium frequentari, & executioni mandari palam imperiamus. Pronunciamus etiam, diuulgamus, & expandimus, s̄tque voluntas nostra regia, & decretum, vt omnes predicti titulo Archiepiscopi, Episcopi, Decani, Vicarij generales, Jesuita, Fratres, Sacerdos seminarista, & ali⁹ Sacerdotes in transmarinis seminaris educati, & auctoritate aliqua à Scde Rome derivata, vel derivanda inaugurati ante diem ultimum mensis Septembri proximè futuri ex isto nostro regno Ibernia proficiantur: & nulli, qui Archiepiscopi, Episcopi,

Sacerdotes, Decani, Vicarij generales, Jesuita, Fratres, seminarista, Sacerdotes, aut ali⁹ Sacerdotes habeantur alieno imperio (quemadmodum demonstrātū est) ad sacros ordines promoti post hunc diem ad istud nostrum regnum veniant, vel redeant, vel in eo compareant. Qui verō fecerit in indignationis nostrae pœnas, & alias coertiones legibus, & institutis istius regni iustissimē irrogandas incidat. Significamus quoque, patet facimus, & sancimus, vt si aliquis, qui Archiepiscopus, Episcopus, Decanus, Vicarius generalis, Jesuita, Frater, seminarista Sacerdos, aut ali⁹ Sacerdos habeatur, auctoritate aliena (sicut est explicatum) consecratus post statutum diem Septembri ultimum in isto nostro regno sponte manserit, in illudue, seu in quamlibet illius partem reuersus fuerit, aut venerit: aut si aliquis nostrorum subditorum ullū eorundem, qui Archiepiscopi, Episcopi, Decani, Vicarij generales, Jesuita, Fratres, seminarista Sacerdotes, aut ali⁹ Sacerdotes dignitate nuncupatur, per alienam inaugurationem (vt dictum est) ordinibus insignitum contra mentem nostram praesentis pragmatice receperit, aut foverit, tunc singuli nostri gubernatores, excutores, iudices, vicorum prefecti, comitabiles, & ali⁹ nostre dñe subdit⁹ per istud nostrum regnum omni adhibuta diligentia contentur capere huiuscmodi personas, scilicet nomine Archiepiscopos, Episcopos, Decanos, Vicarios generales, Jesuitas, Fratres, seminaristas Sacerdotes, & alios Sacerdotes aliena potestate effectos, & omnes, & singulos eorum in angustiū, minitumque carcерem coniçere, vt noster Prorex, aut ali⁹ quilibet gubernatores, aut gubernator, quicquid munere fungatur, posse cū cōsultatione nostri istie consilij secundum iustitiam, & criminis naturā in illos animaduertere. Verum enim verò indulgetur, vt si aliquis dictorum titulo Archiepiscoporū, Episcoporum, Decanorū, Vicariorū generalium, Jesuitarum, Fratrum, seminaristarum Sacerdotiū, vel aliorum Sacerdotum alieno iussu (sicut est cōmemoratum) institutorum apud nostrum Proregem, aut summum istius regni administratōrem, Prefectū alicuius provincie, vel aliquę consiliariū

supremi senatus in isto nostro regno ante statutū diem Septemb̄is ultimum se sis̄at, vel intra alios nouem dies proximos in istud nostrum Ibernię regnum reuersus compareat, & nostris Ecclesijs aſideat, easque ritę frequentet iuxta nostrarum legū normam, tunc is, & omnes huiuscmodi Archiepiscopi, Episcopi, Decani, Vicarij generales, Iefuite, Fratres, Sacerdotes seminaristæ, & alij Sacerdotes vocati, dum concordes permanferint, valeant semper esse, & manere in isto nostro regno, in illudque reuertii, beneficio que nostrarū legum, & regio patrocinio frui ea amplitudine, & forma, qua ceteri nostri fidèles subdit illis gaudent. Datum in nostra regia VVestmonasteriensē ultimo die Maij anno nostri regni in magna Britannia, Gallia, & Ibernia duodecimo, in Scotia verò quadragesimo septimo. Londini excusum à Roberto Backero regio typographo anno Domini decimo quarto supra millesimum sexcentesimum.

### Alia Regis iussa.

**H**oc fuit Regis edictum, qui etiam Iohannem Daviſem Anglum ab Hæreticis electum, ut demonstrauimus aula inferiori p̄fēctum esse iubet. Id vero eo fuit absurdius, quod aliquos ex illegitimis procuratoribus, à quibus Daviſ fuit magistratus creatus, non potuerit non infirmare, suffragiorumque ferendorum potestate priuare.

Denique tamen nostri procuratores responderunt, se, quamvis æquo animo ferant multos, & grauissimos litis articulos non decidi, iniurias sibi illatas Regi libentissimè condonent: absoluī Proregem minimè doleant: nec alios regios ministros pro delictis non coerceti querantur: nunquam tamen assensum p̄bēre, ut sacerdotes proscribantur, corumq; fautores afficiantur molestia: quin petere, & obtestari ne in Religionis causa

fiat villa in nouatio, sed verūstissimæ leges cōſeruentur: id vniuersam Iberniam velle, & efflagitare, sibique in mandatis dedisse, ut ita petant, p̄ſcant, & obtestentur: ſequi, & vniuersos Ibernos pro Religione Catholica mortem, si necesse sit, oppedituros: p̄tērē nec Iohannem Daviſem pro inferioris aula magistratu, nec illegitimos procuratores pro legitimis Parlamentarijs ſibi, vel Iberniæ placere, ſi sit de Religionis cauſa in Parlamento diſceptandum: ſin de rebus ad ciuilem tantum Rempublicam pertinentibus ſit agendum, ſe regijs decretis non, niſi euidentissima ratione coactos repugnaturōs: denique regiū veſtigial austeros ea conditione, ut Rex Ibernis faciat potestate liberē, Catholicęque viuendi iuxta maiorum conſuetudinem Quo reſponſo Rex non modo stupefactus, ſed etiam cōmūnem Ibernorū rebellionē veritus oratores nostros dimittit iūſſos habere Parlamentū, in quo de Religione in p̄ſentia non diſteratur, ſed tantum ea ſint stabilēndā, quæ ad publicam utilitatem pertinere videantur.

### C A P V T . VIII.

#### Quid ſit in Iberniæ Parlamento conſtitutum?

**I**N Iberniam oratores cum Prorege cum reuersi fuissent imperio Regis obtemperaturi Parlamentū habere festinant. In quod Catholici senatorē ſibi collegas illegitimos senatorē non modō à Rege confirmatos, ſed etiam infirmatos recipiunt, ut, & regijs iūſſis obedientes, & beneficij, quod à Rege impetraverant, ne de Religionis cauſa diſceptaretur, memores eſſe videantur. Prius tamen

Tom. 4. Lib. 2. CAP.  
publice protestantur, se id sine præiudicio, & ea cau-  
tione facere, ne Religionis causa in contiouersiam de-  
ducatur: neu isti senatores illegitimi, Iohannesque  
Datus alias à se probati, aut senatores iudicati, vel pro-  
nunciati dicantur: quinimò si de Religione esset de-  
cernendum, illos allegitimos senatores esse, seque ita  
iudicare, censere, & pronunciatare, nec illis assensuros,  
nec corum decreta rata, vel firma habituros, nec vna  
cum illis senatum celebraturos. Ita cum his Hæreticis  
à nostris Parlamentum agitur, in quo & si nihil contra  
Eidem planè diffinitum est, nihil tamen pium, aut san-  
ctum fuit constitutum. Regi quòd fuerit paſlus in Par-  
lamento non agi de Religione, ingens pecunia summa  
decernitur. Onelli, Odonelli, & aliorum Catholicorum  
ditiones ab Hæreticis fisco addicuntur, Catholicis  
senatoribus tacentibus ipso tacito nutu proscriptio-  
nem illam infirmantibus. Proscriptioni, verò, vel  
confiscationi num esset à Catholicis Parlamentariis  
repugnandum? duplex erat nostrorum sacerdotum opini-  
o. Qua in re pars peior meliorem vicit: nam obti-  
nuit eorum sententia, qui aſſerabant pro conditione  
temporis potuisse Catholicos senatores proscriptio-  
ni non resistere: quod iam poſſessions illæ fuis dominis  
fuerunt ademptæ, & à Rege occupatae, & nihil potuit  
obſtare proscriptio, quod minus hi essent restituendi,  
quod non niſi beneficio Regis, vel armis faciendum  
credebatur: & consultissimum fuit Regi annuere, quod  
foret in Catholicos mitior. Quod, niſi ab hac factione  
sacerdotū persuaderetur, Catholici Parlamentarii, qua-  
sunt religione, proscriptio intercedere con-  
centur: quemadmodum altera factio  
niſi sacerdotum contendebat.

De Parlam. quinto persecut. mēbro. 255

CAPVT. IX.

Tuamensis Archiepiscopi epistola contra  
confiscationem.

A Florentio Omelconrio Iberno Tuamensis Archiepiscopo Franciscano Religioso viro planè  
docto scripta tuit ex Hispania in Iberniam ad amicum sacerdotem epistola, qua proscriptio, vel confisca-  
tionem illa bonorum Catholicorum iniusta, & pecami-  
nosa validissimis argumentis probatur, ea fuit alieno  
 nomine, & Hispano sermone exarata authoritatibus  
tantum sacrae paginæ latine allatis. Ita latinam nos  
illam fecimus, sententia nullibi mutata.

Tuas litteras die vigesimo quarto Decembri ad me datas  
acepi, quibus de rebus his, que sunt hactenus in isto Antipar-  
lamento vestro acte, me facis certioriem. Catholicorum isto-  
rum constantiam, cui tu tantoperé confidis, hic ego magnis la-  
dibus effero, & ut totus terrarum orbis celebraret, & miraret-  
tur, immortaliter gauderet. Nam diligendo gentem istam  
vix paucis cedo. Ceterum, ut tibi exponam, quid de illa fen-  
tiam, eius constantia minus mihi gloria videtur, cum co-  
gito eosdem istos Iberos (sic enim accepi) efficiere, ut Christia-  
na Religio in isto regno fuerit in tantas angustias deducta:  
quippe, qui non solum non tulerunt opem Catholica fidei, quam  
eorum fratres, & populares contra Elizabetham Reginam de-  
fendendam suscepserunt, sed ad frangendas vires eorum, qui eam  
ad pristinum statum, atque splendorem restituere constituerunt,  
& posse, niſi Catholici iſi (nescio quo fato) repugnassent, &  
ad eosdem Fidei defensores, possessionibus deyciendoſ, penitusque  
delendos sacrosanctæ Fidei hostibus validissimi nervi extiterunt.

114. si quid aduersus Fidem fecerint, animo sedato, & à perturbationibus libero perpenderemus, planè compreveremus, quod intrulerunt damnum, minimè ab illis praesenti conatu esse resarcendum, hacque sua constantia (quantumcumque sit) Religionis causam nunquam ad illum statum, unde eam cicererunt, reducendam. Nihilominus, quamvis eorum gloria sit obscurior, quam fuisse, si non commisissent, ut uniuersum regnum in has exuminas, miseras, calamitatem, & deterrimam, omnibusque miserandam conditionem incidisset: tamen, quia prateritarum rerum euentus nequeunt revocari, & quod factum est, infectum fieri non potest: haud nego, eos rem immortalis laude dignissimam præstavuros, si ab ea constantia, quam ostendere cuperunt, non desciuerint. Si verò secus fecerint in eos illa Euangeliæ exprobatio poterit rotorqueri. Hic homo coepit ædificare, & nō potuit consumare. Ego quidem vereor, ne iam infirmiores, & inconstantiores se præbeant. Recepisse enim (ut mihi scripsi) Hereticum istum magistratum de regno male meritum Catholicî loco, nouisque senatores contrâ instituta, & leges, non parua degeneratio est à pristina Catholicî animi constantia. Namque, cum finant, ut hi illegitimi, & inualidi senatores suffragaferant, eos etiam legitimos reddere, & omnem iniquitatem, qua in isto conuenticulo stabilita fuerit, auctoritate, & praesentia sua confirmare videntur.

Hanc meum metum non mediocriter auget, quod scribis de confiscatione: de qua non inter omnes, aīs, conuenire, ipseque videris ambigere, sed tamē existimare, non esse illi intercedendum, ne iij, qui illam cupiunt, offendantur. Quid? Nonne offendentur erā, atque stomachabuntur, si Catholicî iureiurando non confirment, Regem esse Ecclesia caput: crasque suorum bonorum publicationi non assentiantur? Nonne vides, quam vana, & infirma sit hec Catholicorum cogitatio? Si hoc consilium executioni mandauerint, quo modō illos bonos Catholicos esse indicabimus? Quandoquidem error Lutheranorum afferentium

tium Fide cum malis operibus effici bonos Catholicos, à Catholicorum omnium bonorum aula, tanquam impium scelus exploditur. Malum verò opus num est tanta, tamque atrox iniustitia, ut inaudita pars proscripturatur, maximè quando nec facto, nec iure delictum manifestè probatur? Certe: eoque peius, quod firmus, publicusque proscriptio actus in Parlamento celebratus iustus esse minimè videtur, nisi proficiatur ex certa etiam, atque publica scientia: atque adeo ex cognitione delicti iure, vel facto certissima, & omnem excusationem, atque defensionem penitus infirmante. At in presenti casu similis notio, vel scientia nequaquam interuenit. Namque uniuerso regno (sicut ad me perlatum est) exploratissimum est, illos viros (de quorum possessionibus fisco addicendis agitur) à Rege fuisse accusatos, honorificè, & amicè acceptos, illisque suas possessiones relietas, & noua benevolentia permisssas. Quod si postea è regno demigrarunt, vt, vel se vindicarent à calumniis amulorum cognitum Regis iram in eos mouere, vel in alijs locis liberè, & Christianè agerent vitam, animarum suarum salati consulentes, an eō forsitan læsa Magestatis crimen admiserunt? Quo autem alio ex capite isti Catholicî colligunt, hos viros, quos Regi conciliatos viderunt, postea incidunt in peccatum publicationis supplicio dignum? An forsitan in fragrante delicto deprehensi sunt? An suis confessionibus iudicibus, probationibusque manifestis, & indubitate rite, & solemniter factis sine conuicti? Sane hac proscriptio graue peccatum est, præserit cum ea lex, quaproximos bonis exuere prohibemur, non sit solius positui iuris, quod princeps, qui ipso solutus est, posset abrogare, vel subditis minus forsitan severè, studiosèque seruare liceret. Neque hic dici potest inferioribus non incumbere onus examinandi, iusta ne sint superiorum iussa, quia hac excusatio tunc forsitan locum habet, quando superior non est aperte ini quis, vel eius iussa euidenter iniusta. Sed Ibernia totius communis ore, Catholicorumque questibus Regi effusis proditur, istius regni

regni superiores, atque prefectos, qui non aliam ob causam hanc confiscationem cupiunt, nisi ut bona Catholicis adempta ipsi & Rege impetrant, ab equitatis, atque instituta tramite longe terrarum abesse. Quibus igitur rationibus isti Catholici adducuntur, ut hos viros condemnent? Num persuasus, testimonioque obtrectatorum? O praeclaram probationem, testimonium Heretici, amuli, & inimici, vel pecunia corrupti, vinclis & metu coacti contra eos etiam absentes, nec auditos, nec in ius vocatos! De illius iniustitate nemo ambigit: hoc ipsi quondam delusa gentilitati visum execrabilis fuisse testatur præses Festus, quia, inquietus, non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem priusquam is, qui accusatur, praesentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad ablenda crimina. Absit, ut tam constantes Catholici tanum scelus admittant, ut sint tam iniusta confiscationis assertores, atque iudices. Qui si gloriantur (ut merito debent) se esse firmos Fidei defensores, reputent illam esse bonorum Catholicorum Fidem, que per dilectionem operatur, si Pauli authoritas fide digna est; non illam, qua res alienas in iusto domino derrahere, atque rapere non prohibet: hac enim à charitate longissime absens in ipsis etiam Hereticis inuenitur. Neque verò possum ego capere, quomodo toti populi Catholicis ab iudicati in graue Fidei detinimentum non redundent, cum in illis omnibus, qui non sunt parva (sicut fertur) regni pars Fides in aliquot forsan generaciones extingua sit: à quo non abest longissime, ut in toto etiā regno deleatur. Deus mihi conscientia est, me, ut hac dicam, non duci tam gratia extorrium (nam bi ante hoc Parliamentum sunt sedibus pulsii, si que eos restituere Deus fuerit dignatus, iniqui Parliamenti decreta nihil obstatunt) quam miseratione istorum Catholicorum, qui in ista procella in tres dies non duratura, de cuius excitatore, & autore in isto regno eras dici poterit, quæres locum eius, & non inuenies, ut uno momento brevissimo tranquillitatis fruantur, aeternam suam tranquillitatem, & quietem

De Parlam. quinto persecut. mēbro. 257  
 & quietem in saeculum saeculi in discriben adducunt, vobisimum istud, atque lethale vulnus miseris suis fratribus inferendo, nulla iustitia specie, sed solum, ut istorum Hereticorum voluntati morrem gerant, qui nullam habentes rationem conscientia, & existimationis Regis venturi in vulgi sermonem, quod huic proscriptiōne præbet assensum, illum sexcentis fraudibus deceptum in suam sententiam allicunt, immanni ambitione acti, ea scilicet, ut suscitentur de terra egeni, & de stercore erigantur pauperes, & collocentur cum principibus pro principibus populi vestri: & ipsis Catholicis utuntur, ut carnificibus, atque tortoribus in excidium istorum spirituale, & temporale fratrum istorum. Quid? Nonne quotidie fortuna vestra pericitantur? Bonorum omnium gravissimis pánis exhaustorum iacturam facere Christianissimè mauultis, quam legem posituam, minusque severè obligantem sancta Matris Ecclesi transgredi: & tamen eadem, ac etiam caput, si sit necesse, periculo obsecere, non satius habetis, quam non violare firmam, atque immutabilem Dei legem vobis præscribentem, ne iniurissimam exerceatis? Evidenter vero, ne in vos retrorqueri possit id, quod Dominus Pharisaïs obiecit, Duces ceci excolantes culicem, camelum autem glutientes. Per passionem nostri Redemptori, memento cum Tobia, quia filii sanctorum estis, & vitam illam expectatis, quam Deus datus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. & cum Apostolo, quod hic non haberis permanentem ciuitatem, sed futuram inquiritis. Cauteque, ne Ecclesiastici simul, & saeculares tanta eris alieni multitudine oppressi in tremendum Dei iudicium producamini. Profecto si mina Hereticorum istorum iniuriorum qui eras usque ad infernum descendenter ad habendum cū igne deuorante, cū ardoribus sempiternis, nisi forte Deus det illis penitentiam ad cognoscendam veritatem, ut recipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad eius voluntatem, efficeri possunt, ut vos percatis

Percatis de via iusta , cum insuper ex alio capite sexcentis malis cruciamini , illud Apostoli ad vnguentum vobis congruet . Miserabiliores sumus omnibus . Quod si postea voluerit Ecclesia inquirere , qui Theologi fuerint huius prescriptonis assensores ( iam forsitan exploratum est , qui sint , quamque cupidi assentandi ) ego non dubito , quin non sint in publicum prodituri ad opinionem suam contra condemnatos tuendam . Faxis Deus , ne eō angustiarum res deditatur . Nos quidem confidimus de vobis dilectissimi meliora , & viciniora saluti , tametsi ita loquimur : foreque , ut possitis illa relati Apostoli verba dicere : Quis nos separabit à charitate Christi ? Tribulatio ? An angustia ? An fames ? An nuditas ? An periculum ? An persecutio ? An gladius ? Hic Deo quotidie supplicabimus , ne sinat , ut vos id sceleris admittatis , quo vestra gloriam nota inuratis , suam omnipotentis iram in vos accendatis : efficiatisque , ut vestris bonis iusto iudicio carentamini , quod autores , & indices existatis alienarum possessionum improbisimè proscriptendarum : que quamvis hacenus a Domino culta fructus uberrimos reddiderint , si tamen sint addicenda fisco , deinceps Heres lolio conste cælo steriles erunt . Vale . Vallisoleto Kalen . Martij anno Domini 1615 .

Ita habebat epistola , qua proscriptio improbabatur : quam ipse quoque audiui iuxta leges etiam Hæreticas Anglorum inualidam esse , ( quippe quæ festinatæ , & sine solemnitatibus debitum facta est ) idque postea ipsos Anglos animaduertisse . Omitto nunc nihil , quod in eo Parlamento fuerit constitutum , esse firmum , cum iij suffragia tulerint , qui ad ea ferenda iure sunt inepti . Prætereo etiam omnia Parlementa in Ibernia coacta sub Anglia principibus esse omnino nulla , cum ab eis expellantur antiquissimi Ibernit optimates , & Ecclesiastica dignitates . Ob quod antiqui magnates , & noui quoque , qui Ibernorum more creabantur , non Anglico

De Parlamentis quinto persecut. mēbro. 258  
 cis , sed Pontificijs , Cæsareis , & Iberniis legibus vixerunt , vt latè , & optimè differat Anglia Regis Iacobi Procurator Iberniæ in sua de Ibernia relatione , donec Anglica Hæres inualescente maluerint mori , quam illi obtemperare . In Parlamento , quæ alia fuerint acta , scitu minus digna sunt . Ideo describendi illud si-  
 nem faciamus . Sed utinam & persecutioni quo-  
 que summam manum imponere licet ,  
 cuius ( proh dolor ) nullum  
 finem video .



D O M I N I

# PHILIPPI OSVLEVANI

B E A R R I   I B E R N I ,

T O M I .   I I I .   L I B E R .   I I I .

## *De tyrannidis aliquot exemplis.*

**E**Vrentem tyrannidis æstum lis, atque conten-  
tio Parlamentariorum ( vt vidimus ) per ali-  
quot menses diminuit, in id Hæreticis omne  
studium conferentibus, vt leges conderent,  
quibus Catholica Religio per totum regnum extir-  
panda videbatur. Quo conatu Ibernorum virtute deieicti  
pristina persecutionis feritate æquora concitant. Per  
difficile profectò est, vel truculentiam Phalaridis in-  
uentis crudelorem verbis assequi, vel anfractus tar-  
tarei columbri sinuosissimos scribendo explicare. Ex hoc  
aperissimo, & diffusissimo sequitæ Oceano valde pauca  
perstringere conabor.

### C A P V T .   I .

## *Ad pristinam tyrannidem Angli se- vertunt.*

**I**N Parlamento Angli voti minimè compotes  
pristino more iubent Hæreticos concionatores  
in locis omnibus constitui: multitudinem ad  
audienda

**D e Parlam. quinto persecut. mēbro. 259**  
audienda Hæretica dogmata vi cogi: infantes ad  
Hæreticos Ministros, vt baptizentur, afferri: eorundem  
authoritate matrimonia contrahri: sacra omnia celebra-  
ri: explorari, qui constantissimi Catholici, maiorique  
animo ad resistendum persecutioni & ius armis tuen-  
dum, fore videantur: & eos falsis delationibus reos agi:  
summo supplicio affici.

Cæterum in hoc statu tetrico, ipsisque duris Hæ-  
reticis miserando tata est Seruatoris prouidentia, vt ma-  
gis Hæretici, vel nocendo fatigentur, vel ad fidem con-  
uertantur, quam Catholici extrema ferendo viribus, &  
animode sticuantur. Obiuit hac tempestate Nicolaus  
Valois insignis Hæreticorum in Ibernia iudex, qui, quod  
se Hæreticum, & in Ibernos sequum ostenderit, apud  
Anglos magnum dignitatis, & honoris locum obtinuit.  
Iam vero senescens, appropinquanteque mortem ti-  
mens Catholice Ecclesiæ misericordiam implorando  
imperat. Cuius, & aliorum conuicione Angli, offensi  
tulerunt legem illam, vt quicumque Protestans à Rege  
honores acciperet, si postea sub mortem Catholicam  
Religionem profiteretur, eius bona in auctionem de-  
ferrentur.

Erga Catholicos vero tanta est Dei optimi maximæ  
misericordia, vt constet, neminem vñquam minis, ne-  
minem multatis, neminem carcere, pénis, & cruciati-  
bus, neminem mortis metu fuisse flexum, vt Catholicam  
Religionem desereret: & sitamen aliqui vitijs, præ-  
fertim veneri dediti à ductu Romanæ Ecclesiæ hæc fla-  
gitia detestantis ad prava Hæreticorum dogmata tan-  
tum scelus non prohibentia sese contra conscientiam  
contulerint, secuti suorum scelerum principem Hen-  
ricum Octauum Angliae Regem, qui cōplexibus Annae  
Boleæ Catholicam Religionem posthabuit. Profectò  
mirum

mirum est quam fortiter, & animosè sacerdotes, & scœculates nostri mortem, quando, opus est pro Christijno mine confitendo subeant. Aliorum mentionem libet facere.

## CAPUT. II.

## Aliquot Catholicorum lanientia.

**A**ncuris Chichester Ibernæ Prorex nullum lapidem non mouebat, ut reliquias eorum, qui fidem, Religionemque Christianam armis diu propugnauerant, extingueret ( id enim consilium ab Anglis initum fuisse paulo superius demonstrauimus) Vltoniorum verò sanguinem eò magis fitiebat, quod ipse possessiones in Vltonia dono datas à Rege habebat. Itaque in quosdam Vltonios, qui virtute, & animo precellere videbantur, hanc artem excoxitat. Hominē perditissimum alex maximè deditum, qui apud Bernardum Onellum sèpe agebat, deprehendi, mortisque reum agi iubet. Cui tamen reatum condonare, & insuper magni præmia date pollicetur quia Bernardum, & alios quos iam nominabo, arguit. Flagitiosissimus aleator Bernardi beneficiorum immemor conditionem accipit. Tū Prorex capi, & in vincula, carceremque coniuci imperat, Bernardum, Atturum Onellum, Rothericum Okahanum Goffredum Okahanum, Alexandrum Macsaurium magni generis, & nominis equites, & Ludovicum Olabertagum sacerdotem, in Magestatis lœse crimen incidisse afferens. Ad quod illos inficias eunties lusor celestissimus in testem productus confirmat coniurasse in capiendas nonnullas Vltoniæ artes, quas Angli, & Scoti præsidio tenebant, ipsosque presidiarios trucidandos. Ab equitibus respödetur testimoniū vnius obscuri,

## Detyramidis aliquot exemplis. 260

obscuri, & flagitosi homunculi minimè sufficere, vt ipsi sex viri nobiles damnentur: quæstionibusque admotis cum nihil confiterentur, nihilominus eorum causa iudicanda committitur duodecim Hereticis Scotoris & Anglicis, qui reorum mortem eò magis optabant, quod ipsi quoqué in Vltonia possessiones habentes tam Catholicorum virorum victimatatem exhorrabant. Itaque reos illos incunctanter profertur. De sententia Prorex ad Regem refert. Is rescribit, vt equitibus, & sacerdoti impunitas detur ea lege, vt à fide, Religioneque Catholica deficiente, ipsius sectam amplectantur. Ad quod illi audacter cum respondissent, se nunquam conditionem accepturos, ea nocte alij alios ad subeundam pro Christo mortem confirmant, sacerdos cæteros à peccatis sacramentali absolutione expiat. Postero die patibulis parū per suspensi semianimes in terram dimittuntur acutissimis cultris per ventrem, pectusque secantur, eorum exta igne comburuntur, corpora in partes divisa in publicis locis opprobrij causa spectanda collocantur. Quod contigit anno Seruatoris 1615. sub quod etiam tempus Partitus Omurius eques, & Connatus Okienanus sacerdos eodem crimine postulati simili supplicio afficiuntur.

Alij bonis omnibus exuuntur, vt ante Parlamentum fieri demonstrauimus. Quod dannum qui Ibernæ magis integri, & opibus pollentes erant, ij magis experti sunt, hoc est qui factionis Anglicæ contra populares suos fuerant: qua in re Angli ne nouis quidem Ibernis à se oriundis parcent quos dupli nomine odiderunt, quia & Iberni, & Catholicæ sunt.

**C A P V T . I I I .**

*Noui Proregis persecutio.*

**O**Liuetus Saniohan Anglus homo truculentus Iberniae Prorex creatus & sum ingentis tyrannidis concitat. Munus primum obiturus iurasse fertur, se effecturum, ut intra biennium omnes Catholicos sacerdotes tota Ibernia expellantur. Ad quod anno 1616. in omnibus tribubus commissarij indices agminibus militum stipati collocantur, qui in sacerdotes animaduertant, qui seculares vita rationem reddere cogant. Ex multis Catholicorum, qui nefandis Hæreticorum cæmonijs interesse renuebant, sexcenta millia nummorum aureorum in regium ætarium referuntur. Noui carceres conditi Catholicis implentur. In urbe Dubhlinna sola nongenti seculares, quod noluerint iurare penes Angliae Regem esse Ecclesiasticarum rerum ius, & potestatem in ipsis regnis, in vincula coniunctioni. Religiosi, & sacerdotes aliqui custodia tenentur.

**C A P V T . I V .**

*Onelli, Osulleuani, & aliorum mors.*

**Q**Væ persecutio eò liberius exercetur, quod Onellus, Tironæ princeps in quo Catholicæ magnam spem positam habebant, Romæ diem obierit hoc anno 1616. die vigesimo mensis Iulij. Anno sequenti qui vel Eugenium Macmagaunum Dubhlinnæ, vel Dauidem Okearnum Casiliæ Archiepiscopum, vel triuslibet caput tradat, huic quingenta argenti librae præmio

præmio constituyuntur ab Anglis. Frater Thômas Geraldinus Franciscanus insignis concionator, & virgines nite nobilis, postquam propter fidem ducum custodiæ tenebatur, in Dubhlinnensi arce animam efflat. Ad aestatem, & autumnum mercatores, & regitorum oppidorum incola dominibus extracti ad Hæreticas cæmonias in templo vincit trahuntur. Quod scelus fugientes mercatores, non nulli in alias regiones defigrant. Decima tertio Octobris Oliuerus Prorex contra sacerdotes, & eorum protectores crudele edictum promulgat.

Anno millesimo sexcentesimo decimo octavo Oka banus in Londinensi arce summum diem clausit: cuius mors nihil leta fuit Iberniae. Cuius infelicitati id etiam adscribendum est, quod eodem anno secundo die Iulij sex adolescentes Iberni maghae nobilitatis, indolis, & virtutis cum Turcis strenue dimicantes perierint in nauali victoria, qua Hispana classis Turcicam, que vñ ex Fortunatis insulis deuastauit, vicit: vñalibi litteris mandaui Illi sunt Daniel frater meus adolescentis maghae no robore, mira pugilandi artis dexteritate, & ingenti animo prædictus tragula pectus confossus: Philippus patruelis meus imprimis dexter, partim ferro vulneratus, partim igne combustus, & tandem aqua submersus: Daniel Maccarrha Fisci nepos, Cornelius Odriscollis nepos, Cornelius Orrellus, & Gulielmus Giraldinus. Qua in pugna rara, atque mira virtutem præstítit Cornelius Odriscoll Ibernia cohortis dux, qui sospes est. Sed ultimus aduersæ fortunæ istus est, quod decimo sexto die mensis eiusdem Osulleuanus Beatrez princeps, in quo tunc Iberni maximam spem habebant, miserè succubuerit, hoc modo Iohannes Bâtheus Angloiberius, apud Osulleuanum adeo gratia pollebat, vt etiam ab eo patrocinio, & authoritate adiutus beneficijs assi-  
cepatur;

cetur; & inter familiarissimos habitus sit etiam dominum receperus, & in mensam admissus. Quorum beneficiorum Iohannes immemor, eò impudentiae processit, ut leui primum cōtrouersia orta ob pecunias ab Osullevano mutuo datae, inde sit ausus tam viri clarissimae nobilitati genus suum apud Iberos, & Anglos, à quibus oritur, minimè sublime conferre. Quod agre fēiens Philippus Osullevani patruelis, qui hanc histōriam scribit, cum Iohanne ea de re expostulat. Vnde Mādriti iuxta regium monasterium diuī Dominici uterque alterum strīcto gladio aggreditur. Incepto certamine Iohannes ingente pauro percussus, & vocem effens loco semper cedebat: & illum in facie Philippus exsa vulnēravit: & interfec̄tus videbatur nisi eum Edmundus Omorra & Giraldus Macmoris ab Osullevano missi, & duo equites Hispani protexissent, Philippumque apparitor deprehendisset. Cum multi vndeique confluxissent, inter ceteros Osullevanus aduenie tenua manu rosarium, & dextera chirotecas gerens. Quem Iohannes conspicatus incautum, nihil timenter, & alio aspicientem subito accedens gladio inter turbam intento per lauum lacertum confodiendo, & rursus guttur feriendo occidit. Philippus lictore frustra reluctante in domum Marchionis Senecie Galliarum legati sese abdidit. Iohannes in carcerem coniicitur vna cum consanguineo suo Francisco Batheo, qui rixa interfuit, sicut, & Daniel Odriscoll Philippi consanguineus. Osullevano in eo exilio postero die exequiarum ius magna frequentia Hispanorum nobilium, & studio domini Didaci Brocheri splendidi equitis, regij consiliarij soluitur. Obiens annum 57. agebat. Erat vir planè pius, & largus, maximè in pauperes, & egenos. Duobus, vel tribus Missarum sacris quo-

quotidiē interest solebat, longas ad Deum, & superos quotidianas preces effundens: crebr̄ peccatis expiatu sacrosanctum Domini corpus suscipiebat. Ita mors eius subita, & infesta vita minime consentanea fuit, et si eo etiam die duobus sanctis peragendis interierit, & acceptis vulneribus sit a sacerdotibus peccatis absolutus. Erat proctus, & elegans statura, vultu pulcher, aetate cancellante venerabilis.

C A P V T. V.

*Histōriæ totius Epilogus.*

**Q** Vi totius historiæ nostræ seriem animo complexus, cum vetera memoria repetendo recordaretur, quanta fuerit in Ibernia Catholice Religionis vetustas, & stabilitas, quantus cultus, ornatus, splendor: tum præsentia ob oculos proponendo, eius hodiernum luctum, & tartareum squalorem Anglorum Hæres barbarus, & immaniū indies bacchante, solicitudinis cogitatione cerneret: is profecto, aut esset animi calybe, & silice durioris, ferinis moribus imbutus, & Hæretico lacte nutritus, aut magna commiseratione motus lachrymas vix cohibere posset: & omnibus artibus enitendum esse statueret, ut ei regno feratur auxilium, quo Fides Apostolica ab Hæreticorum, seruitute in libertatem vindicata in pristinum statum, nitoremque restauraretur. Insula namque salubris, amena, fertilis, serpentibus, & ceteris venenosis animalibus immunis: alijsque multis dotibus & ornamentis ab opifice, & authore naturæ Deo optimo, maximo cumulata cum ad Christianam Fidem circiter annū Redemptoris nostri quadringentesimum fuisset tota conuersa per milles, & amplius annos Catholicam pietatem, & Religionem

eds .ii. Tom. 4. folia r. lib. Liber. 3.  
multus Hæresis contagione infideli, sanctam, in viola-  
tamque conservavit: pertam longissimi temporis fe-  
culum saecula sapientia, aliarumque scientiarum studijs,  
innumeris pene viris doctis & sanctis florens: foras etiam  
doctores, concionatores monachos in terris quae regiones  
extrae ab Hæresis pestilenta nubibus errorum, & fau-  
cibus inferni ad Christianæ lucis iubat deducebant:  
domi collegia constituens vestigalibus locupletata alienigenis piæ, & Catholicæ educandis. Superiotibus enim  
temporibus Iberni integræ, moribus incorrupti, recti iu-  
stique cultores fuerunt. Hac autem miserrima tempe-  
state, sicut Hæresis Fideique spretæ impetas multa  
Christianæ orbis regna inuasit; ita alia flagitia minora  
quidem, magna tamen & grauia Ibernorum peccata oce-  
cuparunt. Etenim inaudita cupiditate obtinendi posse  
fines amplas, & in sua quisque familia principem lo-  
cum, arserunt. Hinc contentiones, odia, bella, præda, de-  
populationes, & huiuscmodi sexcenta mala secura sunt.  
Neque enim solum noui Iberni veteres impetebant, ab  
illis mutuo impetiti: sed noui nouos, veteres alij alios, &  
plerique magnates finitos lacescebant. Consanguinei  
quoque, sepeque fratres ob res humanas ferro experie-  
bantur. Quam rerum funestissimam, atque luctuosissi-  
mam faciem illud Ouidij carmen aptissime depingit.

Pivit ex rapto: non hospes ab hospite tutus:

Non sacer à genero: fratrū quoque gratia rara est.

Quæ inter atrocia facinora non tamē fueront Iberni  
tamē destituti pietate, & à sensu, & humanitate alieni, ut  
Catholicæ Religionis sanctitatem, litterarumque studia  
violate putauerint. Itmo, quamuis omnia bello flagra-  
teat, imaque, & summa miserecentur, in Ecclesiarum ra-  
tionali

De Parlam. quinto persecut. mēbro. 263  
men, Episcoporum, sacerdotum, & omnium litteras pro-  
fitentium bona facere impetum, vel ipsos leuissima ini-  
uria provocare nefas duxerunt. Reges autem Angliæ,  
qui Ibernia gubernaculo potiti provincialium contro-  
versias, & dissensiones dirimere, & inhibere deberent;  
contra ipsi Hæresis scelibus inquinati eorum discordias  
accendunt, & augent: idque suis conatibus opportu-  
num rati, dum Iberni domesticis bellis conficiuntur,  
interim ipsi in Ibernia totam Christianam pietatem  
summis viribus oppugnare, & funditus delere, sacratum  
que litterarum doctrinam subverttere festinant. Quod  
nefarium immane, impium scelus Iberni minimè ad-  
mittendum, vel ferendum existimarunt Ita pro Catholicæ  
Religionis libertate, diuiniquæ cultus obseruantia,  
& publica veneratione sœp̄ in Anglos arma sumpserūt.  
Cæterum alij ab alijs (qua erant dissensione, & discon-  
cordia) labefactati, & profligati omnes simul vñā cum Fi-  
de Hæreticorum armis oppresi succubuerunt. Cuius  
mali maxima culpa in aliquot Angloiberños sacerdo-  
tes iure transferenda est, qui tartareum dogma ab orco  
in Catholicorum perniciem emissum non negabant,  
licet Catholicis contra Catholicos, & suam patriam  
pro Hæreticis gerere arma, & dimicare. Quod si sacer-  
dotes isti sana mente, & cū cæteris in Hæreticis oppug-  
nandis vñanimes, & concordes extitissent: & Iberni alij  
alijs non obstitissent, facili negotio potuissent Hæreti-  
corum iugum ceruicibus discutere, vt omnia nostra  
historia fuisius, & apertius constant. Ea vero multorum  
animos lacessiturus mihi videor: Anglorum, quod co-  
rum Hæresim scelera, tyrannidem, sacrilegia, impie-  
tatem diuulgabo: Ibernorum, quorum discordias multaque  
victoria silencio non inauolui: aliquorum sacerdotum quo-  
rum segnitiem, inscitiam non semel in hac historia no-

tam feci. Aequus tamen rerum aestimator (ni conjectura falor) mea venia dignabitur: cum mei muneris sit (vt supra dixi) non minus hominum vitia, quam virtutes referre, vt illa vituperatione, haec laude ab omni posteritate afficiantur: Ibernū qui supersumus acerbum flagellum, diuinamque vindictam experti errata corrigamus: posteri maiorum suorum ruinam, & exitium memoria repetentes, auersari via colere virtutes, Christianam pietatem restituere, libertatem recuperare discent: exteræ gentes Ibernorum exemplo territæ timeant Numinis iram prouocare, & quæ iam prouocaerint, quam celerrimè agant pœnitentiam.

His mea quidecum sententia Ibernæ excidium, & Anglorum tyrannidem in Christi Iesu Religionem fatis fusé sumus prosecuti. Quæ verò Stanihurstus rerum à lysis, atque calonibus factarum scriptor euomuit, ab historiorum gymnasio sunt explodenda. Itaque res Ibernæ à prima gentis illius origine usque ad præsentis Hæretis exordium Ibernicé longè diligentissimè perscriptas, nos primoribus (vt aiunt) labris degustauimus. Quæ verò ab Hæretis Ang'orum principio usque ad Ibernici Parlamenti finem gesta sunt, quia pleraquæ ob temporum iniuriam, & perturbationem scriprores silencio prætermisserunt, illa quidem ego vehementer studio, labore, cura, magnaque fide sum persecutus. A fine vero Parlamenti, quæ sunt exempla crudelitatis ab Hæreticis edita à me summo tantum digito tacta author Analectæ Catholicae studiosius perstrinxit. Reliquam persecutionem, quæ etiam hodie minime intermittitur, ab alijs, quibus plus ocij suppetat, memoria prodendam esse spero. Ego facio finem scribendi Idibus Decembris anno redemptionis humanæ millesimo sexcentesimo decimo octauo.

## Fragmenta.

**R**Aymundus Burkus Lietrimæ Baro diem obiit decimo tertio die mensis Iunij anno millesimo sexcentesimo decimo nono Madriti. Ibidem quoqué Helena Clancarræ Comitissa è vita diffcessit vigesimo primo Aprilis anno millesimo sexcentesimo vigesimo.



ILLVSTRISSIMO  
DOMINO DER MYSIO  
OSVLLEVANO DVMBEÆ  
COMITI.

*Philippus Oſulleuanus.*

S. P. D.

**L**N Catholici Regis classem cū venissim, nihil antiquius habui, quam, vt diligentissime inquirerem, quemadmodum consanguinei tui (clarissime Dermys) mortem oppetuerint, teque facerem certiorcm. Quod vt exactius intelligatur de rebus gestis regiæ classis æstate superiore pauca breuiter perstringenda sunt. Anno post virginem partum millesimo sexcentesimo decimo octauo quinto Nonas Maij (qui dies inuentæ salutiferæ crucis nomine in fastos relatus est) regiæ naues nouem Vlyssipone soluunt, Prætore Vidafauale Cantabro, Proprietore Iohanne Ludouico Camarena, militum præfcto Ferdinandu Luna. Dies aliquot aduersis ventis vsq; mediterraneum mare ingrediuntur. Vbi pridie Kalend. Iunij, qui dies Petronillæ Virginis morte celebratur, duæ Peñorum naues bellicæ Proprietoriae nostræ, qua Camarena cum vna Hispanorum cohorte, & Cornelius nostras Odriscol vir intrepiduscum altera Ibernorū electæ inuentus ferebatur, sunt obviae. Cum ambabus Proprietoria ab hora sexta pomeridiana vsque in sequentem lucem

lucem per lucidam, atque serenam noctem tormentorum flammuomotorum, atque bombardarum iactibus acriter dimicat, & minorem capit: hostibus sexaginta quinque in ditionem acceptis, & tribus prælio peremptis. Altera tormentarijs iactibus labefactata, & confossa pelago obruitur. Ex nostris quatuor Hispani perierte. Postero die duabus nauibus simul cum Afris propugnatoribus ad Hispanam oram, & alia ad Africum littus à defensoribus deserta nostri potiuntur: Breui naues tres ex Cantabria nostris subfido venerunt. Ita naues Hispanæ erant numero duodecim, quibus milites circiter octingenti, sub ducibus septem, & nautæ quadrincenti plus, minus vehebantur. Octauo Kalendas Iulij (quo in honorem nativitatis Iohannis Baptistæ festum agitur) à nostris excubitoribus naues viginti quatuor secundo vento venientes, mediterranei pelagi fauces intrare conspiciuntur. His præter nautas, & clasiarios vehebantur duo millia, & quadrincenti milites, qui à Venetis erant acciti ex Anglia, & Batauia contra Ferdinandum Archiducem. Eis vt aditum intercluderent, nostri erant iussi à Thoma Thomas Ibio Calderone regiæ clasis summo questore, qui de Ibio tunc Gadibus erat. Neque procul in stationibus aberant Caldero Bataui senatus naues octodecim duce Muillo Lom. Veedor bardo, qui suis, si pugna périliciterentur, opem latura general, à nostris credebantur. Nihilominus Hispani prælium audacter ineunt. Ab hora secunda pomeridiana in noctem usque utrinque strenue, & magnanime pugnatur, *Cap. d.* donec à Duce Mitina Sidonia missis phascello venientes aditu non prohibere nostri suerint iussi. Eo die ex Aug. de Ogeda, nostris sexaginta quinque, & inter eos Augustinum *Cap.* Ogedam, & Martium Sclavum Italum cohortium duces, ex hostibus centum octodecim iacuisse traditur. *Eslano. Prius.*

Priusquam Vidasual Vlyssipone discessit, Tabaccus Arraes cladem nauium viginti octo Saldis, vel Argelia ducens Ombrium, vel Lanzerotam vnam ex Fortunatis insulis inuadens, totam deprædatur, & deuastat: domumque repetens Hispanis captiuis, & opibus onusta cladem cum ad mediterranei maris angustias appropinquasset, naues octo duce Proprætoria præmittit. Eis præerat Arraes Tagarinus Mauriscus magna audacia, & rei bellicæ, nauticæque scientia. Quibus sexto Novembris Iulij, qui dies in memoriam Visitationis Virginis Matris festus colitur, Hispanæ duodecim, & Bataue quatuordecim occurunt. Hispana Prætoria vnam facile subigit. Proprætoria Hispana Tufeicam Prætoriam, quæ septem comitibus præerat, aggreditur. Erat Turcica magna tormentis multis, & centum octoginta propugnatöribus instruta. Vchemens utrinque pugna committitor tormentarijs machinamentis, atque bombardis. Cum amba cohæscent, nostri in hostilem insilire non ambigunt. Antonius Camarena Proprætoris frater sui signifer animosus iuuenis stricto gladio, scutoque leue imposito dum ad saltum se componicit, plumbea pilula confossus sternitur. Illi successit Daniel Osulleuanus frater meus, qui ducebat Iberorum manipulum, adolescentis specie pulcher, miris viribus prædictis, pugilandi scientia peritus: quas corporis virtutes ingentis animi magnitudine superabat, insuper latini sermonis non ignarus, neque Philosophia & Dialetica rudis. Superioribus dimicacionibus magnam virtutem præstiterat cum commilitones cohortando, tum per se fortissime præliando. Sed (proh dolor) casus infestostulit, ut immatura morte præuenitus pauciora sua fortitudinis, & magnanimitatis exempla reliquerit. Namque iam iam salturus bombardica glande

glande pectus trajectus supra Antonium Camarenam eadit, proferens tantum illa salutifera verba, *Iesu Maria*. Paucis ante diebus Vlyssipone profecturus à peccatis expiatius sacrosanctum corpus Christi Domini sumpscerat. Philippus Osulleuanus patruelis meus, qui rara corporis agilitate, saltandique dexteritate præstabat, in Pœnorum nauim prosluit, ita corpore librato, ut se pedibus excepit. Vbi stricto ferro cum pluribus coepit intrepide cōtendere, & magna caesa vulneratus, nihilominus pugnā non remisit. Confluentibus in subsidium Christianis Mauri virtute cedunt, & simul Turcica nauis ignem, vel casu, vel alicuius opera concipit. Qua flagante Christiani, & Pœni confusi, & mixti partim properant in Hispanam nauim se conferre, partim ingenti pavore perculti flammæ vim fugientes, in salum se præcipites dant. Philippus cum paucis, quos cohortando confirmauit, ad extingendum ignem se conuicit. Qua spe cum decidisset corporis parte combustus, antennam in mare proiecit, cui innixus cum commilitonibus quindecim ad suam nauim conatur adnare, sed frustra, nam vnde vi rapitur. Neque ei nostri potuerunt subuenire, quia ex Turcica nauis in nostram incendium fuit subito diffusum. Quo repente malo territi alij ad pœnitentiarij pedes se poplitibus excipiunt, peccatorum expiationem petentes: alij elata voce crimina sua pronunciant: aliqui se in pelagus projiciunt. Cornelius Odriscol dux vir semper animo magno incendium reprimere nititur, alios exemplo, & cohortatione mouens. Quo munere occupatus, cum ei nunciaretur, Cornelium filium signiferum periisse, is, inquit, est mihi nunc filius, qui ad extinguidam flamمام, & regiam nauim liberandam opem tulerit. Ita potissimum fortissimi viti opera ignis

nis extinguitur nostra nauis prota ad aquam usque  
penè combusta, & Christiani liberantur præter eos, qui  
prælantes ceciderunt, & paucos, qui se in mare proie-  
cerunt, Pœnique centum septemdecim, qui in eam  
sua combusta se receperunt vna cum duce suo Taga-  
rino, & captiuis Christianis septem, inter quos erat gra-  
uia fœmina. Cæteri Christiani captiui ad numerum  
nonaginta, cum nostram nauim nando nancisci non  
potuerint, cum Afris aliquot obruantur. Ex Ibernis  
nobilibus præter Daniellem, Philippum, & Cornelium  
signiferum magnæ indolis iuuenem consanguinitate  
etiam mihi coniunctum succubuerunt hoc prælio Da-  
niel Maccartha, Cornelius Orellus, Gulielmus Giraldi-  
nus, & Iohannes Plunketus. Interim aliae quinque  
Tuticæ naues nontato discrimine capiuntur Octa-  
ua fugit, quam secutæ duæ Hispanæ, sed non assecutæ  
aliam Maurum obuiam factam expugnant. Postero die  
sequuntur aliae tredecim naues ex Tabacci classe, qua-  
rum quinque Christiani in suam potestatem rede-  
gerunt. Eototo biduo naues tredecim Afris adimuntur,  
ex quibus Bataui sex, Hispani reliquas ceperunt. Peni  
quingenti in servitutem redacti, plures ferro, & aqua  
deleti, captiui circiter trecenti in libertatem asserti:  
Christiani centum plus minus desiderati.

Hec ab hominibus fide dignis accepit, quæ de rebus regiæ classis te docerem. Eis liquet, quam honorifice, & gloriose consanguitatem tuam dicim suum clauerint! Quod nobis magno leuamini doloris esse debet: Xenophon primum ille Socratus cum inter sacrificandum accepisset Gryllum filium suum charissimum apud Mantincam petemptum esse, coronam deposituit, sed postquam fortissime dimicantem concidisse comperit, corona rufus capiti imposta, sacrifi-

sacrificium peregit, ratus non blandus, sed laudandus esse, qui tam honorifica modite vitam decorauit. Gorgona Lacedæmonia Leonidae vxor filio in bellum cunctum sicutum daret, aut hor, inquit, aus super hoc, id est aut hoc scuto vince hostem, aut super illud exanimis eadem aduersus strenuus prælians, non verò tuba eo auersus fugiens. Dion in Chrysostomus tradidit, cuiusdam ex vulnera, quod in acie accepérat, claudo, & id regi ferenti matrem Læcnam fœminam dixisse, fili ne doleas, sed in omnibus virtutis recorderis. Praeclatum, & illustre est. Musonij consilium, arripe, inquit, honestam mortem, dum licet, ne paulo post mori quidem necesse habeas, honeste tamen non amplius licet. Quid pluribus opus? Profecto neque vir, neque fœmina fuit inquam iudicio pollens, cui non magna doloris pars minueretur, quod illi, quos morte surreptos esse dolet, honesto, & gloriose fato fungerentur. Ac ego quidem fateor mihi non mediocri consolacioni fuisse, quod cognoverim fratrem, aliosque consanguineos meos inter moriendum magnam virtutem praestitisse: idemque tibi, non dubito, quin acciderit: & merito, cum i, qui laudabili, & gloriose genere mortis ex hac breui, & ærumno vita discedunt, apud posteros sempererna gloria commendati nomine famaque viuant. Inde egregie cecinit Seneca:

Nunquam stygias fertur ad undas.

Inclita virtus: viuite fortes:

*Nec lethæos sana per amnes.*

*Vos fata trahent: sed cum summa*

*Exiget horas consumptas dies,*

*Iter ad superos gloria pandet.*  
Quis autem fortius, & honorificenter mortem obit,  
quam iij, qui cum acerbris hostibus pugnantes, qui  
singularem virtutē præstantes, qui vulneribus aduersis  
confecti,

confetti, qui vicitis hostibus, obrenta victoria concide-  
runt? Quam obrem, qui tam gloriosè animam effla-  
runt, ab interitu, & obliuione hominum vindicati apud  
posteros nomine, famaque celebrati viuere, & florere  
debent.

Neque vero prætercundum est, sumum esse decus,  
& maximam gloriam contra Christiani nominis ho-  
stes in acie mori pro Catholica Religione, cuius tuen-  
da præmium non minus est, quam illa vita cœlestis,  
eterna, atque felicissima: qua vna consolatione nostri  
doloris vulnus non modo leniri, sed omnino sanari de-  
buerit, cum nostri magnanimi adolescentes in Catho-  
lici regis classe cum Turcis & Mauris Christianæ pietas  
et oppugnatoribus pro diuina lege magna virtute præ-  
liaentes iacuerint.

Eorum quidem faci ego minus, quam ipse vñquā putau-  
rā, sentio ea causa, quod infesta mors Osulleiani prin-  
cipis patrī tui ita animo meo callū obduxit, ut vix  
ali doli sit locus. Sed hac etiam in re eam cōsolationē  
inuenio, nos homines esse telis omnibus fortunæ  
propositos: fortunā verò volubilē orbē manibus versā-  
do solitā esse sūma insimis, & insimā sūmis permutare;  
cuius rei aliqua exēpla breuiter cōplexus est Ouidius,

*Omnia sunt hominum tenni pendentia filo,  
& subito casu, que valuerent, ruunt.*

*Diuitis auditae sunt, cui non opulentia Crast.*

*Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.*

*Ille syracosia modo formidatus in urbe*

*Vix humili duram repellit arte famem.*

*Quid fuerat Magno manus? Tamen ipse rogauit*

*Summissa fugiens voce clientis open.*

*Quiquè viro totus terrarum paruit orbis.*

*Indigus effectus omnibus ipse magis.*

*Ille Iugurthino clarui, cimbroque triumpho, sonnumq[ue] ad*

*Quo viuixit roties consule Roma fuit, bandoq[ue] lumen*

*In caro Marius tacuit, cannaque palustri: bono Q[ui] adiu-  
perulit & tanto multa pudenda viro.*

*Ludit in humanis diuina potentia rebus, p[er]turbat & minato*

*Et certam presenti vix habet hora fidem.*

Hec ille. Sed ego quid repeto extrema exempla? Do-  
mestica suppeditant, si ad Onellos, Odonellos, Mac-  
carthas, Geraldinos, Burkos, Orruarkos, Omnorras, Mac-  
suinnios, cæterosque pene innumeros Ibernos viros cla-  
rissimos, qui funestissimi casib[us] labefactati, deletique  
sunt, oculos conuertamus. Inde Lucanus.

*V[er]isque adeo res humanae vis abdita quedam*

*Obterit, & pulchros fasces fauasque secures*

*Proculare, ac ludibrio sibi habere videtur.*

Quorum quidem Regum, potentissimorumque viro-  
rum, & aliorum casibus memoria repetendis possumus cogitare nihil noui, & ab humanarum rerum condicione, & mutabilitate alienum nobis contingere. In osa-  
tis competitum est, viros ferimos, & invictissimos, qui hostium multitudine vinci non potuerunt, ab amicis saepe perempti fuisse. Magnus Alexander à familiaris-  
finitis dato veneno sublatus fertur. Cæsar Dictator ab  
ijs, in quos amplissima beneficia contulit, multis pu-  
gionibus trajectus interficitur Nuper Henricus Galliarum Rex, qui bello regnum simul, & magnam gloriam assecutus est, ab humili homine duplicitu[m] confessus  
extinguitur. Cuiusmodi in numero pene exēpla à cōpo-  
nentibus vetusta rerū monumenta lieteris mādarā sunt.  
Nihil igitur mirandum est, quod vir fortis, & clarissimus  
pater tuus occisus sit ab isto, qui ab eo officijs adiutorius &  
auctus fuit, qui eius quadra quandoque vixit, qui cum eo in patropide manum forsitan intinxit.

Ea præterea legem omnes in diem venimus, ut diem rursus obvündum in celum, atque lugubre ius natura soluamus. Quod ipse genitum doctor diuus Paulus Apostolus docens, statum, inquit, est, hominibus semel mori. Omnim iudicio, laudatum est illud Telemonis dictum, cum de filij mortis accepisset. Sciebam me genuisse mortalem. Optime Latinorum poetarum princeps scriptum reliquit, sollo nobis O solle nobis O haec etiam quodq; solle nobis. Sicut sua cuique dies hincens, & irreparabile tempus. *Omnibus est vita.*

*Plato in Phed.* In dñi longè pulcherrima est Platonis sententia, omnem sapientium viam meditacionem esse mortis. Qua quid verius? Quid salubriss? Quid magis pium? Quandoquidem hac cogitatio efficit, ne nos peccatorum, & scelerum sordibus inficiamus, libro diuinæ Sapientiae casto. Memento semper diem mortis, & nunquam peccabis. Igneusque tam ergo seruimus, nostros allegatos fuisse mortis legibus, quibus nullus est solutus. Accedit, ut qui longiorerim vitam producunt, diutius humanae conditionis laboribus, & miserijs oppressi re- necantur; qui vero celerius moriuntur, cito his calamitatibus libentur. Quod Hesiodus animaduertens solitus est ad hominum oru flere, & obitu gaudere. Qui mos Thrasibus quibusdam usurpatuſtis traditur, re- peccantibus huius seculi delicias, atque voluptates breves, & inconstantissimas aduersitates vero, & æternas certissimas esse aliquis in infernū mori. Illud augustinus dicit. Opimæque dies miseris mortalibus eū. Prima fugit: subiunt morbi, tristisque senectus, adiunctorum. Et labor, & dana rapit inclemētia mortis. Quis igitur compoſit mentis iugendum esse existimet, quod hi, quos charissimos habuimus, & vnicē dilexi- mus, à tot fortunæ incommodeis, aduersis casibus, & calamis-

calamitatum cumulis vindicentur.

Neque hæ, neque alia consolatiōnes, quæ sunt sapi- entissimis viris usurpatæ, & memorie, literisque proditæ, tantum mouere videntur, quantum ipse nostræ patriæ miserrimus status, hæc perditissimorū temporum per- turbatio, & Catholicæ Religionis ruina, Anglorum te- terrima Hæresi sacra, & profana miscente. Ab his enim quid est loci pudori, probitati, bonis artibus, rectis studijs, virtuti, libertati, saluti, pietati, diuino cultui relictum? Ab eisdem quod insanum dogma non prædicatur? Que furiosa libido non admittitur? Quod scelus prohibetur? Que impietas non colitur? Quo patriæ suæ, A postolice- quæ fidei excidio vir clarissimus pater tuus vehemen- ter anxius animo cruciabatur. Eo ergo ingente mærore, & luctu acerbitate quod morte sit liberatus, eius felici- tati adscribendum puto, cum beatissimi sint, qui tan- tam malorū Lernam, qui hoc misericordum salum deser- uerint. Itaque minus Osulceanus Comes lugēdus, qui hoc suæ patriæ, Catholicæque Religionis incendio de- sicut dolere, ingenteque mærore cruciari, quam si intel- gris rebus, summaque Religionis salua desineret frui.

Illud vero sempiterna memoria recolendum est, quod pro Christiano nomine tuendo tot labores adierit: pro Catholicæ Fide tam sæpe, & acriter pugnauerit: pro Dei lege tot æternarum cumulis fuerit obrutus; amplissimi principatus, & omnium bonorum iacturam facere maluerit, quam à Christiana pietate desciscere: tam bene, & beatè vixerit in egenos pius, & largus, ut nobis veri- similem coniecturam reliquerit, se in diuorum fœli- ciissimum cœtum fuisse translatum. Quid pluribus dis- sero? Qua causa Dermys doles: Patris ne, an tua? Illius quidem causa minime mæcerere debes, quem certum est, innumeris aduersitatibus, & afflictionibus esse libera-

tum, & probabile aeternam beatitudinem assecutum. Sint tua causa te mouet, quia cum desideras, quem viuū tibi profuturum sciebas, tuꝫ sapiētiaꝫ, & magnanimitatis est, moderatius, & fortius ferre tuorum incommodorum casum, qui non modo sit à patris tui damno, maloquè se iunctus, sed cum commodo, & prosperitate coniunctus, & cum animotuo cogitare Deum, creatorem nostrum esse nobis verum patrem, Dominum, Regem, & tutorem, diuinis litteris fidem facientibus. *Nunquid Rex, & salvator, adiutor, & consolator non est tibi, aut consiliarius tuus per ipsi, quia comprehendit te dolor.*

Quod etiam ablatura est diuturnitas, quæ maximos luctus verustate tollit, id sapiens consilio, prudentiaque præripere debet, nec expectare temporis medicinam, quam potest representare ratione.

Denique si nulla mulier liberis amissis fuit vñquam animo tam imbecillo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit, certè quod sexus fragilis dierum longitudo præstat, id vir fortis animi magnitudine anteferre debet. Igitur animosost nostros adolescentes, qui tam gloriose occubuerunt pro Catholica Religione fortiter dimicantes, ne lugeamus. Patremque tuum virum fortissimum, & amplissimum, qui tantis rebus gestis, vita sancte, & integerrimè acta, post expletum quinquagesimum septimum ferè ætatis annum ex hoc funestissimogentis sua statu à Deo creptus est, potius laudemus, quam ploremus: animi nostri luctum Xenophontis exemplo sedantes, ne ijs, qui ad suum dolorem leuandum longum temporis spatiū requirunt, imprudentiores, ne Gorgona, Lacena, & alijs seominis imbecilliores: ne Christiani diuinæ legi minus obediens, quam Hesiodus, & Thraçes gentiles: neu Christo Domino, Paulo Apostolo, sacris Euangelistis doctoribus,

totaque

totaque Ecclesia sacrosancta præceptrice, non Telamone non Platone magistris parum sapientes, parumque docti esse videamur. Vale. Gadibus vj. Idus Aprilis anno Domini M. DC XIX.

## *PHILIPPVS OSVLEVANVS*

*Patritio Sinoto.*

**R**Ogo te (Patriti) ne putas me tardiu non scripsisse tibi obliuione tui, eius memoriam summa benevolentia teneo, sed magnitudine dolorum, quibus continuè percussus ab officio sum auocatus, Osulleuano Bearra Comite, Philippoque patruelibus meis, & Daniele fratre, delicijs meis amissis. Comitis cedem omnium opinione ægrius tuli, neque hodie quidem minus, quam eodie, quo occisus est, dolore crucior. A rixa cum ex apparitorum manibus elapsus in domum Gallici legati configissem, paucis post diebus de fratribus, & Philippi, aliorumque amicorum nece certior factus, primum minus doloris animo cepisse videbar, forsitan, quod animo meo, vel pristinus dolor callum obduxerat, vel recentis calamitatis magnitudo sensum omnem doloris superauit. Postea vero diuturnitas temporis, quæ solet animi vulneribus mederi, contra mihi vlcera renouare indies videtur, vt difficiilius queam obtemperare rationi, quæ tamen in similibus casibus plurimum valere debet. Qui tamen miser, & luctus efficere non potuit, quo minus instituerim historiam meam rerum Ibernicarum euoltere, inque lucem emittere. Quam qaia in mari, & procinctu, vbi ne librorum quidem copia nobis est, concinnamus,

vereor, ne incompta, & impolita prodeat. Itaque mag-  
noperé doleo, librum non fuisse iudicij tui politi, & li-  
maci lima castigatum. Fac ( obsecro ) me de rebus tuis.  
certiore Vale. Gadibus, Idibus Maij anno salutis hu-  
manæ M.DC.XIX.

*PATRITIVS SINOTVS  
Domino Philippo Oſulleuano.*

**D**uo sunt mensæ, ad summum tres, quam acce-  
pi à te epistolam cultu, & suavitate sermonis.  
satis mihi notam: præterea excusantem te,  
quod lachrymis semper, ac luctibus impeditus rarius ad  
me scribas. Ego certe rebus tuis aduersis perinde doleo,  
atque meis. Sed hanc consolationem inuenio, quod  
opportune mori summa felicitas existimatur. Com-  
patruelis tuus Comes ante flexum quidem etatis cor-  
pore adhuc validus, & animo vigens indigna morte  
peremptus est; sed postquam insignem Fidei Catholicæ  
a se defensæ lauream consecutus est. Frater tuus sanè  
quam iniquo fate præreptus est tantæ speci, tanti robori,  
tantæ denique audaciæ adolescens; sed in catalogo  
Herorum nostrorum perinde erit, atque Marcellus Vir-  
gilianus, quem festinata mors multò lachrymabilior-  
rem fecit apud posteros. Desine igitur talium lugere  
funera virorum, quos gentis suæ archetypa ad omnem  
bellicam virtutem Deus optimus maximus esse voluit.  
Composui otiosus hæc cammina, quæ qualia sine, tu  
melius iudicabis, quia sua cuique pulchra, etiam corvo  
pellus suis.

Tristia cum mecum reputarem fata Iuvernae  
Externum passæ secula multa iugum:  
Damnaque eonserem nunc rerum, nuncque virorum,  
Horrida quæ varijs bella dedere modis;  
Ecce repentina surrepuit fœmina gressu:  
Et moesta ante oculos constituit illâ meos.  
Mitabat formamque eius, cultumque decorum:  
Et magestati confona verba suæ.  
Aurea vestis erat gemmis ornata rotundis,  
Piæque subtili, Pergameaque manu,  
Fimbriaque extremas varia mirabilis arte  
Ambibat partes, & decorabat opus.  
Nigra sed hunc tantum superaddita palla tegebat  
Ornatum, obscurans os, faciemque Deæ.  
Illa mihi attonito, subitoque pauore silenti  
Ne timeas, inquit iam scio, tu quid agas.  
Abstulit egregios Mars sanguinolentus Ibernos;  
Sed sine Marte graues interire viri:  
Quos patria, atque omni pulsos ditione paterna  
Externi rapuit mors inopina locis.  
Hausit Odonellum febris vesana Simancæ,  
O qualem obstant, ni inuidia fata, vitum!  
Dum sequitur Regem Theobaldus Burkus Iberum,  
Discessit fractus membra labore viæ.  
Confectus senio expirauit in urbe Quirini,  
Qui quondam Anglotum terror Onellus erat,  
Hos ego ploraui. Sed quis secreta Tonantis  
Scire valet? Latitant peccore clausa suo.  
Solus erat reliquus Comes Osulleuanus, isque  
Mœroris nostri dulce leuamen erat.  
Quem si fata virum sinerent producere vitam,  
Anissas solus restituisset opes.

Quam prudens, sapiens, quam circumspctus, & omni  
Parte sagax, & quam prouidus ille fuit!  
Quam bene pacifici callebat Principis artes!  
Quam bene Tritonis bellica iura Deæ!  
Illum sed postquam scelerato vulnere vidi  
Heu stratum Hesperia triste cadauer humo,  
Illiè percussi lachrymis mihi pectus abortis,  
Et spes nunc omnis corruit, aio, mea.  
Protinus hoc faciem nigro velamine texi,  
Aufugique domus in penetrale meæ.  
Ilic cum paucis, doctisque, pijsque, bonisque  
Colloquor, & semper ianua clausa mea est.  
Religio dico, quæ Diuos reddo benignos:  
Quæ reddo facilem propitiumque Deum.  
Hæc vbi dicta dedit, pulcherrima diua recessit  
Ad sua testa, lares sancta Iuverna tuos.

Historiam tuam non dubito omnibus numeris absolu-  
tam fore. Itaque iam pridem cam auido, atque ardenti  
animo exspecto. Evidet ego, nisi me docendi labora  
scribendo abduceret, iam ingens volumen confecissum  
rerum nostrarum, patribus è Societate materiam mihi  
affacim subministrantibus, atque etiam ad scribendum  
magnoper hortantibus. Sed me, cum alia auertunt, tum  
vel maximè incuria nostrorum, qui neque horâ, neque  
diem, neque mensem, neque annum, quo quidquam  
actum sit, neque nomina, aut militum, aut ducum, aut  
præsidum, per quos res gesta sit, vñquam apponunt; sed  
ineptè, atque inordinate, imò mātilatè omnia narrant,  
prætermis s personis, locis, atque temporibus sine qua-  
bus historia non modo truncâ, sed etiâ examinis, atque  
mortua videtur. Composui tamen stylo certè admodum  
tenui, ac macilento per pauca quædam de ultimo Iber-  
norum

norum bello. Quorum aliquam tibi particulam mi-  
ssem, si orium mihi esset ad transcribendum, vel puer  
à manibus. Nam mihi dextera vacillat interdum para-  
lysi, quod indicat inæqualis litteratum meatū ductus.  
Id quoque semper expectavi, ut ingenium meum ma-  
tutum fieret progressu ætatis, stylumque adipisceret,  
etsi non grandem, atque sublimem, proprium tamen,  
atque uniformem. Quare vultum contraho, quoties  
lego historiam meam, ut rudem, atque imperfectum  
adolescentæ meæ partum. Teque obsecro, mi Philippe,  
ne quid meum libris tuis inferas, quod sit ante hunc  
diem à me compositum. Vale. Compostellæ viij. Idus  
Decemb. Anno Domini M.DC.XIX.

## *PHILIPPVS OSVLEVANVS*

*Patritio Sinoto.*

**C**ognitio verum etiam minimarum, quæ militia  
geruntur, est grata cum alijs, tum ijs, qui ad in-  
genias, atque liberales exercitationes suum stu-  
dium conferunt, libris Liuij, Cæsarisi, Salustij, & alijs,  
quibus veterum summorum ducum, exercituumque  
fortissimorum gesta celebrantur, euoluendis omnem  
operâ addicentes. Cui rei (Patriti Sinote) quia tu totus  
es deditus, res memoratu dignas, quæ regia classe, dū  
in illa stipendum facio sunt administratæ, tibi quā ac-  
curatissimè litteris mandabo: ut si quæ tibi dignæ  
videantur, eas transferas in monumenta tua, quibus  
maiores euentus diligentissimè celebrandos esse spero.  
Pro mutuo internos amore meum scribendi stylum  
venia dignaberis, rudioremque sermonem casta tua  
Minetua, limatoque iudicio perpolies. Ego hic non

Ciceronianas elocutiones, non Vallæ, non Manutij elegantias, sed nauticas voces nouas, atque barbaras percipio. Sonitus bombardarum, quas in humani generis exitium perniciosus aliquis inuenit, meis autibus obstrepit. Ferrum, non calamum exerceo. Quotus autem quisque est, qui excellat alterutro, nedum utroque? Sanè quam arduum, atque difficile est cum militaris artis exercitatione historiæ contexendæ rationem, vsumque coniungere; maximè nobis, qui non terrestre, sed nauale bellum gerimus, qui non inter libros versamur, sed inter vndas agitamur, pelagi iactatione vehementer concusi, saepeque fluctibus obruti, ut Ouidij carmen sit nobis accommodatum.

*Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum!  
Iam iam tacturos sydera summa putes.  
Quanta deducto subsidunt aquore valles!  
Iam iam tacturos Tartara nigra putes.  
Quicumque aspicio nihil est, nisi Pontus, & aer,  
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.  
Inter vitrumque fremunt immanni murmure venii:  
Nescit, cui domino pareat, vnda maris:  
Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu;  
Nunc Zephyrus sero vespero missus adest;  
Nunc gelidus scissa Boreas bacchatur ab Arcto;  
Nunc notus aduersa prælia fronte gerit.  
Rector in incerto est, nec quid fugiatue, petatue  
Inuenit: ambiguis ars stupet ipsa malis.  
Scilicet occidimus, nec spes est vlla salutis,  
Dumque loquor, vultus obruit vnda meos.*

Tamen inter hos dubiæ fortunæ varijs casus meam scribendi consuetudinem non intermis. Prius autem, quam

quam euentus nostros memorem, res postulare videatur, vt te breuiter doceam, quas classes in his partibus Rex Catholicus vel ad imperij sui præsidium, sociorūq; auxilium, vel ad Christiani nominis amplificationem ingenti impensa sustineat. Ea quidem sibi primum locum vendicat, quæ regia classis Oceani nuncupatur, quod in hoc mari nauigans strenuo milite, peritis nautis, multiplici genere bellicorum machinamentorum egregiè instruta maritimam oram defendit: piratas, atque latrones capit: mercatoribus incolumentem reddit: socijs opem fert, & cum opportunum videtur, in eorum, qui à Catholica Religione, veroque Dei cultu abhorrent, fines exercitum exponit. Sunt alia nouem naues, quæ etiam firmo propugnatorum præsidio munitæ Indicum aurum, & argentum in Hispaniam quotannis important: ob id regiæ naues Indici cursus, & argentiferae nominatae. Eam autem petunt Indianum Occidentis regionem, quæ Terram Firmam, idest Continentem Hispani vocant, quæ mille, & quingentas circiter leucas ab Hispania distat. In Portu Bellum appellant. Vnde Panamahaterrestri itinere leucas octodécim abest. Hinc Calladum oppidum Piruæ regionis, in qua argenti pars longe maxima effoditur, leucas quingentas disstum est. Callado Panamaham argentum nauibus vehitur, & hinc Portu bellu terra astum à classe Indici cursus excipitur. Eandem regione lucrificandi causa singulis annis petit mercatorum classis, in qua Prætoria, & Proprætoria naues regiæ sunt militibus, & armis pugnando aptissimæ. Aliæ mercatorum classes duæ Nouâ Hispanâ alternis annis petunt Hispanas merces Indico argento mutatæ. In quibus prætoriæ, & proprætoriæ regiæ sunt validæ militibus, & armis. Regionæ, quam Honduras, idest Profunditates nuncupant, annis omnibus

omnibus adeunt due mercatorum naues duabus regijs cohortibus defensæ. His redeuntibus obuiam exit regia classis Oceani ad præliandum opimè instruta. Quæ res omnibus hostibus tantum terroris adfert, ut et si multi sèpè insidentur, nullus tamen audeat in certamen palam descendere: postquam Anglorum classis fuit ad Terceras insulas remoratio auro deiecta Proprætoria nauis tormentis conuulta, & Richardo Campenide Proprætore capto. Nihil est quid memorem tritemes, & eas etiam onerariæ naues, quæ Orientis Indias, & alias partes frequentant. Hæc tantum te monuisse, arbitror oportere, ut cetera, quæ sum relatus, intelligas. Ab eo vero tempore, quo ipse militare sagum primum sumpsi, auspicabor.

A Philippo III. Rege Catholicó donatus stipendio anno Redemptoris decimo nono supra millesimum sexcentesimum die Ianuarij mensis vigesimo sexto in Gades Hispaniæ maritimum oppidum Africæ spectans ad regiam classem Oceani perueni. Ex ea classe tunc temporis erant aliae naues aliò missæ, sed undecim in Gaditano portu, & milites, qui eas tutantur, in proximis oppidis hyemandi causa collocati. Ad sequentem Iulium mensem naues nostræ tres ex Catabria redeuntes Maura nauis capta viginti unum Mauros, & quatuor Catholicæ fidei desertores in ditionem accepérunt. Proximo mense tritemes sex ex Portu diuix Mariæ Vlyssiponem petentes Turcarum piratarum nauem obuiam factam capiunt. Paucis etiam inde diebus alia natis gentis eiusdem, quæ Vlyssiponense mare latrocinando deuastabat, à tritemibus quatuor circumuenta expugnatur ad Erythriam.

Iam verò nostra classis paratur, & milites ex hybernis euocantur. Prætoria nauis non modo sua mole, deaurataque

aurataque puppi est hostibus formidolosa, sed etiam munitionum viribus maximè infesta machinamentis æneis flammeiuomis quinquaginta sex instruta. Proprætoria nauis tormentis æreis igniuomis quadraginta duobus armatur. Ceteræ pro sua quæque magnitudine machinis roborantur. Milites fulminatores, quibus bellicorum tormentorum enra incubit, nautes, & omnes, quibus regium congiarium assignatum est, trium millium, & trecentorum plus, minus numerum explent. Exercitus, & viuieræ classis imperator est Federicus Toletus Ossorius Marchionis Villæ Francæ filius, summus Questor Thomas Ibius Calderon, Tribunus militum Hieronymus Augustinus, qui antea in Gallia Belgica magnam virtutem sèpè præstítit, vir nobilis genere natus, & ex equestri ordine Calatravae, tesserarius maximus Gaspar Azeuedus: decem, & nouem duces, qui totidem cohortibus præfunt. E quorum numero est Cornelius Odricol nostras vir in omnem euentum intrepidus, qui Ibernorum cohortem ducit. Plures sunt duces iam munere defuncti, multi iuvenes magnanimi genere non obscuri, magnisque stipendijs à rege donati. Milites insignibus armis: & vestibus ornantur. Panis biscoctus, suilla caro, pisces salsus, caseus, oriza, cicer, vinum, acetum, oleum, & reliquæ commeatus, qui in mensis quatuor sufficere videbatur, in naues imponitur: pharmaca, & ea, quæ ad vulneratorum, atque morbiderum curationem necessaria sint, adduntur. Nitriti pulueris bombardici funis globorum tormentiorum: & bombardariorum magna vis suppeditat.

Dum hæc geruntur, Philippus III. Rex Catholicus summam administrandatum in curia rerum curam Beneventano Comiti, viro spectissimo, & in Republi-

ca maximis, atque grauiissimis causis cognito, & impri-  
mis probato demandat: ipse Madrito profectus in Vlyssi-  
ponem urbem regni Lusitanæ principem peruenit,  
honorificentissimè exceptus à clarissimo domino  
Theodosio Brigantiz duce: & ab Vlyssiponensibus ex-  
hibitis ludis, & ingeniosisspectaculis, ciusque filius Phi-  
lippus Hispaniarum princeps Lusitanæ, & ditionum,  
quæ Lusitanæ coronæ subiectæ sunt, hæres, & futurus  
Rex à Lusitanis optimatibus renunciat. Federicus  
nostræ classis præfectus, ut eam Regi spectandam præ-  
beret, Gadibus soluit pridie Idus Augusti. Naves quin-  
decim ductitabat, quarum vnam Cantabricam nomine  
Atalayam ex Cantabria venientem in itinere offendit.  
Vlyssiponem verò dies quindecim nullo modo potuit  
appellere ventis aduersis vsus. Iam verò quod appro-  
pinquabat tempus, quo naues ex Noua Hispania redire  
solebant, eas circum Sacrum Promontorium statuit præ-  
stolari. Interē fama diuagatur Turcarum, & Maurorū  
naues quadraginta Saldis, Salea, & ex alijs Africæ por-  
tibus latrocinatum egestas mare infestare, ab eisquè  
duas velites Gallicas, & Batavas nauiculas mercatorias  
esse captas. His piratis occurrenti studio Federicus ac-  
census, classe in varias partes diuisa naues huc, illuc misit.  
Ferdinandus Luna cum nauibus tribus in Calpeum fre-  
tum missus totidem Mauras naues conspicatus infecta-  
tur. Mauræ velis sublati se fugæ mandant, duaque ve-  
lociores celeritate eurus incolumes euaserunt. Tertia  
salis piscibus ouerata potitur Luna, quam Mauri scapha  
in proximam Africæ oram fugientes deseruerunt, vna-  
cum Anglis tribus ex ijs, quibus paucis ante diebus fuit  
adempta. Petrus Villauicentius duicens duas naues (qua-  
rum altera, quæ Deauratus Pauo nominatur, ipse, &  
Cornelius Odriscol veh:batur, alteram Atalayam ex  
Cantabria

Cantabria paucis ante diebus venisse docuimus) Mau-  
ram nauim procul confpectam passis, velis sequitur,  
quam Atalayam naða quatuor tormentis verberat.  
Maura quoque in nostrā tres tormentarios globos ia-  
culatur. Intra bombardæ iactum cū ventum esset, utri-  
usque partis bombardarij rem strenue gerere instituunt.  
Mauri bis bombardicis glandibus Christianos impe-  
tunt, ceteris etiam impetiti: sed nostris fortius prælian-  
tibus plumbeatum pilularum vi territi, partim vulneri-  
bus affecti sub catastroma fugiunt omnes præter du-  
cem, qui Afrorum lingua Arraes dicitur, & alios pau-  
cos: inter quos Alfauchi (sic eo sermone sacerdos vo-  
catur) plumbeo globulo iactus suos multum cohortatus  
cum consternatos animo, & laxatis armis latebras pe-  
tentes confirmare non potuisset, in mare se præcipitem  
dat, seruitutem morte vitans. Mauris trepidantibus duo  
Lusitani captiui scissis funibus antennas demittunt.  
Interim adfuit Deauratus Pauo, cuius auxilium nihil  
necessarium fuit ad hostilem nanim expugnandum,  
qua in nostrorum petestatem redacta quinquaginta  
duo Mauri, plerique robusti iuvenes, in deditionem ve-  
niunt, prius acinacibus, sclopis, & ceteris bonis in mare  
proiectis, ne Christianis vñsi essent, & duo Lusitani in  
libertatem vindicantur, nullo nostris illato vulnere.  
Alia nostra nauis à suis se iuncta nauiculario Iohanne  
Mato homine nauticæ disciplinæ perito, & qui cum  
hostibus feliciter spé dimicauit, cum Penorū nauim  
fuisset curru penè affsecuta, tanta sensim tranquillitate  
mare pacat, aura spiritu nullo flante, ut utraque  
velorum auxilio, & vñsi destituta nec propius accedere,  
nec longius discedere posset. Ita tormentis, bombardis:  
que dies continuos duos eminus dimicatur laetitia  
pugnat velut Mauræ, sive pilula scissa, labat. Minus

nauta magna dexteritate, & animo maiore per ruden-  
tatem in malis fastigium ascendit, funeqas per tro-  
chileam deducto velum rufus excollit, sed ipse dum de-  
scendit plumbea glande confossum examinis ruit. Illud  
biduum tormentarij globi centum sexaginta quinque  
a nostra navi emicuntur: quibus Maura qualis, pat-  
teque lacerata, & plumbearum glandium vi crebito  
obruta Maura quadraginta quatuor integri, saucij qua-  
tuor, & Baracca unus navis ductor Mahometana de-  
mentia placita secutus post amissos commilitones de-  
cem se nostrorum arbitrio permiserunt. Nostris non  
aliud damnum illatum est, quam quod Hebia signifer,  
alius miles & duo nautae vulnerati sunt. Ex tribus cap-  
tiuis nauibus duas, & Mauros quinquaginta duos Feder-  
icus Regi dono mittit Vlyssiponem per Petrum  
Naruaesem equitem ex ordine Alcantare cohortis du-  
cem: quo cum vna, & ego terebat iuxta magnitudi-  
nis nauj viginti duobus tormentis munita, quæ diuini  
Iohannis Baptiste nomine celebratur. Sequuntur nos  
quatuor piraticæ naues, quarum una nostra magnitu-  
dine propè par, sed velocitate non modo superior, ve-  
rum rara, & mita explorandi causa circum nostram  
nauim nauigat. Id nos molestæ ferentes sex tormenta-  
ria pila in eam iecimus, quorum tribus eam transfo-  
dimus Illa nostro robore cognito, puppi celeriter versa,  
sublatisque velis omnibus fuga salutem petet. Postero  
die cum naues quatuor se propius ostendissent, nos  
velo maximo antennæ subnexo preliandi copiam fe-  
cimus. Illæ cursum alio intendentes abstinuerunt pug-  
na: quibus nos ideo non instituimus, quod in mandatis  
accepteramus, ne hostiles naues infestaremur, donec que  
ferebamus spolia, Regi prius tradidissemus. Ex dediti-  
tis dgo Mahometana deliria detestantur, alter in sa-  
nitate,

nitate, alter grauiter vulneratus, qui postquam Christianam veritatem prius obstinate auersatus est, sa-  
cerdotibus frustra conantibus, eam tamen propè mort-  
tem persuasus indostri nautæ amplexus, & facili Fontis  
rore iustratus Christianæ animam efflat. Carteres Rex  
inter optimates diuidi iubet. Interea mercatorum na-  
ues viginti duæ ex Noua Hispania redeentes Sacrum  
Promontorium nastæ sunt. Quas inde Federicus co-  
mitatus cum in portum oppidi Sancti Lucaris incolu-  
mes intromisisset, ipse cum sua classe vento secundè  
spirante, reuersus Vlyssiponensem portum breui ingre-  
ditur.

Ad medium æstatem huius anni Valefilla ex Can-  
tabria nauestredicim ducens militibus, nautis, & armis  
instructas, vnius naufragium hand procul ab Vlyssipo-  
ne facit: quæ summo mane scopolis acutissimis im-  
pingitur, densa nebula continentis prospectum prohibe-  
tente. Homines incolumes evaserunt. Alia Atalaya  
nomine ad Federicum profecta est, ut demonstrauimus.  
Carteræ ad Vlyssiponem in anchoris constiterunt. Can-  
tabricam Prætoriam adesti Regi cupido incessit:  
qui cum triremibus veheretur, subito tempestas oritur.  
Itaque vento, turbine, concitato mari, tenebrarum den-  
sitate prohibitus tantum absuit, ut in Prætoriam ascen-  
deret, ut non nisi remigum magno sudore, & nautarum  
mira industria incolumis sit reuersus: quos pro eo la-  
bore magna auri summa donavit.

*Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbræ,  
Inque fretum credas totum descendere calum,  
Inque plagas cali tumescitum ascendere Pontum;  
Vela madent nimbris, & cum calestibus undis  
Æquorea miscentur aqua: caret ignibus æther.*

Hinc



## Philippus Patritio.

Hinc Valesilla Terceras versus vela ventis dedit, ut  
inde nauibus Indicis praesidio rediret. Eas cum minime  
conuenisset, reperit Hispaniam. In reditu nauis una ex-  
ploratum missa cum tribus piraticis validis horas viginti  
quatuor magis animorum acritate: quam virium par-  
itate pugnat. In eam ab hostibus immisa sphaera bom-  
bardica homines quatuordecim partim occidit partim  
vulneribus afficit. Vtrinque denique a pugna receditur.  
Inde tempestas excipit, qua Valesilla classis vehemen-  
ter affligitur. Ventus violentior spirat: mare ferum bac-  
chatur: fluctus in naues impetum facit: nec eas guber-  
naculo, & arte regi aestus permittit. Prætoriae, & Pro-  
prætoriae duo summi mali turbinis incursu franguntur.  
Haud maiore tempestate Nasenem puto iactatum fuisse,  
cum ita cecidit.

*Me miserum quantis nigrescunt aquora ventis,  
Erutaque ex imis feruet arena fretis  
Monte nec inferior prora, puppique recursus  
Inslit, & pictos verberat unda Deos.  
Pinea texta sonant: pulsi stridore rudentes:  
Aggemis & nostris ipsa carina malis.  
Nauita confessus gelidum palore timorem,  
Iam sequitur victus, non regit arte ratem.  
Vtique parum validus non proficiens auctor  
Ceruicis rigide vela remittit equo:  
Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus unda,  
Aurigam video vela dedisserati.*

Remissioribus denique ventis Vlyssiponensem portum  
Valesilla tenuit, & opportunissime eo die, quo Rex clas-  
sem nostram visurus erat.

Tum fuit res expectatione digna, cum pridiè Kalen-  
das

## Philippus Patritio.

277

das Augusti. Rex tritemibus tredecim latus in Præto-  
riam nostram recendit. Appropinquante Prætoria  
salutat primū bombardarum fulguratione, deinde tor-  
mentorum igniuomorum fulminatione, & rursus cre-  
bra bombardatum scintillatione, pilis semper demptis;  
Prætoriam reliqua naues imitantur, illæ etiam, quas  
Valesilla duxerat. Rex ex tritemi regia descendit in  
scapham. Mox in tritemibus tormentis ignis admoue-  
tur. Rex in Prætoriam receptus à Federico tormenta,  
armamenta, totamque nauem contemplans unius horæ  
moram facit. Quem rursus discedentem tormentis,  
bombardisque pristino more displosis valere iussimus.  
Cui spectaculo raro simile visum est. Namque præter  
innumeram scloporum vim mille, & quingenta circi-  
ter tormenta sonuerunt: circumiectis vndique densissi-  
mis fumi nubibus obducta caligo instat: tenebrosæ no-  
ctis nauium, tritemum, continentis, & pelagi conspe-  
ctum prohibebat. Per tenebras sulphurei pulueris flam-  
mæ, veluti fulgora internitent: sonitus magnitudo vsam  
aurium intercipit; qua re planè vicimus Virgilianum  
Salmoneum.

*Dum flamas Iouis, & sonitus imitatur Olympi.*

In regiam tritemem Regi, eius liberis, optimatisbus, no-  
bilibus feminis missæ sunt epulæ, quas splendidas, &  
sumptuosas parati Federicus curauit.

Eodem temporis momento Rex Madritum iter carpit.  
Postero die hue appellunt naues nouem ex Lusitanica  
classe cum alia saccharo onerata, & octodecim Mauris  
in seruitutem redactis, qui paucis ante diebus hanc na-  
uem Lusitano mercator trademant,

Federicus cum sua classe, quam ipse, & Valesilla ducerat, breui superat Sacrum Promontorium. Unde impetuoso euro in altum longè repulsi, dres aliquot aduersitate venti fatigantur. Veti visedata nulloquè spirante aura spiritu non minus molesti hominibus, & nauibus fuerunt pacati maris onus, vel taciti quidam, & tumidi fluctus quibus naues nunc in sublime sensim elatae, nunc aqua sine fragore subducta deiecta, quietiuntur: & homines multi per turbato cerebra iactatione stomacho ad nauseam prouocantur. Serius denique Idibus Novembbris argenteifera naues obuiæ factæ sunt, quibus præterat Lopeus Almendares Cader et Marchio. In eorum comitatu aliquot mercatorum naues ex Tetra Firma veniebant. Omnes erat viginti quinque. Ad quas Prætoria nostra propius accendebat, quod penes Federicum est maius imperii. Marchio de more duplex vexillum Prætoriæ sua sub luci iubet, alterum album, quod rogi signibus depictis in summo malo eminiebat, alterum punicei coloris, quod ex aureis, & sericis filis intextum in puppi fulgebat. Argenteiferis in Sancti Lucaris oppidi portum deductis Federicus post prosperam navigationem Gades peruenit X II. Kalendas Decembris.

In hoc Oceano navigabant naues decem à Batauiorum senatu mercatoribus suis contra Turcas, & Mauros, aliosque piratas præsidio, missæ. Quæ sub initium autumni fuerunt reuocatae, alijs sufficiens, ex quibus una bellicam nauim Poenis propagatoriis, & octodecim tormentis armata, offendit. Vtrinque ad collo quiū ventū est. Bataui simulant à senatu suo dona Turcarum Regi missa se Bizantium importare. Eò quoque se perere Afri dicunt. Mutua gratulatione alios alij inuitant. In Turcarum nauj dum Bacchi pocula alacri-

ter libantur, multoque Lyro epoto latitia, loquacitas, & strepitus fit, in eandem complures Bataui præter coniuas insilunt. Turcasque, & Mauros subito circumuentos septuaginta duos in salum præcipitant & Christianis duodecim in libertatem assertis captiuam nauim Gades perducant. Per eosdem dies duas astauraræ cum comiteatu in Mamoram Africæ maritimæ oppidum, quod Hispanorum præsidio tenerur, mittuntur, vñaque Laeteca illius oppidi præfectus contendit. Quibus præsidio proficiscuntur naues tres à Federico missæ, circiter sex, & tres Bataui senatus naues. Eis quinque Afrorum naues obuiæ factæ pugnauerunt tentata fugiunt. Nostra non longè sequuntur. Gaditanum portum cum Federicus ingredieretur, naues quatuor in Calpeum fretum misit, præfecto Martino Alfonso Lusitano Comitis Atoguæ filio, quarum Atalaya rapidissimo cursu fettur.

*Nec Comites volvuti contenta est vincere cursu,  
Occupat egressas quilibet ante rates.*

Ita quatuor Afrorum naues procul conspicata vltimam assequitur, missilibusque carpit, & opprimit: hostibus segnius renientibus ferream manu erat iamiam inieictura. Ceterum eodem momento temporis alia nauis labocanti auxilio rediens nostram magna vi missilium obruit, malumque vnum duplice tormentario globo catenato secat, aliaque armamentorum parte nauem exuit. Hic subitam belli commutationem licet videre. Hostis nauis, qua penè erat expugnata, se pro victrice gerit; nostra in magnum discrimen deducitur à duabus validis circumuenta, & acriter oppugnata. Periculum illud anceps dubiumq; stetit. In nostra manierant centum quadraginta pedes Hispani, qui

iam non de gloria, sed de sua saluoe, vel libertate contendentes magnam virtutem praestiterunt, cohortantur Bustemante signifero, qui praefectus a Federico milibus erat. Quo cognosci potest, quantum sit hominibus praesidij in animi fortitudine; namque cum hostes nostrorum constantiam experirentur, naues duas magnae, & armis, atque propugnatoribus firmas ab unius oppugnatione recesserunt. Nostris reficienda nauis causa in Calpeum portum vchuntur: vnde breui Gades peruenierunt.

Gadibus Federicus iubet milites in terram expioni, & ex illis in medio foro instrui agmen bombardarium alis munitionis. Ibi robusti, & statura elegantes iuuenes grati erant visu, in quorum acie aurei torques, clypei auro celati, enses, & pugiones aureis manubrijs, & auratis capulis ornati, galæ, cataphractæque ferreæ deauratae, serici balthei, apices plumæ, denique magnus armorum nitor, & vestium cultus fruigebat. Hic sit vellatio, insidiae parantur, & res aliae, quæ ad vim bratilem pugnam pertinent, perite, & dexterè administrantur. Quibus ipse Federicus comitatem Hieronymo Angustino tribuno militum, equo vectus intererat, omnia lustrans oculis, & imperia dans. Inde hi milites hyemædi causa per Celtiberæ oppida distribuuntur. Valesilla cum nauibus illis, quibus præterat, in Cantabriam remittitur, quo priusquam peruenit, piraticam nauem, qua Mauri viginti septem propugnatores, & Christiani sex captiui ferebantur, ad Netum promontorium capit. Per hosce dies imperio regio cohortes octo conscribuntur, totidemque naues comparantur, ut in Philippias subsidio mittantur contra Baracos, qui earum insularum partem occuparunt. Ex naues peditibus mille defensoribus, nautis, armis, & com-

& commeatu instruæ duec Laurentio Suasola equite ex ordine Diui Jacobi Gadibus soluunt xix. Kalend. Ianuarij. Aduersis ventis in portum rursus compelluntur. Vnde iterum profiscuntur xij. Kalend. Ianuarias. Immani tempestate orta Praetoria, & Propraetoria, aliisque naues tres in Gaditano mari, & Calpeo fretoscopulis collisæ naufragio pereunt, Suasolaque cu hominum magna parte desideratur.

Hæc habui, quæ te monerem de rebus superioris anni: quibus scriptis accepi literatas elegantissimas ad me datas viij. Idus Decembris, quibus petis, vt historiam in lucem emitam, vna cum doctissimo metro, quo Osulleuanum Comitem patruellem meum, aliosq; nostrates viros clarissimos effers. Quod autem ipse, vt ait, hominum, locorumque nomina, aut tempus, quo res gestæ sunt, non potes scire ex his, qui tibi scribendi materiam suppeditant, id ideo fieri existimo, quod idem ipsi rebus gerendis non interfuerint, neque loca lustraverint, sicut Herodotus Salustius, & alij utriusque linguae historici fecisse traduntur, caue tibi dicent, quæ non viderint, sed auctore vulgi rumore audierint. Ego vero, quæ memoro percepi, vel veterum scriptorum auctoritate, vel testimonio fidissimorum hominum, qui rebus administrandis interfueront, ac etiam partim praesuerunt: quos neque homiaum cognitio, neque locorum peritia, neque temporum ratio praeteriuit. Tibi quoque toto pectori entendum est, ne ab incepta historia desistas, vtque omnia quam verissime tradas: nam magni interest, & ad tuam gloriam, & ad nostræ insulae claritatem, vt eius res tuo cultissimo, & nitidissimo sermone celebrentur. Vale. Gadibus nonis Februarij anno Redemptoris M.DC.XX. Finis Epistole.

**PHILIPPUS OSULLEVANVS**  
Giraldo Tranteo Montaquilensi.

Vnde tuis litteris (Giraldo Tranteo) graui-  
ter questus es, res omnes nostræ classis à me  
tibi non perscribi, operam dare existimavi, ne  
ampius hoc crimine me possis accusare. Quâ-  
quam enim exercitatione armorum, marinaque iacta-  
tione impeditus vix ocium studio suppeditare possum;  
& id ipsum, quod ocij datur, in Astronomia quam li-  
bentissimè consummo: tamen quidquid temporis mibi  
vel nauigandi difficultas, vel armorum occupatio, vel  
Astronomicarum rerum contemplatio tribuit, id ad  
scribendum potissimum contuli, vt animo tuo gera-  
rem morem. Namque siue autoritate, siue voluntate  
vix quisquam potest apud me pluste valere. Biennium  
est, quam in regia classe studio militaris artis aratum  
intendo. Prioris anni res gestas paulò fusiū persecutus  
Patriotio Sinoto misi. Posterioris casus breuiter com-  
plexus tibi dedico. Hanc vero epistolam facilius intel-  
liges, si illam, quam ad Patriotum dedi, forte legisti.  
In ea enim, quæ ad utriusque pleniorē cognitionem  
necessaria videbantur, ante rem dixi. Quamobrem  
nunc ne nimis longum initium sumam, de re agere  
ordiamur.

Anno salutis humanæ vigesimo supra millesimum  
sexcentesimum Federicus Toletus Ossorius regia clas-  
sis Oceanii praefectus, parte navium refecta, & militi-  
bus ex hybernis vocatis, vt simul, & suos defenderet, &  
hostibus offenderet, rem ita gerere cepit. Mercatorum  
clasi

classi navium triginta quatuor Occidentis Indias pè-  
tentia præsidio mittit quatuor naues propugnatoribus,  
& armis instruictissima, duce Iosepho Mena. Earum  
una Cornelius noster Odriscol cum sua cohorte fere-  
batur. Mena Gadibus soluit octauo Idus Iulias, eodem  
que reuertitur quarto Nonas Augusti, mercatorias na-  
ues ad ligniferam insulam usque leucas circiter qua-  
dringentas comitatus.

Sub idem tempus Gaspar Azeuedus legionis tesse-  
rarius maximus cum nauibus septem Calpen missus,  
vt in illius freti faucibus arctissimis piratis commo-  
dius occurrerent, naues duas bellicas Afris defensori-  
bus obuiam factas subigit, alteram cum Mahometanis  
quadraginta, alteram sole onustam, quæ paucis ante  
diebus Christiano mercatori fuit adempta, desertam à  
propugnatoribus, qui in proximam Africæ oram scha-  
pha fugerunt. Quo in congressu ex nostris Ambrosius  
Italus signifer occiditur, & unus nauta vulneratur.  
Calpen Azeuedus cum appulisset, quas duebat naues  
Iohanni Faxardo, vt á rege iussum erat, reddidit. Haud  
diu post duæ naues Saldis larocinatum profectæ á  
nostris conspicuntur. Quas versus nauis patua explora-  
ratum iussa tendere cum duabus maioribus manum  
conserere non cunctatur. Afræ fuga salutem petunt.  
Ex eorum altera Christianus captivus, qui se in mare  
præcipitem dans nostram nando consecutus est, re-  
culit, multum damni Penis nostrorum iactibus illa-  
tum fuisse. In nostra Lyzarteus nauicularius plum-  
bea glande vulnus accipit, quo breui diem obiuit.  
Alio die nostri tres piratatum naues conspicati aggrediuntur. Ex illis duæ se fugæ mandando incolu-  
mes evaserunt. Intercedit naus nostra exploratoria  
rostro inuictus, Hispanique constituant assilire, eos

Pení remouere festinant. Atrociot hic pugna, quam pro dimicantium numero sterit, donec nostræ alia sub-sidio venerit, quæ Turcicam tormentatio ista malo exuit. Quo accepto damno, & Afris triginta statim superstites quadraginta animo consternati Hispanorum arbitrio lese permiserunt. His de rebus Federicus certior factus duas naues parvas Gadibus mittit, quæ captiuas conducant. Ha redire cupientes flatibus aduersis, marisque fluxu in mediterraneum pelagus ultra Calpen montem propelluntur. Per id tempus Solimanus Arras genere Bataeus (qui ex tetra secta Hæretica ad fœdum Mahometanam transitio-nem fecerat, vñà cum religione nomen etiam mutans) homo latrocinandi arte insignis naues nouem militibus, & armis optimè munitas ducens internum mare infestabat. Eam nauum sex maris casibus à cursu Prætoriæ Solimani abductæ sunt.

Solimanus alias tres duitanos nostris duabus paruis obuius fit vespertino crepusculo. Vt ræque naues alteras audacter inuidunt. Primum Solimani Prætoriæ tormentis quadraginta sex, propugnatoribusque amplius ducentis defensa, & altera nostrarum machina-mentis duodecim, atque defensoribus octoginta fir-mata mutua tormentorum, atque scloporum iacula-tione congregiuntur: inde velorum vi vehementius laræ cum cohæsissent, utraque alteram sibi ferreis manibus alligat. Peni longè numero superiores in no-stram nauem statuant desilire; Hispani eorum impe-tum fortissimè sustinere.

Interim alia duo Turcicæ naues nostram tor-men-tis eminus impetuunt, mutuo impugnatæ ab altera no-stra. A Christianorum paucitate contra multitudinem Mahometanorum acrius omnium opinione de- certatur.

certatur. In astu certaminis ferox Afer, qui in no-stram hauem præsiluit, vexillum rapere tentat. Ca-terum eodem temporis momento funibus, quibus naues coniunctæ tenebantur, secessis, non modo conata frustatur, sed & in seruitutem sedigitur. Is Solimanum cum alijs fusilli plumbeis globulis peremptum confirmavit. Ex nostris deceim desiderati, nouem vul-netibus affecti sunt. Fazatus machinamentorum so-nitum pugnæque strepitum sentiens suis subsidio ten-dit, sed neque prælium integrum, neque hostes fugien tes nanciscitur. Breui navis asseribus onerata, quæ Christiano mercatori fuerat adempta, vna cum Mauris quatuordecim à nostris capitur.

Interea Prætoria, Proprietoria, & alia naues octo patantur, in easque militibus impositis Federicus de-cimoquarto Kalendas Septembribus Gadibus profectus, Calpe se cum alijs nauibus, de quibus mentionem feci, coniunxit. Eo in loco mons celsus, atque præscil-fus nomine Calpe mari imminet. Cui in Africa è re-gione alter maior, & eminentior dictus Abyla respon-det. Ambos antiquitas (si Melæ, & Solino credimus) columnas Herculis nuncupavit. Interlumentis freti maxi-mæ angustia ad leucas tres, vel ad summum decem millia passuum protenduntur. Ob quod locus adorien-di pitatas opportunitatis iudicatur. Per hosce dies ex vna nostra nave milites pauci in Insulam Africæ adiacentem expositi barbaros cito centum virginis captiuos agunt. Iam vero tempus aderat, quo mer-catores ex India solebant redire. Quos Federicus ad Sacrum promontorium exceptos eum in solitum portum præsidio fuisset comitatus, Calpen repetivit. Breuiargentiferæ quoque naues felici cursu domum appulerunt.

Obl indicatum classium prosperum adseritum Federicus curarum parte lethatus, quod Africani latrones Calpen minorie trajecte audebant, quia ibi nostram classem cognoverant, eos inquirere decreuit, naubus sepmdecim instructis, quibus non modo prædones marte infestantes labefactare, sed etiam naues ad Saldatum cothonem ligatas evenerere, & ipsius oppidi meonia oppugnare cogitabat, nisi temporis aduersitas eius ausis obstitisset. In hanc expeditionem decimo quinto Kalendas Decembribus Calpe discelsit. Egregientes portu naues imaginé Virginis Matris nomine Europeas, quæ in sacello ad radicem Calpes montis prope mare extructo magna veneratio colitur, singulæ triplici tormentatio coniunctio valere iusserunt. Inde in altum veste his in portum aduersis ventis compelluntur tempestate quassatae partim velis exutæ, partim antennis spoliatae. In ipsoque portu tanto astus futore biduum agitantur, ut aliae anchorales funes fregerint, aliae etiam parum absuerit, ut scopolis ipsi colliderentur. Nihilominus tertio portu soluentes flatibus magis aduersæ quam secundè spirantibus Malacam oppidum præfuerunt in Virginiano sinu iuxta Virginos oppidū primo Kalendas Decembribus ad anchoram constitimus. Quarto Novas Decembribus Cariderium promontorium superauimus. Postero inde die naues decem conspicati inuasimus. Illæ erant Turcicæ militibus, & armis validæ, Europæis mercatoribus insidiandi causa Saldi cœgressæ, quæ cum nostram classem cognovissent, puppos celeriter vertentes properant fuga petere salutem. Nos velis omnibus sublatis insectari. Iamque nonnullæ nostrarum nauium ea cursu vincentes misfilibus carpebant, cum subito ventus aduersæ efflans, & æquor ferè concitans non modo nos ab insequendo ho-

ste prohibuit, sed ita naues profligavit, ut pleraque velis contractis, antennisque demissis vix nudos malos sustinuerint. Quam repentinam & inopinatam procellam à Mahometanis præstigioso hominum genere magico carmine excitatam fuisse, creditum est. Hac ventorum lucta, vndarumq[ue] iactatione Prætoria nostra prora de hiscere, aquamque rimis assatim hacirecepit. Quamobrem eius reficiendæ causa pridie Nonas Decembribus Federicus Carthaginem nouam cum naubus sexdecim se recepit.

Alia quæ nequæ velis tam celeriter tendebat, nequæ gubernaculo tam commode regebatur, ut ceteræ flatibus aduersis vsa per sequens triduum illum portum minimè potuit tenere: quinimo leucas inde tres illucen urbem versus ventorum vi rapta in angusto sinu anchoram iacit. Hic eam quarto Idus Decembribus (quod die Virginis Matris conceptæ festum Ecclesia Catholica agit) quatuor Turcicæ naues iusta magnitudinis militibus, nautis, & armis egregiæ fitmatæ circumueniunt. Illa homines circiter ducenti triginta, & inter eos Antonius Riæra dux Hispanus cum maiore parte sua cohortis, Artus Omurcius Ibernius dux cum quindecim fere militibus ex sua cohorte nuper conscripta, Petrus Rodriguezius Lusitanus militibus aliquot ex sua gente præfectus, Hieronymus Pontius, Sanctius Cordoba duces exauthorati, Petrus Ossorius, & alij iuvenes nobiles vehebantur. Riæra, missò Ferdinando Avila nunciatum Federico, quo in statu ipse esset, hostiles naues tanta tormentaria atque bombardaria grandine obruit, ut eas in fugam vetterit, earumque fuga minimè contentus anchora relicta, sequens suam nauem ad Turcarum Prætoriam applicat, in illamque septuaginta quinque milites

tos imponit, quibus omnino expugnatam, hostibus partim interfectis, partim captis fune ligatam à tribusque comitibus nauibus desertam à sua nave puppi reahebat. Ceterum, ut quò secundior, eo s̄ p̄ numero inconstantior est fortuna, ita casus infestus tulit, ut nostra nave ignem conceperit, quem cum nostri extingueere diu frustra conantur, alij se in mare præcipitarent à flamma (quemadmodum fieri solet) ad yndam fogam attripientes, alij in captiuam nauem se conferunt. Sed & in hanc etiam incendium diffunditur. Cui prora combuste dum Christiani opem ferunt, à tribus Punicis nauibus circumdati centum triginta sex ex vitoriis (ea est belli varietas) serui sunt. Ceteri ferro flamma, flumine perierunt. Neque Turcis quidem in cruenta fuit victoria, ex quibus nostrorum manibus trecenti quadraginta succubuerunt.

Federicus, allato pér Auillam nuncio, nullam morā interponens naues quinque (quarum una ipse cerebar) præfecto Iosepho Mena, Riuera auxilio mittit. In eum locum, in quo pugnatum est, noctu peruenimus hora pene tertia, quām prælium commissum est. Vbi in sequentem diem præstolati, nihil præter vñta nave reliquias inuenimus. De cuius clade Federicus certior, factus aliam nauem mittens, Menæ, ut Turcas Saldas vsque insegetur, imperat. Imperio nos obedientes in Saldarum conspectu pertinacius pridie Idus Decēbris sub vesperum hora prope modum vigesima quarta, quā eo sc̄ hostes abdiderant. In sequente luce Mena conspicatus naues septemdecim in Saldarum sinu ad anchoram consistere longius ab oppido tormenti missi, ratus Turcas esse, militibus ad pugnam instructis, ad eas cum nauibus sex ire pergit. Propius cum accessimus, regis Anglie classem esse compemus. Quæ paucis ante

ante diebus facta à Rege Catholico potestare, int̄cū pelagus ingressa cum Saldanis de restituendis nauibus, atquè mercibus Anglicæ genti ademptis, atque sc̄dere confirmado agebat, obsidibus vltro, citroque datis. Qua de re ad Turcarum imperatorem Bizantium relatum esse, responsumquæ ab Anglis spectari fertur.

Ego quidem arbitror Hæreticos callidum, & versutum hominum genus nihil nisi in Catholici regis detrimentum, Christianaque religionis excidium, interictumquæ machinari: atquæ adeo Calvinianos diuinæ fideli desertores, & Mahometanos eiusdem oppugnatores haud difficiliter conciliandos esse (quippe quorum studia p̄tia sunt, eorum etiam animi facilius concordes erunt) modo Saldanorum prædonum latrociniūm hoc vineulum nondissoluat.

Nos salutatis Anglis Saldas versus, eysum intendimus. Est illud oppidum pulchrum, magnificum, & planè regale, siue ædificiorum structuram, & multitudinem spectes, siue hortorum, arque vinearum adiacentium amēnitatem contempleris, siue ad patentem, atquæ latissimam planicem, sed maxime vberatatem soli oculos conuertas. Constat figura non dissimili cordi humano, sed similiore triangulo mixto, cuius basis sit recta, duo verò latera linea curua, vel circuli minora segmenta. Posset, non solum exposito in terram firmo exercitu expugnari, sed etiam ex mari funditus dirui, & eueri longe facilis, quam Magnus Alexander Macedoniæ Rex Tyrum, insulam natura, & opere munitissimam occupauit. Ad id Mena cum intra machinamenti iactū appropinquasset, in nec oppidanī tormenta dislodunt, quibus, & nos par pari peperdimus. Mutuato instrumentorum fulminatione dies ille consumitur, non maiore illato, vel accepto danno, quam quod nostris istib⁹ in oppido

# Philipus Giraldo.

oppido ades duæ diruuntur, & in eis nauibus, quæ ad molem alligatae erant, homines quatuor intermixturi. Neque tamē nobiscum eo in sinu triduum pene moram facientibus hostes, quibus erat magna nauium copia, etiam à Mena prouocati in certamen ausi sunt prodire. Hinc impetuoso nito ad Baleares insulæ pelliuntur, unde Carthaginem Nouam revertimur. Praetoria interim leuiter refecta, Federicus commicatu consumpto, hyeme sanguine, ventis aduersis coatus classem Hernandi causa Gades reducit. En habes cunctorum nostrorum breuissimam summam. Omnia vero maris incomoda, discrimina, damna non modo nauigantibus sed & legentibus forent cœdiosissima, & mortis festissima. De tuis rebus me certiorem

facias, supereft. Vale. Cadibus

Idibus Januarij anno Dñi

M.DC.XXI.

F I N I S.

# Errata sic corrige.

Fol. 9 pag. 2. lin. 2. lege pernices Fol. 17. pag. 2. lin. 21 pro coeretur lege coleretur. Fol. 19. pag. 1. lin. 22. pro cum lege cum. Fol. 25. pag. 1. lin. 8 lege veribus. Fol. 31. pag. 2. lin. 16. pro Cambreni lege Cambrensis. Fol. 32. pag. 2. lin. 21. pro Osulleunaus lege Osulleuanus. Fol. 35. pag. 1. lin. 22. pro procunciam lege prouinciam. Fol. 73. pag. 1. lin. 23. pro atque lege quot. Fol. 95. p. 1. lin. 6. pro mucho lege musculo. Fol. 104. p. 1. lin. 12 pro frustra lege frusta. Fol. 110. p. 1. lin. 30. pro frusta lege frusta. & pag. 2. lin. 7. pro frusto lege frusto, & lin. 10. pro furstro lege frusta. & lin. 21. pro effosum lege effosum. Fol. 118 pag. 1 lin. 10. pro odiderunt lege oderunt. Fol. 140. pag. 2. lin. 29. pro muchum lege musculum. Fol. 141. pag. 1. lin. 3. pro muchum lege musculum. Fol. 147. pag. 1. lin. 13. pro duobus legibinis. Fol. 158. p. 2. lin. 5. pro muchus lege musculus. Fol. 260. pag. 1. lin. 29 pro odiderunt lege oderunt.



